This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 06822884 4



S. Athanaſius
Epiſcopus Alexandrinus .

P. DOMINICI SCHRAM

BENEDICTINI BANTHENSIS
S. S. THEOLOGIÆ, ET S. S. CANONUM
PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS
OPERUM
S.S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS IX.

CONTINENS OPERA
S. EUSTATHII EPISCOPI ANTIOCHENI.
C. VETTI AQUILINI JUVENCI PRESBYTERI.
S. ANTONII MAGNI ABBATIS. S. PACHOMII ABBATIS TABENNENSIS. S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI.

CUM
DUPLICI INDICE,
UNO OPERUM,
ALTERO RERUM MEMORABILIUM.

SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.

MDCCLXXXVI.

1786

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

INDEX
OPERUM PATRUM.

Sancti Euſtathii Antiocheni Epiſcopi de Engaſtrimytho Diſſertatio adverſus Origenem. Pag. 1

C. Vetti Aquilini Juvenci Opera. 13

Liber in Geneſin. 14

Hiſtoriæ Evangelicæ,

Liber primus. 33

Liber ſecundus. 44

Liber tertius. 51

Liber quartus. 58

S. Antonii Magni Abbatis Sermones & Epiſtolæ. 66

Oratio ad Monachos. 67

Sermo de vanitate Mundi, & Reſurrectione Mortuorum. 77

Sermones XX. ad Monachos. 80

Epiſtolæ XX. ad Fratres ſuos. 90

Epiſtola I. *ibid.*

Epiſtola II. 92

Epiſtola III. 93

Epiſtola IV. *ibid.*

Epiſtola V. 94

Epiſtola VI. 95

Epiſtola VII. 96

Epiſtola VIII. 97

Epiſtola IX. Pag. 97
Epiſtola X. 98
Epiſtola XI. 99
Epiſtola XII. 100
Epiſtola XIII. *ibid.*
Epiſtola XIV. 101
Epiſtola XV. *ibid.*
Epiſtola XVI. 102
Epiſtola XVII. 103
Epiſtola XVIII. 104
Epiſtola XIX. 105
Epiſtola XX. 107
S. Antonii Regulæ ſeu Canones ad Filios ſuos Monachos. 108
S. Antonii ſpiritualia Documenta ad Filios ſuos Monachos. 114
Alia ſpiritualia Documenta. 116
S. Pachomii Abbatis Tabennenſis Regula, Epiſtolæ, ac Verba myſtica interprete S. Hieronymo. 119
S. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini Opera. 140
Oratio contra Gentes, ſeu Idola. 144
Oratio de humana natura a verbo aſſumpta, & de ejus per corpus ad nos adventu, ſeu Incarnatione. 161
Expoſitio fidei. 178
In hoc dictum: Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo, & nullus cognoſcit Filium, niſi Pater, aut Patrem, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare. 181
Epiſtola Encyclica ad Epiſcopos, ſeu ad ubique orthodoxos, cum per Arianos perſecutio fieret. 189

Apo-

Index Operum.

Apologia contra Arianos. Pag. 197
Epiſtola de Nicænis Decretis. 225
Epiſtola de Sententia Dionyſii Epiſcopi Alexandrini. 240
Epiſtola ad Dracontium Epiſcopatum fugientem. 247
Epiſtola ad Epiſcopos Ægypti, & Lybiæ. 253
Apologia ad Imperatorem Conſtantium. 265
Apologia de fuga ſua. 279
Epiſtola ad Serapionem de morte Arii. 289
Epiſtola ad Monachos. 292
Hiſtoria Arianorum ad Monachos. 293
Quatuor orationes contra Arianos. 306
Oratio prima contra Arianos. 307
Oratio ſecunda contra Arianos. 315
Oratio tertia contra Arianos. 326
Oratio quarta contra Arianos. 337
Epiſtolæ ad Serapionem Thumitanum Episcopum. 347
Epiſtola I. ad Serapionem contra illos, qui blasphemant, & dicunt Spiritum S. rem creatam eſſe. 348
Epiſtola II. ad Serapionem adverſus eos, qui Filium rem creatam eſſe contendunt. 358
Epiſtola III. ad Serapionem de Spiritu ſancto. 361
Epiſtola IV. ad Eundem de eodem argumento. 362
Epiſtola de Synodis Arimini in Italia, & Seleuciæ in Iſauria celebratis. 366
Tomus ad Antiochenos. 393
Epiſtola Joviani Imperatoris miſſa ad ſanctiſſimum Athanaſium Archiep. Alex. 397

S. Atha-

S. Athanaſii Epiſtola ad Jovianum de fide. Pag. 398
Vita & Converſatio ſancti Patris noſtri Antonii ſcripta miſſaque ad Monachos in peregrina regione verſantes. 400
De Incarnatione Dei verbi, & contra Arianos. 414
Epiſtola Epiſcoporum Ægypti & Lybiæ nonaginta, nec non B. Athanaſii contra Arianos ad honoratiſſimos in Africa Epiſcopos. 420
S. Athanaſii Epiſtola ad Epictetum Epiſcopum Corinthi contra hæreticos. 427
Epiſtola ad Adelphium Epiſcopum & Confeſſorem contra Arianos. 434
De Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti contra Apollinarium. 439
Liber I. 440
Liber II. 446
Epiſtola ad Amunem Monachum. 454
Epiſtola feſtalis trigeſima nona. 456
Liber de Trinitate & Spiritu ſancto. 459
Epiſtola ad Marcellinum in Interpretationem Pſalmorum. 465
S. Athanaſii Expoſitiones in Pſalmos. 477

SAN-



SANCTI EUSTATHII
ANTIOCHENI EPISCOPI
DE
ENGASTRIMYTHO
DISSERTATIO ADVERSUS ORIGENEM.

§. I.

S. Euſtathii Geſta & Scripta.

Euſtathius genere Pamphilus & civis Sidetes teſte S. Hieronymo *de vir. ill. cap.* 85. primum Berrœenſem in Syria Eccleſiam rexit, & ſub Diocletiano & Licinio ob fortem fidei confeſſionem glorioſum confeſſoris titulum meruit. Berroea ad ſedem Antiochenam communibus ſuffragiis & approbante Synodo Nicæna translatus Paulino ſuffectus fuit, cui Synodo ipſe interfuit, coram Conſtantino Imperatore primus peroravit, & ad profligandam Arianam hæreſin verbis & ſcriptis plurimum contulit. Quare Euſebii Nicomedienſis ſociorumque Arianorum inſidiis circa annum 331 ſede ſua pulſus, & in exilium ejectus grandævus & nonagenarius

circa annum 382 obiit. vid. Gallandii *nov. Bibl vet. Pat.* Ex ſcriptis illius pauca ad nos pervenerunt: Integra ſolum extat ejus diſſertatio de Engaſtrimytho adverſus Origenem, quam anno 1629 evulgavit Leo Allatius, & ſuæ Bibliothecæ inſeruit Gallandius, qui etiam nonnulla alia fragmenta a Theodorito & aliis allegata recenſet.

§. II.
ANALYSIS.

Ars evocandi mortuos non datur.

1. „Vis celeberrime Eutropi, ut ſententiam „meam de Engaſtrimytho *l.* 1. *Reg.* „declarem, quia tibi quæ de hac materia vulgavit Origenes accepta non ſunt. Quare inprimis quidem ante alia Origenis dicta proponemus, deinde contrariam illis ſententiam „ſubnectemus. Age igitur hiſtoriæ ſeriem „ſpeculemur 1. *Reg.* 28. Cum Saul optime po„pulo præeſſet, omnes engaſtrimythos ejecit: „verum cum vicini alienigenæ bellum illi indi„cerent, eorum armis occluſus *conſulebat Do„minum*, quid factu opus eſſet, *& omnino non „reſpondit ei Dominus*. Unde mulierem enga„ſtrimythum ut ſibi divinaretur exorabat. „Igitur veras fuiſſe ejus voces quisquam aſſe„verabit. Verum quis illum Saulem immani „furore a dæmone vexatum fuiſſe ignorat? „Mulier ergo amentem Saulem intuita fide „impunitatis ab eo accepta *Quem*, ait, *evo„cabo tibi?* Qualis fuit hæc furiis agitata anus, „ut Samuelem a mortuis evocaturam promit„teret. Et ſane fatendum eſt, eam non po-

„tuiſſe

„tuiſſe propheticam animam evocare, ſed nec „formicæ quidem aut pulicis. Quippe in po„teſtate dæmonum non ſunt animæ, ſed in „manu ſolius Dei. Igitur Origenes artem „evocandi mortuos obtrudere volens in ſa„cram mentitur ſcripturam. Quippe ſcriptura „aperte dicente mulierem dixiſſe *quem evocabo* „*tibi*, perſonam ait hæc dixiſſe Spiritus ſancti. „Hæc cum impie aſſerat, totum refert in Spi„ritum ſanctum. Quæſivit itaque mulier, „quem evocabo tibi? Verum qui oracula con„ſulebat, ut Samuel educeretur, ſubdit: *&* „*vidit mulier Samuelem* &c. ubi manifeſtum „eſt, nullibi ſacrarum litterarum ſeriem affir„maſſe, per mulierem engaſtrimythum Sa„muelem evocatum fuiſſe: ſed illa quidem per „incitantem illam dæmonem dicit, illum evo„candum; deinde & deos aſcendiſſe gloriata „fraudulenter ſigna hominis tradebat, ut ex „inſidiis occuparet; & demens Saul ex his „quæ audierat, intellexit, quod eſſet Samuel.

Dæmon mentitu[r] ſe juſto[s] ab infe[ris] evocare

2. An ergo fides adhibenda vel a dæmone „vexato Sauli, quaſi veram cognitionem ha„beret, vel dæmoni promittenti, ſe ab inferis „juſtorum animas educturum, ipſi inter nos „dijudicemus. Mirum enim quantum a veri„tate Origenes aberravit. Et ſi D. N. Jeſus „Chriſtus de diabolo dicat, *quoniam mendax* „*eſt*, *& pater ipſius Joan.* 8. *v.* 44. quid ais „Origenes, ſiquis dæmonem juſtos ab inferis „evocare affirmabit, quomodo manifeſtum „non erit, illum fraude mendacium obtrudere. „Ita eſt, ait, at illa dæmon nullus effatus

„eſt, ſed narrans ſcriptoris vox, quem Spiri-
„tum ſanctum & non hominem credimus.
„Sed quis ita vecors erit, ut ſimulet, ſe mi-
„nime capere, voces has ſcriptoris minime
„eſſe, ſed mulieris a dæmone vexatæ? certe
„ſiquid in hac re verum ſit, narratio illud
„tantum habet: *Vidit mulier Samuelem*, hæc
„porro ita proſecutus eſt ſcriptione, quaſi ad
„minime ignaros de dæmoniaca loqueretur,
„neque enim dubium eſſe debet, dæmonem,
„qui piorum imperio ſubeſt, & fugit, ullius
„animam evocare. Sed vidit veſana, ut ap-
„tiori figura rem confictam repræſentaret,
„bellua namque in varias figuras ſe mutare
„conſuevit.

Samuel non eſt vocatus.

3. „Et quare, inquit Origenes non dictum
„eſt: *Vidit mulier dæmonium, quod fingebat, ſe*
„*eſſe Samuelem*: ſed ſcriptum eſt: *intellexit*
„*Saul, quod Samuel eſſet*, cum tamen ſcriben-
„dum eſſet: & putabat Saul, eſſe Samuelem.
„Verum quid hic ais Origenes? mulier evoca-
„vitne Samuelem una cum corpore, an figu-
„ra umbræ tantum imagine obvolutum? ſi
„incorporeum illum evocavit, non ergo Sa-
„muelem, ſed ſpiritus formam ſuſcitavit: ſi
„vero una cum toto corpore virum evocavit,
„quomodo non vidit eum Saul, ſed interroga-
„vit mulierem: *Quid vidiſti?* Itaque ſi oculo-
„rum fugit obtutum corporis expers erat; &
„utquid pythomantis oppoſitum dicebat, *vi-*
„*diſſe hominem rectum e terra ſalientem?* Res
„itaque ipſæ Origenes cum tuis ſermonibus
„pugnant. Sed fortaſſe dicas tunc organum

„ani-

„animæ in ſpeciem humanam efformatam fuiſ-„ſe, quemadmodum in ſomniis quandoque „ſpiritus & animæ humanas formas præſefe-„runt. Sed ſi igitur animam tantum evoca-„tam decernis, Scripturæ ſeries non concedet, „tibique ipſi pugnantia loqui non percipis, hoc-„que tibi aliquis opponeret: quare non dixit „mulier: propheticam animam vidi: ſed vi-„rum erectum. Igitur res ipſa clamat, eum „hominem non fuiſſe, ſed umbram, ut vide-„tur, obſcuram & fallacem, neque enim alias „oculos fugiſſet. Et ſi opinaris Origenes, „animam Samuelis illic fuiſſe, quare umbra „illa obvelata diploide apparebat, veſtes enim „corporibus potius quam animabus compe-„tunt. Virum igitur erectum appellans, & in-„dumentum manu factum ſpiritum imaginatio-„ne tantum perceptum inferebat.

4. „Eja dic ergo optime dogmatiſta, quo-„modo cognovit Saul illum fuiſſe Samuelem? „dicis, quod a dæmone vexatus a dæmoniaca „audiens cognoverit, quod vero nihil omnino „viderit, ſilentio præteris. Dices, illum ſcien-„tia quadam, quod non viderat, cognoviſſe, „ſed non fuiſſe opinatum. Verum quilibet ho-„mo, qui auditu potius, quam oculis rem ali-„quam acceperit, cum verum non cognoſcat, „opinatur & credit, atque præcipue, ſi a dæ-„moniaca perſona illam hauſerit; ſola enim „divina verba ad exquiſitam comprehenſio-„nem, & fidei munimentum firmitatem ha-„bent. Dicis præterea, neminem noſſe, quod „non eſt. Dic igitur, quomodo cognovit id, *Samuelis ſpectrum apparuit.*

„ab inferis, ac ſi eis ſubjecti eſſent. Unde hic „quoque facili negotio intelligere poſſumus, „fraudulentum illum Saulem mutata forma „allocutum fuiſſe. Rex vero illi reſpondit: „*Deus diſceſſit a me*. . . *& nunc vocavi te ad noti*„*ficandum mihi, quid faciam*. Ad hæc certe ſi „illud ſpectrum Samuel fuiſſet, virum in melio„rem frugem ſuis monitis reduxiſſet, & non „ad Engaſtrimythum confugere docuiſſet. Sed „horum nihil dixit, neque enim Samuel erat, „ſed reſpondit: *ut quid interrogas me, & Domi*„*nus diſceſſit a te, & factus eſt cum proximo tuo?* „*& fecit tibi Dominus, ſicut locutus eſt in ma*„*nu mea*.

Prophetia Engaſtrim. falſa.

8. Porro quid poſtea cum regem alloque„retur, phasma addebat? *Abſcindet Dominus* „*regnum de manu tua* &c. Verum hæc omnia „jam antea Samuel adhuc vivens Sauli præ„nuntiaverat 1. *Reg*. 15. *v*. 28. Igitur qui per „Engaſtrimythum dicitur evocatus, nihil de „novo attulit, ſed quæ Samuel prius dixerat „velut propria affectabat, fraude perſonam aſ„ſumens, & repetens prophetarum more va„ticinari ſimulabat. Quid igitur aliud his an„nexum eſt? *Et tu*, inquit, *eras & filius tuus* „*Jonathan mecum. Et caſtra Iſrael dabit Do*„*minus in manus alienigenarum*. Sed hæc por„ro dæmon ac ſi propria eſſent, afferebat. Sed „prius diſcutiendum, verane prædicebat, & „utrum conſulte, an autem fortuito enuntia„bat: præterea an præſagire aliquid poſſit. Pri„mum quidem Saulem die ſequenti perem„ptum fuiſſe, non apparet, cum ibi ſequenti

„die

„die jejunus commoratus fuerit, & deinceps „altera cibo deguſtato exercitum repetierit. „Deinde Jonatham ſolum una cum patre di„verſurum dixit; verum narrationis ſeries „Saulem cum tribus filiis mactatum fuiſſe aſſe„rit. Igitur nihil veri dæmon retulit, ſed a Sa„muele vivo paucis memoratis ſurreptis, & „nonnullis veroſimilibus annexis mortem regi „prænuntiavit, illius vocibus abuſus, nam cum „propheta Saulis regnum ſcindendum dixiſſet, „caſtra Iſrael tradenda pollicebatur. Igitur „cum conſpiceret paratas belli machinas, du„cem populi terrore perterritum, & a Deo de„relictum non levi conjectura prophetici ora„culi finem commemorabat. Præterea in Sau„le quidquid diabolus e re propria Samuelis „oraculis addens immiſcuit, impie locutus „eſt: primum quidem, quod quemadmodum „Dominus latroni dixit: *hodie mecum eris in* „*paradiſo*: Ita & hic Sauli dixit: *cras eris tu* „*mecum* &c. Secundo juſtum ab injuſto nihil „abeſſe conatur probare, cum enim magnum „chaos eſt, quod juſtos ab injuſtis ſejungit „*Luc.* 16. patet manifeſte Saulem, qui inju„ſtus erat, una cum propheta Samuele non „degere. Igitur ſi qui hæc effatur, mendax „eſt, manifeſtum eſt, hunc Samuelem non „eſſe, ſed diabolum, qui & furioſum Saulem „in tartara detruſit, & inſuper duplici perſona „commemorata confirmare nititur, juſtum ab „injuſto non differre, dum Jonatham cum pa„tre ſuo eandem ſortem in inferno habiturum „licet illius crudelitati in perſecutione Davi„dis non conſenſerit, fatebatur: ideoque hoc

„etiam indicio mendaciorum opifex depreheṅ„ditur.

Saul ex circumſtantiis mortem prævidit.

9. „Rerum porro geſtarum ſerie non in„terrupta auctor ſubdit: *Et feſtinavit Saul*, & „*cecidit porrectus ſuper terram & timuit vald* „*a ſermonibus Samuelis*. Eos enim Samueli „eſſe agnoverat, quos adhuc vivens lingu „prophetaverat, quorum cum meminiſſet rex „& inſpexiſſet belli ſigna erecta finem immi„nentem animadvertens metu fractus eſt. A „Origenes Samuelem ſub poteſtate dæmoni „adhuc ponit, & aperte increpat omnes, qu „vaticinationes Engaſtrimythi falſas eſſe pro„nuntiant, eosque ex narratione S. Scriptu„ræ convincere conatur. Verum illi reſponden„dum eſt. Hæc quidem in ſacris Scripturi „contineri, at non ex perſona propria id actun „fuiſſe, auctorem prædicere, neque enim li„ber propheticis ſermonibus pugnantia ſimu „in unum congereret, uti prius oſtendimus.

Non omnes animæ ad inferos deſcendunt.

10. „Verum poſtquam recta ſentientibu „Origenes non mediocriter inſultaſſet, obje„ctionem ſibi factam ſolvere nititur, horren„dum non eſſe, Samuelem fuiſſe apud inferos „cum Chriſtus ipſe ad inferos deſcenderit „tametſi enim, ait eo deſcenderit, ubi degun „animæ, quæ inferius ſunt, inferius tamer „voluntate non ſunt. Verum de hoc nor „quæritur, ſed de eo an dæmon talem pote„ſtatem habeat, juſtorum animas ab inferi „evocandi. Deinde ſi omnes ſimul juſti & in„juſti ad inferos devecti ſupernas ſemper ap-

petunt

„petunt ſtationes voluntate, quamnam ipſe „prophetici chori prærogativam agnoſcit? „cum omnibus ſimilem illum enuntiat. Sic „non intelligit, Verbum eſſe & Deum, qui „non tam voluntate, quam divinitatis vi om„nia ſimul penetrat, etſi ſpectabile ſuum tem„plum, ut diſſolveretur permiſit, poſt tertium „diem excitavit, anima vero illius in infimas „terræ partes deveniens animas ibi detentas ex„traxit: ſicut & inde latronis animam eodem „die in paradiſum introduxit. Ergo ſi Dei „Verbum divinitatis ſuæ potentia omnia re„plet, impii quidem ſunt, qui exiſtimant lo„ci aliqua parte determinata divinitatem cir„cumſcribi, & inconſiderate Origenes loqui„tur, dicens, Chriſtum dum ad infimas ter„ræ partes deveniſſet, voluntate ſuperius com„moratum fuiſſe, cum divinitatis operatione „omnia ubique compleret.

11. „Præterea grandiloquus Origenes non „dubitavit dicere, dæmonium non tantum Pro„phetæ animam eduxit, ſed angelos item de„finiit aſcendiſſe ſimul cum illorum ſpiritibus „cum toto Sanctorum choro, quia Pythoman„tis ait, ſe deos conſpexiſſe aſcendentes e ter„ra, ut laborantibus mederentur. Sic miſe„re ſanctis hominibus inſultavit: Angelo„rum item ordinem, qui per cœlum volant, „male tractare non eſt veritus: vel ſaltem un„denam habuit, e terra angelos in cœlis com„morantes aſcendere. Sed Origenes, qui „omnia ſcripturæ verba allegoriis exponere „auſus eſt, hoc ſolum ad litteram tradere non *Origenes allegoriis in expoſ. S. Script. utitur.*

„eru-

„erubeſcit: nam Paradiſum per translationem „exponit, & non horret fabulas appellare quæ „Deus creata perfeciſſe traditur. Item puteos „ab Abraham effoſſos & nomina propria alle„gorice exponit, uti ex ejus commentariis pa„tet. Itaque futilitas levitasque ſermonum „Origenis non minus per hanc vaniloquentiam „deprehenditur. Quæ porro reſurrectionis „cauſa male ſentiens intrudit, Methodius ſan„ctæ memoriæ in illud quæſitum ſatis abunde „ſcripſit, aperteque oſtendit, quod hæreſin af„fectantibus anſam præbuerit male ſentiendi, „in ſpecie, non in ipſo corpore reſurrectionem „fieri determinans.

Dæmon prophetare nequit.

12. „Porro cum ſpectrum Sauli dixiſſe vi„deretur: *Abſcindet Dominus regnum de manu „tua*, Origenes ſubintulit, non opus eſſe intel„ligere, dæmonium de regno Iſraelitarum va„ticinatum fuiſſe, nec potuiſſe agnoſcere reg„num Davidi divino ſuffragio deſtinatum. Ve„rum præterquam quod hæc dæmon a verbis „Samuelis ſuffuratus eſt, ex unctione Davidis „a Samuele facta & aliis circumſtantiis, regnum „divino ſuffragio Davidi deſtinatum cognoſce„re potuit. Sed cum Origenes non haberet „quid diceret, ad hoc artificioſe confugit. Ego „tales dæmoni vires concedere nequeo, ut de „Saule & populo Domini vaticinia edat. Sed „o ſtolidiſſime, illi vaticinia negas, & prophe„tas ab inferis educere concedis. Neque ſu„ſtinendum eſt, ſi dicant, præſtigiis diaboli„cis animas ab inferis eduxiſſe: ſi enim etiam „propheta abjiciendus eſt, qui etiam oſtenſis

„ſignis

„ſignis idolorum cultum introducere vult, „quanto magis dæmoni, qui ab inferis ſpiritus „juſtorum evocare pollicetur, nulla fides ad„hibenda eſt. Nemo præterea quamvis im„pius diceret, illis oracula conſulentibus, Deum „tentantem impium, ſuſcitaſſe Samuelem, ut „factum poſtea ſubſecutum dæmonis promiſ„ſioni adſcriberetur, eoque nomine per frau„dem deleret aliquos, verum omnino caven„dum erat a vaticinii ſcelere, quod morte ple„ctendum Legislator Lev. 20. v. 27. præce„perat.

Sequuntur hic in Bibliotheca Patrum Gallandii varia fragmenta ex libris S. Euſtathii deperditis, quæ Theodoretus & alii citant, quæque in citata Bibliotheca videri poſſunt, & in ſubſequentibus Scriptoribus recurrunt.

C. VETTI AQUILINI JUVENCI OPERA.

§. I.

C. V. Juvenci Presbyteri Scripta.

C. V. Juvencus genere Hiſpanus & ad Presbyterii gradum evectus claruit ſub Conſtantino principe teſte S. Hieronymo *de vir. ill. cap.* 84. Sacræ poeſi potiſſimum addictus Evangelii majeſtatem ſub metri leges miſit. Et quatuor quidem Evangelia

lia hexametris verſibus pene ad verbum transferens quatuor libros compoſuit, qui ſummis a Scriptoribus antiquis & recentioribus laudibus commendantur. Porro Juvencus ex quatuor Evangeliſtis hiſtoriam ſuam Evangelicam ita contexuit, ut maxime S. Matthæum ducem ſecutus ſit, & non pauca ex S. Joanne deprompſerit. Nonnulla etiam ad Sacramentorum ordinem ſpectantia ſcripſiſſe dicitur a S. Hieronymo, quæ tamen interciderunt. Juvenci tamen librum Geneſeos non ita pridem ex codice Corbejenſi ante 900 annos exarato evulgavit doctiſſimus Edmundus Martene *vet. Script. tom.* 9. Scripſit autem Juvencus circa annum 329 vivente adhuc Conſtantino Imperatore, & præter plurmias hiſtoriæ Evangecæ editiones, opera Juvenci ſuæ Bibliothecæ inſeruit Gallandius ex quibus præcipua tantum hic afferemus.

§. II.

ANALYSIS JUVENCI PRESBYTERI HISPANI LIBER IN GENESIN.

Cap. I. 1. „Principio Dominus cœlum terramque locavit,
„Dum chaos & nigræ fuſcabant cuncta tenebræ.
„Has dum ſydereo disjungit cardine fatur:
„Lux fiat: & læto nituerunt omnia mundo.
„Cumque Deus primi compleſſet facta diei,
„Condidit albentem nebulis naſcentibus axem.
„Accipit immenſus errantia littora pontus.

„Ter-

„Tertia lux faciem terrarum fulva retexit,
„Florea ventoſis conſurgunt germina campis.
„Quarta die generat ſolis cum lampade lunam,
„Et ſtellas tremulo radiantes lumine pingit.
„Quinta die accipiunt liquentia flumina piſces,
„Et volucres varia ſuſpendunt corpora penna.
„Sexta pater gelidos in ſpiras lubricat angues,
„Quadrupedumque greges totos diffundit in agros.
„Hæc ubi conſtituit divina potentia juſſu:
„Rectorem inſpiciens mundanis defore rebus
„Hæc memorat: hominem noſtris faciamus in unguem
„Vultibus adſimilem toto qui regnet in orbe.

2. „Quem poſtquam effigie formatum ceu ſua vidit, *cap.* 2.
„Ilicet irriguo perfundit lumina ſomno.
„Mollius ut vulſa formetur fœmina coſta.
„Septima luce Deus factorum fine quievit.
„Et poſt alloquium læta paradiſus in aula
„Inſtruitur, primique adſpectat lumina ſolis.
„Hic poſitus cuſtos Adamus cum conjuge fida
„Atque opifex tali formatur voce tonantis:
„Ne trepidate ſimul licitos præcerpere fructus,
„Solliciti ne forte malum noxale legatis.

3. „Serpebat tacite ſpiris frigentibus anguis. *cap.* 3.
„Fœmineo tentat ſub pectore mollia corda:
„Illa negat, vetitosque timet contingere ramos;
„Sed tamen infirmo vincuntur pectora ſenſu.
„Forte ſub occiduo Domini jam lumine ſolis
„Agnoſcunt ſonitum, trepidique ad devia tendunt,

„Tum

„Tum Dominus cœli mæſtum compellat Adamum,
„Protinusque ira Dei turbatam territat Evam.
„Et mox omnipotens condemnat geſta draconis,
„Præcipiens cunctis inviſum vivere monſtrum.
„Fœmina fraudigeris miſere decepta ſvadelis
„Præcipitur duro diſcrimine ponere partum:
„Tu vero, cui viſa fuit ſententia verax
„Conjugis, immitti quæ ceſſit victa draconi,
„Deflebis miſerum per tempora longa laborem.
„His actis Dominus trepidis dat tædia vitæ
„Dejectosque procul ſacratis dimovet hortis.

cap. 4. 4. „Ergo ubi conjugio ſeſe jam fidus Adamus
„Eſſe virum ſenſit, nomen genitricis amatæ
„Exhibet uxori binos e germine fœtus.
„Atque Cain hic nomen habet, cui junctus Abelus,
„Hi cum perpetuo ſua ferrent dona tonanti,
„Diſſimiles fructus ſenſu ſvadente dedere:
„Confeſtimque placet Domino pia vota tuenti;
„Quod propter gelida Cain incanduit ira, &
„Elidit geminis frendens pia guttura palmis.
„Ilicet a facie Domini ceu perditus exit.
„Nec minus ex natis genitrix quos fida creavit
„Nomine primævis ſublimem condidit urbem;
„Enochus Naida creat; ac deinde Maleehum:
„Aſt Lamech dirum qui percutit enſe Cainum,
„Perpetitur cæſo multo graviora nocente.
„Hæc inter vegetis Adam non languidus annis

„Se-

„Sethum progenerat poſt mortem mitis Abelis.
„Enohum is deinde creat, cui candida corda
„Largitur Dominus, hoc ſe poſcente rogari
„adnuit, & placidæ ſuſcepit munera mentis.

5. „A Lameche probis Noelus nobilis actis *cap. 5.*
„Editur innocuo daturus ſemina ſæclo;
„Tresque creat natos Sethum Chamumque Jafetque,
„Innumeros ſolitos mollitum tundere ferrum.

6. „Sexies hic vates centum jam vixerat annis, *cap. 6.*
„Cum Dominus diri pertæſus crimina mundi;
„Accipit ergo Dei mandata ingentia Noe,
„Duplicibus cameris arcam compangere juſſus.

7. „Hæc perfecta Deus poſtquam deſpexit ab aſtris *cap. 7.*
„Interea totos laxarunt nubila nimbos:
„Jamque quater denis ſtagnantur cuncta diebus.
„Omnia conduntur pelago mors omnibus una eſt.
„Nec minus interea tumidum ſuſpenſa per æquor
„Arca fluens clauſum munibat pendula vatem
„Venturisque parens ſervabat ſemina ſæclis.

8. „Naufragio ſecura ſuo: mox rarior æther *cap. 8. nonam deeſt.*
„Nubibus in piceis cæpit conſtringere nimbos.
„Sexcentos igitur jamjam tranſgreſſus & unum
„Orbes erat vates, primo jam menſe ſecuto,
„Atque die menſis primo, cum libera tellus

„Viſa aperire procul montes, ac volvere fumum.
„Decurſo jam menſe dehinc cum trina ſecando
„Lumina reſtarent, toto jam libera fluctu
„Terra fuit, propriumque oſtendit læta virorem.
„Laxat clauſtra ſenex, & dat nova ſemina terræ:
„Atque Deum gaudens contra ſe attollere ſanctum.

cap. 10. 10. „Collocat hic Nemrod Babylon, Aſſura deinde
„Condit, & eximiam tectis Niniveva locavit.

cap. 11. 11. „Dumque alacres certant, & nomina mænibus indunt,
„In campum veniunt Sennarum nomine dictum
„Molitique cavas ad ſydera tollere turres:
„Denique deſcendit Dominus & mænia vidit,
„Præcipiens varias raptim prorumpere voces:
„Ilicet impletur poſitis cultoribus orbis.
„Hos ſequitur Domino multum qui credidit Abram.

cap. 12. 12. „Sed Deus electi qui ſenſum noſceret Abræ,
„Imperat ut ſedes alia regione capeſſat.
„Nam procerem immenſæ faciam jam te fore gentis.
„Mutantur ſedes Sychemis caſtra locantur.
„Cum vero jejuna famem cui cura cohæret,
„Hoc fecunda metu Nilotica rura petuntur:
„Et quia conſpicuo canderet corpore Sara,

„Hæc

„Hæc cum per proceres laudata & tradita Regi eſt
„Dulcibus acccipitur votis verbisque Propheta,
„Non tamen impoſitum voluit rex ætheris illi,
„Sed mandat lætum nuptam deducere ſecum,
„Armenta & quidquid patriis adduxerat oris.

13. „Et reduces patrias tandem ſiſtuntur ad oras, *cap.* 13.
„Paſtores pecorum ſeſe certamine pulſant:
„Sed pater indomitas cupiens componere rixas,
„Obtulit ut frater quæ vellet ſumeret arva.
„Ille libens paret, Jordanis littora poſcens.
„Chananæa ſenex venienti jugera cepit
„Promiſſam terram, tanto genitore creando,
„Cujus qui numerum geſtit comprendere fatus,
„Stellarum citius turbas vel dicit arenæ.
„Tendit & ad quercum priſco de nomine Mambram,
„Perpetuoque Deo præcelſum dedicat altar.

14. „Conſurgunt reges numeroſa ex gente terniqua *cap.* 14.
„Et Sodomam multo pugnaces milite vaſtant:
„Loth etiam capitur tota cum ſtirpe domoque.
„Quod ubi triſtifico narravit nuntius ore
„Conſurgit vates ſervorum de grege multo,
„Nocte ſuper media nil jam metuentibus inſtat,
„Victoresque fugat, multosque interficit hoſtes.
„Quin etiam fratrem tanto diſcrimine demptum
„Accipit, & prædam lato trahit agmine ſecum.

„Excipitur læta Sodomorum laude procorum,
„Pontificisque Dei, ſancto qui nobilis actu,
„Melchiſedechus erat, panem vinumque præſentant.
„Mox ſopita Deus inluſtrans corda prophetæ.
„Præcipit ut cuncta vacuet formidine pectus,
„Quandoquidem invictæ tutus ſit tegmine dextræ.

cap. 15. 15. „Ne time confidens, ſervus tibi non erit hæres,
„Nam ſi noſſe valet numero carentia quisquam
„Sydera, vel totas pelagi percurrere arenas,
„Is poterit prolem ſolus numerare putando,
„Quæ præſtanda tibi eſt totus qua tenditur orbis.
„Naſceturque tuo de ſemine, qui tua cernat
„Filius, atque etiam natus ſit Regis æterni.
„Credidit iſta ſenex, nec quidquam defore verbis
„Dum nova venturæ prænoſcit ſemina gentis.

ap. 16. 16. „Interea ſteriles jam pridem feſſa per annos,
„Perdiderat etiam votum jam Sara parentis:
„Ilicet in thalamos Ægyptia adducitur Agar
„Iſmaelumque nothum fecunda gignit ab ulva:
„Quæ cum ſervili dominam contemneret aſtu,
„Verberibus duris afflicta & ſaucia fugit:
„Ac dum vicino tegeret ſe devia fonte
„Nuntius æthereus dominorum mittit ad ædes.

p. 17. 17. „Jamque novem denos novemque exegerat annos.
„Abramus vates cum ſe jamjamque parentem
„Agno-

„Agnoſcit nati magno de munere dandi.
„Et Sara quæ fuerat mandatur Sarra vocari.
„Poſt hæc geſta ſenex cum ſol octavus adeſſet,
„Maribus exhibitis adimit præputia ferro.

18. Scandebat medium jam ſol fragrantior axem *cap. 18.*
„Cum vates juvenes pariter tres adfore cernit,
„Dumque Deum trina [illegible]ſitum ſub imagine poſcit,
„Dulcia ſanctificis delibat gaudia dictis
„Euge memor vatis, pleno non ſerius anno
„Mater eris, cum læta procul ſub talia riſit.
„Conſurgunt juvenes parili fulgore decentes
„Et Sodomam toto ſubjectam lumine viſunt.
„Ut quod turba nocens, quod vox horrenda laborat,
„Oppida bina ſimul cæleſti ex fulmine flagrent.

19. „Ilicet ad Sodomam veniunt duo, natus & alter *cap. 19.*
„Ecce furens tota procurrit turba Gomorrhæ
„Seditione truci circumdans atria Loti,
„Aque viros poſcens tumido diligitat ore.
„His actis Lot ferre procul ſua pignora juſſus
„Invitat generos ſenſu torpente negantes.
„Eduxit natas cara genitrice ſequentes
„Ac dum progreditur, dum ſcandit culmina collis
„Fœmina poſt tergum poſitas dum reſpicit arces
„Diriguit, ſpeciemque ſalis pro corpore ſumſit.
„Mox fragor horriſono de ſydere fulmina torquens

„Omnibus in cinerem celeri cum labe revolvit.
„Neſcit Lot vetitum natarum noſceret uſum:
„Prima creat puerum patrio ſermone Moabum
„Altera disparibus Ammanum nuncupat orſis.

p. 20. 20. „Interea excedit poſitis de ſedibus Abram,
„Et Gerarum ad terras ſocia cum conjuge tranſit.
„Hic Abimelechus cupiens conſortia Saræ,
„Quem Deus immiſſo torſit lictore tyrannum:
„Verum ubi pacificus vates pro rege popôſcit,
„Procubus ante Deum, promtim ſe læta per omnes
„Reddidit ubertas, alvosque implevit opimas.

p. 21. 21. „Ipſe etiam inſvetis poſtrema in tempora votis
„Fit pater, & læti reputans ſolatia riſus,
„Nuncupat Iſaacum, mandata & Numinis alti
„Efficit, octavo decerpens lumine tegmen.
„Jamque puer puero junctus dum ludit alumno,
„Compulit ignito matrem turgeſcere felle.
„Et tamen invitus ſenior dum maxima juſſa
„Obſervat Domini, pariter detruſit utrumque.
„At mulier poſtquam domini de ſede remota eſt,
„Avia dimoto luſtrat ſecreta regreſſu;
„Jamque panes cunctos, vinumque inſumſerat omne,
„Devenit ad puteum, cui tunc Miratio nomen,
„Cum Deus afflictæ lachrymis trans æthera motus,
„Confirmat trepidam natoque ingentia dicit

„Re-

„Regna parata ſuo, cujus tunc clade gemeſcat.
„Interea vates ne quid clam forte pararet,
„Ductor Abilemus connectit fædera pacis,
„Philiſtinorum placidus conſedit in arvis.

22. „In quibus ætherei tentatur nominis orſis, *cap. 22.*
„Unicus ut natus gladio decumbat ad aram.
„Nec mora cum tumidi conſcendit culmina collis,
„Siſtitur evinctus manibus poſt terga retortis;
„Dumque pater natum properat diffindere cultro
„Eminus albentem proſpectat ſedulus agnum,
„Qui melius fuſo compleret ſacra cruore.

23. „His actis vetulo decedit corpore Sarra *cap. 23.*
„Quam vates duplici gaudet mandare ſepulchro,
„Nomen Mambra loco veterum narraverat ætas.

24. „Ilicet e famulis quemdam de ſtirpe parentum *cap. 24.*
„Jungendam nato, quæ ſi fortaſſe reſiſtat,
„mittendum cœlo facilem qui molliat iram.
„Ille alacris tumidis imponit dona camelis
„Aſſyriamque petit, jam cernens tecta Nachoræ,
„Conſpicit eximiam venientem fonte Rebeccam:
„Jungitur hoſpitio juvenis, mox munera promit.
„Omnibus explicitis vadit nuptura marito.

„Jamque iter emenſos proſpectat cominus Iſac
„Junguntur taciti, Dominoque auctore lætantur.

ap. 25. 25. „Sed poſtquam ſenior centum tranſcenderat annos,
„Septies & denos largitus munera cunctis,
„Deceſſit gemini donatus ſede ſepulchri.
„Interea patrias indeptus filius ædes,
„Ad puteum degit, fuerat cui viſio nomen.
„Et tandem geminis turgeſcit fœta Rebecca;
„Ac ubi jam facili gignuntur pignora partu
„Corpore puniceo ſenior ſe promit ad auras,
„Quem pater Eſau placito de nomine dixit;
„Poſt fraterna tenens manibus calcaria preſſis,
„Naſcitur inſignis prædives mente Jacobus,
„Qui cum Niliacam lentem ſolviſſet in unda,
„Compoſitos fratrem nidentem ſumere paſtus,
„Pepulit ut primos ſibimet deferret honores.

ap. 26. 26. „Hæc inter maleſvada fames & prima malorum
„Compulit a patriis vatem diſcedere terris.
„Philiſtina petit rura, mox Gargara tranſit,
„Incedens claro Dominum cum lumine vidit,
„Urgentem dictis adeat ne regna Canopi,
„Sed teneat ſolum Dominus quod præſtitit arvum,
„In quo non menſum genitor manſurus in orbem
„Semine multiplici gaudebit creſcere gentes.
„Jamque fames dudum patriis effugerat oris,
„Diſceſſit, manſitque diu convalle Geraræ:
„Mox venit, quibus eſt juratio nomen.

„Illic

„Illic perſpicuo Dominum cum lumine cernit,
„Admonitus triſtes e pectore tollere motus:
„Hinc venerans ſtructa Dominum mox ſupplicat ara
„Interea inſertis nectentes fœdera dextris.

27. „Hæc inter medios ſurgit diſcordia fratres, cap. 27.
„Namque pater cæcus mortemque inſtare recordans,
„Majorem natum carnes afferre ferinas
„Mandat, ſumturum patriæ mox munera linguæ.
„Id Rebecca videns carum dat ſcire Jacobum,
„Candida qui ſancti percepit dicta parentis,
„Anterior frater minimo ſervire jubetur.
„Interea Eſau portabat capta parenti
„Intercepta tamen non quivit ſumere dona:
„Inde ira & lachrimæ & fraus quæſita nocendi,
„Quam Rebecca videns fraterno in pectore prodit
„Jacobumque monet, cognatas viſere Carras,
„Labanumque ſuæ germanum quærere matris.

28. „Egreditur linquens patriam, multoque labore cap. 28.
„Defeſſus dulci declinat lumina ſomno:
„Aſpicit intrepidus toto de lumine mentis
„Hærentem ſcalam pure trans nubila cœlo,
„E gradibus cujus ſublimis turba ruebat,
„Aſt alia e terris ſuperas ſcandebat ad arces,
„Omnipotens prona ſpectabat fronte ruentes,
„Hæc ſuper adjungens: tellus cui membra dediſti,

„Certa tibi ſedes, & cunctis te duce natis
„Mox Jocob lapidem capiti qui ſubditus ungit,
„Atque domum Domini compellans indice ſaxo
„Promittit decimos daturum ſe fore fructus.

cap. 29. 29. „Jamque iter inceptum celerans, quo ſemita duxit,
„Occurrit nivea gradiens Rachela figura,
„Quam promtim juvenis fraterno e lumine viſam,
„Caſtos in amplexus cognata ad pectora jungit.
„Quem procul intuitus ſenſu gaudente Labanus,
„Proque labore viri natam deſpondet amanti.
„Ac ubi jam mercem ſeptenis traxerat annis,
„Deſponſam thalami depoſcit fædere jungi,
„Nec mora mentito donatur munere Lia.
„Rurſus in alterius pretium mercede ſeorſa
„Percepit meritam pulſa jam fraude Rachelem.
„Rubenum tunc Lia creat, tunc deinde Simonem,
„Tertius egregio Levitis pectore natus,
„Nunc ſequitur Juda tribui mox inditus auctor:

cap. 30. 30. „Poſt hos Iſſacharus, quem quintum Balla creavit;
„Sexta ſubit proles nomen Zabulonis adepta;
„Naſcitur & virgo germanis congrua Dina.
„Tandem fœta Rachel Joſephum gignit ad auras.
„Diſceſſum a ſoceris, & quæ quæſiverat, orat.

31. Dumque ſocer dirus lanarum vellera tondit, cap. 31.
„Libertas permiſſa viro qua commoda ferret,
„Omnia & incoctos toſta fornace penates,
„Quæ tamen involucris cohibebat cauta Rachela,
„Ne pater inventa puniret crimina noxæ.

32. „Interea electos juvenes præcurrere juſſit, cap. 32.
„Ut reditum frater tribuat, pacemque petenti
„Annuit ille libens ſociis atque agmine multo
„Stipatus contra fratrem nil turbidus exit.
„Ac ubi compoſuit ſocios, ſomnosque petivit,
„Luctantem ſuperare Deum ſub nocte laborat,
„Femine nam preſſo ſtupuit pars corporis illa,
„Nomine mutato Jacobus deſinit eſſe.

33. „Jamque videns fratrem vallatum cum grege turma cap. 33.
„Procurvus prona Dominum cervice ſalutat:
„Congreſſi multo conjungunt pectora fletu.

34. „Sichimis improbius Dinam Correus amatam cap. 34.
„Polluit, & teneræ præcerpſit virginis uſum,
„Conjungique volens ſoceris præputia demſit,
„Oppreſſus pariter tota cum pube necatur.
„Natorum ferro; doluit hæc geſta Jacobus.

35. „Ilicet omnipotens monuit diſcedere vatem cap. 35.
„Ac domum fidam Betheli in ſede locare.

„Ingen-

„Ingentemque videt Dominum depromere ſveta
„Verba ſibi, vatemque fore Numinis alti.
„Ipſe loco nomen poſuit, ſaxumque ſacravit.
„Hæc inter Rachela gravi confecta dolore,
„Funere facta parens Benjaminum fudit ab alvo
„Agnovitque vates ſocio de germinæ Ballæ
„Conſpicuum Danem, quem Nephtalimus ad-urget.
„Aſt alios mox Zelfa creat Gadumque Aſerum-que.
cap. 36. „Solvitur & Iſaac de corpore candidus exit.

cap. 37. 37. „Cumque Joſeph ſeptem decemque at-tingeret annos,
„Somnia docliloquo pandit perſpecta parenti:
„Ilicet excedunt fratres dum paſcua quærunt,
„Ad quos miſſus abit Joſeph dumiſque perer-rat.
„Quem procul ut varia licuit præpoſcere veſte,
„Conſilium infauſtum linguis diſcordibus ap-tant,
„perdere & extinctum morſu narrare ferarum.
„Reſpuit hoc placidis Rubenus mitior orſis,
„Stagnanti memorans melius merſare palude.
„Ergo ubi germani ſpes eſt afflicta minoris
„Judas ait, melius Joſephum vendere nummis.
„Celatur genitor veſtemque in ſanguine tin-ctam
„Perſpiciens nulla mentitur fraude necatum,
„Quem dudum acceptum Semivir Pharaonis habebat.

cap. 38. 38. „Hæc inter Thamara parit dum gaudia culpæ

„Læta

„Læta placent geminoque impletur pignore
venter
„Zaræ nomen habet, alium dixerè Faretem.

39. „Servabat Domini cuſtodia fida Joſe- *cap.* 39.
phum,
„Exorat coitum domina male ſaucia ſervi,
„Exilit ille alacer, veſtemque a corpore demit.
„Fœmina proclamat, viresque a crimine ſumit,
„Vir hæc vera putans Joſephum carcere clau-
dit.

40. „Hic duo venturis viderunt ſomnia re- *cap.* 40.
bus.
„Omnia tunc Joſeph ſignanter clauſa revelat.

41. „Interea geminos jam tempora lapſa *cap.* 41.
per annos,
„Somnia cum ductor vidit Niloticus iſta.
„Atque ubi conſultus tacuit Memphiticus au-
gur,
„Mittuntur propere vatem qui crimine toto
„Exutum turpi celeres de fornice tollant:
„Ergo probus dictis conſultus talia reddit:
„Elige de cunctis procerem qui præſcius horum
„Temperet Ægyptum, & quintas ex meſſe re-
quirat,
„Ut quæ prima datur ſecundis copia terris,
„Jus teneat ſteriles conſumtis frugibus annos.
„Accipitur plauſu procerum ſententia vatis,
„Ipſe etiam tandem ſedato pectore rector,
„Vera enarrantem celſo ſublimat honore.
„Quin etiam legitur conjux, cui nomen Aſen-
nes,

„Ex

„Ex qua confeſtim genitor fit pignore bino,
„Dicitur anterior Manaſſes, junior Ephrem.
„Poſt ubi dira fames totum diffuſa per orbem,
„Conclamat populus regem efflagitat eſcas:
„Ille jubet procerem mæſtis dare farra Joſephum.

cap. 42. 42. „Interea Jacob fleto jam funere nati
„Bis quinos juvenes numeroſo e germine mittit,
„Qui longinqua ſibi pretio frumenta pararent
„Quos ubi perſpexit memori cum mente Joſephus,
„Increpat, & multa proterret voce paventes,
„Claudendos juvenes dura cuſtodia, donec
„Germanum exhibeant genitor quem mitis habebat.
„Nectuntur trina pariter ſub cura tuentum
„Laxatique dehinc, unum liquere tenendum
„Gratatur reduces genitor Simeonque requirit,
„Omnia cognoſcens nummosque & dona capeſſit.
„Acciſi cum deinde cibi advectaque farra,
„Cogebant rurſus pretiis alimenta parare:
„Sed revocare gradum Memphis mens non erat ulli.
„Ni minimum fratrem ſecum pater ire juberet,
„Quem cum plura gemens nollet dimittere quoquam,
„Rubenus gemina committit pignora patri,

cap. 43. 43. „Dat juvenem largo perfundens flumine vultum.
„Quos ubi conſpicua vidit Joſephus in aula,
„Impe-

„Imperat ut læta celebrent convivia ſecum
„Ingreditur multo ſtipatus milite vates;
„Perquirit ſi firma pater virtute valeret,
„Et veluti notus Benjaminus non foret illi,
„Conſultat juvenes, & promtim ſciſcitat inde,
„Nec gemitus cohibere valet, nec ſiſtere fletus,
„Sed tenero affectu ſeſe conclavibus abdit.
„Poſt ubi discubuit; dapes exponere gaudet.
„Porrigit & fratri majori dedicat uni

44. „Atque ubi jam ſaturis amor eſt compreſſus edendi; *cap.* 44.
„Joſephi imperio Schyphus abſconditur ardens
„In rebus Benjamine tuis pretioſior arte.
„Jamque iter ingreſſos circumdat regia turma,
„Comprenſosque tenet fulgentia pocula poscens:
„Quæſitum poculum retegunt, fratremque relinquunt.
„Joſephumque petunt, evolvunt juſſa parentis

45. „Permotus precibus vates diſcedere cunctos *cap.* 45.
„Imperat, ac ſeſe germanum fratribus infit.
„Exigit ut dicta portent placitura parenti:
„Inſtigans migrare ſenem, gregibusque coactis,
„Vicinos Arabum colles venientibus offert
„Hæc ubi cognovit genitor data munera ſumens,
„Reſpirat, patria feſtinus cedere terra:

46. „Ægyptumque petit Arabum quæ jungitur arvis. *cap.* 46.
„Procurrit Judas & fratrum prævolat agmen,
„Joſe-

„Joſephumque docet haud longe adſtare parentem,
„Ille alacris ſcandit currus atque obvius exit.

cap. 47. 47. „Regrediturque citus, regis excurrit ad aulam,
„Paſtores properare ferens, ut turba caverum
„Diſcretis degat fæcundo in gramine terris,
„Ipſe etiam vati rector Memphiticus inſtat,
„Et jubet uberibus fratres componeret arvis.
„Interea populis deerant mercantibus æra,
„Certatim exhibitis gregibus memphitica turba
„Emit inops fruges pretium taxante Joſepho.
„His quoque nudati ſeque & ſua prædia tradunt,
„Sola Sacerdotum non eſt poſſeſſio dempta.
„Inditur hinc populo quintarum penſio frugum.
„Interea expleta perpendens tempora vitæ
„Adjurat natum Jacob, ventura revolvens,
„Ut ſua majorum componat membra ſepulchris:

cap. 48. 48. „Compoſitosque ſenex alterna in parte nepotes,
„Sed mirum, palma ſacratur dextra Manaſſes
„Anterior natu læva contingitur Efrem.
„Præſcia mens ſenis ſenior ſervire minori
„Cogitur, & revocare nequit pia dicta Joſephus.

cap. 49. 49. „Inde vocat natos & cunctis præmia dedit.
„Omnibus explicitis oculo jam captus utroque,
„Pignoribus manſura diu prolique natorum,
„Incon-

„Inconceſſa prius longoque adjudicat ævo
„Conceſſit ſolo terrenis corpore vates

50. „Mæſtitiæque dedit decies ſeptena dierum *cap.* 50.
„Lumina, dum functi veneratur turba ſepulchrum.
„Quin etiam nati ſeptem luxere diebus
„Uberibus lachrymis, pacem reddente Joſepho
„Fratribus innocuis veterem dum negligit iram.
„Ipſe etiam poſtquam jam centum triverat annos,
„Atque decem juncti metitus tempora leti
„Fratribus effatur venturus qui foret ordo,
„Quo revocare gradum valeant, & linquere Nilum,
„Dummodo compoſitos cineres, atque oſſa reportent,
„Ut vehant ſecum, veterum condenda ſepulchris.
„Sic demum longæ poſt tempora candida vitæ,
„Deceſſit, petiitque Deum, corpusque reliquit.

JUVENCI PRESBYTERI HISTORIÆ EVANGELICÆ LIBER I.

1. „Rex fuit Herodes Judæa in gente cruentus, *Luc.* 1.
„Sub quo ſervator juſti, templique ſacerdos
„Zacharias, cui erat thalamis digniſſima conjunx,

„Nec fuit illis ſoboles jam tunc vergentibus
annis,
„Sed cum forte adytis ariſque inferret odores,
„Nuntius e cælo viſus deſcendere aperto,
„Advenit, & cara tibi mox e conjuge natum
„Promittit, grandis rerum cui gloria reſtat,
„Nomine Joannem quem tu vocitare memento.
„Olli confuſa reſpondet mente Sacerdos:
„Æmula promiſſis obſiſtit talibus ætas.
„Hæc trepidans vates, cui talia nuntius infert:
„Promiſſis Domini manet irrevocabile donum:
„Sed tibi claudetur trepidæ vox nuntia mentis,
„Donec cuncta Dei firmentur munera vobis.
„Nec dilata diu venerunt munera prolis
„Tunc majora dehinc idem mandata miniſter
„Detulit ad Mariæ demiſſus virginis aures:
„Salve progenie terras jutura salubri,
„Nam tua concipient cœleſti viſcera juſſu
„Natum, quem regnare Deus per ſæcula man-
dat,
„Huic ubi lucem dederis ſit nomen Jeſus.
„Virgo dehinc Domino famulam nunc ecce ju-
benti,
„Ut tua verba ſonant, cernis ſervire paratam.
„Illa dehinc rapidis Judæam paſſibus urbem
„Zachariæque domum penetrat, gravidamque
ſalutat.
„Eliſabeth, clauſæ cui protinus anxia prolis
„Membra uteri gremio motu majore reſultant:
„Et magnum clamans, Felix o Fœmina ſalve:
„Magnificas laudes grateſque Maria rependit.
„Tunc illic manſit ternos ex ordine menſes
„Jamque aderat tempus, quo ſarcina deſerat
alvum

„Eli-

„Eliſabeth, liquidas ſolvenda in luminis auras.
„Ad partus fama tantos collecta cucurrit,
„Turba propinquorum, tum gaudia mira frequentes
„Concelebrant, nomenque jubent genitoris habere;
„Abnuit hoc genitrix, ſed Joannes vocitetur
„Ingeminat. Placuit tunc muti juſſa parentis
„Conſulere, ſcriptoque rogant edicere nomen.
„Sed proh mira fides, tabulis cum ſcribere tentat,
„Implicitam ſolvit per verba ſonantia linguam;
„Completus canit venturi conſcia dicta.
„Exin ſecretis in vallibus abdita ſemper
„Vita fuit puero, donec poſcentibus annis,
„Vatis ad officium pleno pubeſceret ævo.

2. „Interea Mariæ ſponſo miracula mentem *Matth. 1.*
„Sollicitant, manifeſta uteri quod pondera vidit.
„Mox ſtertente Dei vox eſt audita monentis
„Accipe conjugium nullo cum crimine pactæ,
„Spiritus implevit ſancto cui viſcera fetu,
„Hanc cecinit vates venturam ex virgine prolem
„Nobiſcum Deus, cui Nomen. Protinus ille
„Hæc præcepta ſequens, ſervat ſponſalia pacta.

3. „Sed tunc forte novus, capitum diſcuſſio, cenſus, *Luc. 2.*
„Cæſaris Auguſti juſſu per plurima terræ
„Deſcribebatur Syriæ, quam jure regebat
„Cyrinus, cui addunt populi nomenque genusque.
„Urbs eſt Judææ Bethlehem Davida canorum

„Quæ genuit, generis cenſum quæ jure petebat.
„Obtulit hic illum genus hinc quod uterque trahebat.
„Illic virgo novum completo tempore fetum
„Edidit, & leni pannoſo tegmine fœtum
„Texit, cui durum cunas præſepe miniſtrat
„Circa ſollicitæ pecorum cuſtodia noctis
„Paſtores tenuit vigiles per paſcua læta,
„Nuntius ecce Dei mox maxima gaudia portat,
„Nam genitus puer eſt, Davidis origine clara,
„Qui populis lucem mox lætitiamque propaget.
„Talia dicenti junguntur millia plebis,
„Cœli ac uniti vox agminis aera complet.
„Gloria ſupremum comitetur debita Patrem:
„In terris juſtos homines pax digna ſequatur.
„Paſtores propere veniunt, puerumque jacentem
„Præſepis gremio cernunt ac obſtupuerunt.
„Viderat octavam lucem puer, ecce recidi
„Ad morem legis, nomenque aptare neceſſe eſt,
„Impoſitumque illi eſt monitis cœleſtibus Jeſus
„Poſt ea cum Simeon gremio genitricis Jeſum
„Ad templum ſenſit veniſſe, trementibus ulnis
„Accepit puerum, lætusque hæc dicta profatur:
„Nunc vinclis Dominus famulum me liberet arctis,
„Hinc ait: hæc quid virgo tibi tam mira videntur,
„Livor edax faciet, letum ut percurrat amarum,
„Atque animam matris ferro fulgentem machæra

„No-

„Novit & Anna illum, & ſimili ſermone locuta eſt.
„Inde ubi ſolemnem pueri pro nomine legem
„Complevit genitrix, & Joſeph omnia mirans
„Ad patriam læti repedant, puerumque reportant,

4. „Gens eſt Eoi Phœbo orto proxima regni:
„Hinc lecti proceres Solymas per longa viarum
„Deveniunt, regemque adeunt orantque doceri,
„Quæ regio imperio puerum Judæa teneret,
„Progenitum, ſeſe ſtellæ fulgentis ab ortu
„Admonitos veniſſe, ut ſacrum Numen adorent.
„Tunc manifeſtatur Bethlehem, quod mœnibus illum
„Progigni maneat, qui dux ſit plebis amatæ.
„Tunc jubet Herodes Perſas pertendere greſſum,
„Inventumque ſibi puerum monſtrare colendum.
„Ecce viæ medio ſtellam præcurrere cernunt,
„Et poſtquam puerum videre ſub ubere matris,
„Dejecti prono texerunt corpore terram,
„Submiſſique ſimul mox mytica munera promunt:
„Aurum, thus, myrrham Regique, hominique, Deoque
„Dona ferunt. Sævumque Regem vitare jubentur,
„Hunc fugiunt, patriamque magi rediere latentes.
„Ipſum etiam puerum monitis cœleſtibus actus

„Ægyptum cum matre ſimul transportat Joſeph,
„At ferus Herodes ſibimet ſuccedere credit,
„Crudeli tinxit Bethleemitica compita cæde
„Aſt ubi ſopitus furor eſt, ac ira tyranni,
„Joſeph urgetur monitis Mariam puerumque
„Ægypto ad patriam vectare, ubi Nazara felix
„Olim prædictum puero dedit addere nomen.
„Et crevit rapidis annorum greſſibus infans.

Luc. 2. 5. „Et jam bis ſenos ævi comprenderat annos
„Cum Paſchæ ritum ſervando ex more parentes
„Ad templum lætis puerum perducere feſtis
„Omnibus annorum vicibus de more ſolebant;
„Tum puer in populo comitis veſtigia matris
„Deſeruit, templique libens ſecreta petivit.
„Quærit eum genitrix; ſed lux ubi tertia venit,
„Ad templum propere remeat, vatumque coronæ
„Invenit inſertum, legumque obſcura rimantem.
„Cumque illa greſſum ſociat, patriamque reviſit,
„Et puer obſequiis apte prædulcibus ambos
„Ad proprium ſemper cogens nectebat amorem.

Matth. 3. 6. „Zachariæ ſoboles deſertis vallibus omnes
„Ad depellendas maculas clamore vocabat,
„Fluminis ut liquidi caperent miranda lavacra.
„Isque ubi tot populos diverſis ſedibus ortos
„Irrue-

„Irruere ad fluvium cernit, ſic increpat ore,
„Heu facite o miſeri fructum ſi pænitet aptum,
„Nunc ego præteritas maculas in flumine puro
„Abluere inſtitui, veniet ſed fortior alter,
„Cujus vincla pedum non ſum contingere dignus:
„Abluet ille homines ſancto ſpiramine mergens.
„Hæc ait, & properis per Silvam paſſibus ipſum
„Cernit Jordanis veneranda lavacra petentem.
„Sed vetat increpitans vates, cui reddit Jeſus:
„Nunc ſine, nam decet hoc, ſi ſancta per omnia fient.
„Hæc memorans vitreas penetrabat fluminis undas,
„Corporeamque gerens ſpeciem deſcendit ab alto
„Spiritus aeream ſimulans ex nube columbam:
„Tunc vox miſſa Dei Chriſtum flatuque perunctum
„Alloquitur: Te nate hodie per gaudia teſtor
„Ex me progenitum, placet hæc mihi gloria plebis.

7. Tum petit umbroſos montes & luſtra ferarum *Matth. 4.*
„Quadraginta illi fuerant ex ordine ſoles,
„Ex quo nulla cibi potusque alimenta dabantur.
„Interea rabidi mox livor dæmonis ater
„Cum terra rapit mentem, nec defuit ægro
„Tentandi ſanctum Chriſtum verſutia fallax.

„Inde ubi Joannem cognovit carceris umbris
„Submerſum, ſtatuit Zabulonas ponere ſedes,
„Ac inſtare Dei regnantis munera, Chriſtus
„Nuntiat, increpitans præconia larga ſalutis.
„Præteriensque videt geminos per littora fratres,
„Simonem, Andreamque ſimul piſcare ſub undis:
„Nunc, inquit piſces capitis maris æſtibus altis,
„Sed me ſi libeat ſectari, fortia vobis
„Provenient hominum præpulchra indagine lucra.
„Retibus abjectis mox hi præcepta ſequuntur,
„Poſt fratres piſcantes Jacobum Joannemque
„Ut vidit, ſimilemque dedit de littore vocem,
„Illi Zebedæum genitorem in puppe relinquunt,
„Illico ſectantes pulcherrima juſſa ſalutis.

Matth. 4. 8. „Exin per terram Galilææ ſancta ferebat,
„Inſinuans populis regni præconia Chriſtus,
„Donabatque citam invalidis ægrisque medelam.
„Illum ſtipantes miracula magna moventem
„Mixtæ ſectantur turbæ, Solymique Syrique
„Et Judæa frequens populis, Galilæaque plebes,
„Et quos Jordanis dirimit ſtagnante fluento.

Matth. 5. 9. „Hos populos cernens præcelſa in rupe reſedit,
„Ac ſic diſcipulis gremium cingentibus infit:
„Fe-

„Felices humiles pauper quos ſpiritus ambit,
„His ſimiles mites, quos manſuetudo coronat;
„Hic modo lugentes ſolatia digna ſequentur;
„Pabula juſtitiæ, qui nunc potusque requirunt
„Illos plena manet ſaturandos copia menſæ;
„Felix qui miſeri doluit de pectore ſortem;
„Felices puro cælum qui corde tuentur:
„Pacificos Deus in numerum ſibi prolis adoptat:
„Felices juſti, quos inſectatio vexat.
„Diſcite vos hac in terra ſalis eſſe ſaporem,
„Vos eſtis mundi clarum ne abſcondite lumen,
„Audiſtis veteris juſſum moderamine legis,
„Humano ſiquis macularit ſanguine palmas,
„Ille reus ferro perſolvet vindice pœnas.
„Aſt ego præcipio, nequis conſurgere in iras
„Audeat, atque odio fratris fervente moveri,
„Corpus adulterio prohibet lex nunc mea juſſa
„Occulta internæ frænent molimina mentis.
„Nec minus optati, quam facti pœna luenda eſt.
„Si te forte oculi dextri laqueaverit error,
„Hunc jaculare procul, nam membrum perdere præſtat,
„Perpetuis quam animam pariter convolvere pœnis.
„Præcipiunt veteres, ſiquis connubia rumpit;
„Scribere diſcidium juris feralia verba,
„Sola viri recte diſcedet adultera tectis,
„Aſt aliæ maneant, nam caſti jura pudoris
„Auctore amittet mulier deſerta marito.
„Antiquæ leges prohibent perjuria linguis;
„Sed noſtris cedat jurandi audacia juſſis.

„Eſt, eſt ſufficiat, quod non eſt, dicite, non eſt.
„Pervulgata diu legis præcepta tenetis:
„Lædentem ſemper ſimilis vindicta ſequetur.
„Sed tranquilla malum melius patientia vincet.
„Siquis egens poſcet, largire aut mutua ſemper,
„Nec tibi ſit placitum ſolis ſuccurrere amicis,
„Aut cæcis odiis inimicos ducere dignos:
„Quin ego præcipio, ſemper blando eſſe per omnes
„Obſequio, precibusque Deum mollire benignis.

Matth. 6. 10. „Sicubi juſtitiæ pandetur juſta facultas,
„Devitate oculos hominum, nam nulla manebit
„Merces in cœlo, quæ factum tale ſequatur,
„Applaudet tantum ſterilis jactatio vulgi.
„His autem votum placeat concludere verbis:
„Sidereo genitor reſidens in vertice cœli,
„Nominis, oramus, veneratio ſanctificetur
„In nobis Pater alte tui, tranquillaque mundo
„Adveniat, regnique tui lux ampla pateſcat.
„Sic cœlo ut terris fiat tua clara voluntas:
„Vitalisque hodie ſancti ſubſtantia panis
„Proveniat nobis. Tua mox largitio ſolvat
„Innumera indulgens erroris debita pravi:
„Et nos haud aliter concedere fenora noſtris.
„Tetri ſæva procul tentatio dæmonis abſit,
„Eque malis tua nos in lucem dextera tollat.
„Sunt etiam pergrata Deo jejunia plebis;
„Si ſolus genitor devoti pectoris aptum

„Ser-

„Servitium cernens laudem meritumque re-
pendat.
„Vanum eſt defoſſis terra invigilare talentis;
„Condite theſauros vobis in vertice cœli.
„Quodſi pura acies oculi ſimplexque nitebit,
„Clare totius ſplendebunt corporis artus.
„Nemo poteſt dominis æque ſervire duobus;
„Haud umquam poterit quis divitiisque Deo-
que
„Inſervire ſimul. Sed vos hæc juſſa tenete:
„Sollicitet proprio ne vos pro corpore veſtis,
„Neu faciles victus ægra disquirite cura.
„Vos potius digne cœleſtia quærite regna,
„Juſtitiamque Dei, ſpontanea cætera current.

11. „Judicium veſtrum fugiat damnatio ſæva: *Matth. 7.*
„Menſuram tibi quam ponis portare neceſſe eſt.
„Poſcenti dabitur, quærens inventa tenebit.
„Ite per anguſtam juſti ſuper æthera portam.
„Obſervate illos falſo qui nomine vobis
„Inſidias faciunt, appellanturque Prophetæ,
„Fructibus e propriis noſcuntur talia monſtra.
„Non me quod Dominum præblanda adulatio
dicit,
„Præmia cœleſtis capiet ſpontanea ſedis;
„Illi ſed merito gaudebunt munere regni,
„Qui faciunt noſtri genitoris juſſa volentes.
„Talia dicentem magna admiratio plebis
„Immenſum ſtupuit, quoniam tranſcenderet alte
„Doctrinam veterum Chriſto conceſſa poteſtas.

12. „Denique linquentem celſi faſtigia montis, *Matth. 8.*

„Sti-

„Stipabat gaudens populorum turba ſequentum, &
„quem toto obſeſſum fœdarat corpore lepra,
„Attactu Chriſtus purgavit lurida membra.
„Inde recedenti ſupplex ſe protinus offert
„Centurio pueri poſcitque rogatque ſalutem;
„Dixerat & dicto citius eum voce loquentis
„Ad puerum celeris transcurrunt munera verbi
„Ingreſſusque domum miles properare recurſu,
„Præveniſſe Dei lætatur dona medentis.
„Ædes inde Petri ſanctus penetrabat Jeſus;
„Cujus anhela ſocrus æſtu febrique jacebat;
„Utque illi dextram tetigit Salvator Jeſus,
„Sana miniſterium præbebat fœmina menſis.

LIBER II.

Matth. 8. 13. „Jamque dies prono deceſſit lumine pontum,
„Cum verbum Chriſti cuncto languore remoto
„Omnibus indulgens præbebat munera Patris.
„Ecce ſed exorta major cum luce tumultus;
„In mare velivolum hinc celſam deducere juſſit
„Diſcipulis puppim: precibus tum ſcriba profuſis
„Navigio ſancti pariter poſcebat abire.
„Olli Chriſtus ait: quo metu ſcriba ſequeris?
„En hominis nato nil eſt ſuccedere tectis.
„Tunc e diſcipulis unus ſic ore rogabat
„Ut liceat miſeri genitoris condere corpus:
„Sed ſine defunctis defunctos condere terræ,
„Conſcendunt navem mox vento vela tumeſcunt,
„Interea in puppi ſomnum carpebat Jeſus;

„Orant

„Orant diſcipuli pontique pericula monſtrant,
„Imperat & placidam ſternit ſuper æquora pacem.
„Jam Geraſenorum ſteterat ſub littore puppis,
„Egreſſo juvenis cui mentem ſpiritus ater
„Cepit, pergentem Chriſtum per littora vidit,
„Cum clamore ruit, longeque accurrit adorans:
„Imperat is hominis mentem dimittere Chriſtus,
„Porcorumque ſinit gregibus finire furores.
„Inſanum juvenem poſtquam reſipiſſe videbant,
„Orabant populi, regionem linqueret illam.

14. „Inde domum repedat terrarum lumen Jeſus: *Matth.* 9.
„Ecce revertenti juvenis torpentia membra
„Ante pedes ponunt tepido recubantia lecto,
„Cui Chriſtus: juvenis firmato corporis uſu
„Surge vigens, ſtratumque tuum ſub tecta referto.
„Progrediens tunc inde ad vectigalia vidit
„Conſeſſu in medio Matthæum. Protinus ergo,
„Diſcipulis hærere jubet: nil inde recuſans
„Imperio Chriſti paret, gaudetque ſecutus.

15. „Inde iter ingrediens ſimul ſermone Philippum *Joan.* 1.
„Hortatur, comitemque ſuis aſcivit amicis.
„Ille ubi cognovit Chriſti viresque viamque
„Tum primum juſto concurrit Nathanieli.

16. „In-

Joan. 2. 16. „Interea thalamis connubia feſta parabant
„In regione Chanan, ubi mitis mater Jeſu
„Cum nato pariter convivia concelebrabant:
„Vina ſed interea convivis deficiebant:
„Vaſcula quæ ternis aperirent ilia metris,
„Hæc jubet e fontis gremio complere miniſtros,
„Quas facit in vini gratum tranſire ſaporem.
„Inde ubi Judæis aderant ſolennia Paſchæ,
„Ad Solymos direxit iter, templumque ſubibat,
„Reſtibus hic Chriſtus connectit verbera flagri,
„Profanos populos ſancta proturbat ab æde.
„Tunc poſcens ſignum plebes Judæa fremebat
„Ventura obſcuris, tunc Chriſtus talia miſcet:
„Solvite pollutis manibus venerabile templum,
„Hoc ego reſtituam cum terno lumine ſolis.

Joan. 3. 17. „Nocte ſub obſcura celſo ſublatus honore
„Venit & ad Chriſtum ſubmiſſa voce profatur.
„Cui Chriſtus: liquido ſiquis de fonte renatus
„Et flatu ſancto rudibus conſiſtere membris
„Cæperit, æthereaam liber conſcendet in aulam.

Joan. 4. 18. „Inde Galilæam repetit Salvator Jeſus.
„Præteriens, ſed forte venit Samaritida Sichem,
„Quam tunc peccantum largus miſerator Jeſus
„Se lumen terris Chriſtum veniſſe fatetur,
„Ecce Samaritum populi venere rogantes,

„Exo-

„Exorantque illic geminos expendere ſoles.
„Jamque fides multos plebis fundaverat alta,
„Quos jam nunc coram virtus manifeſta docebat,
„Veniſſet ſæcli quod jam Salvator Jeſus.
„Jamque Galilæam remeaverat in regionem,
„Regius hic juvenis, ſobolis fert dona ſalutis.

19. „Forte dies epulis multo ſatiaverat una; *Matth. 9.*
„Publica conducta qui vectigalia tollunt,
„Hos cum diſcipulis ſimul accipiebat Jeſus:
„Ecce Phariſæi occulto reprehendere riſu.
„His ait: ægrotis merito impendenda medela eſt.
„Ecce ſed e numero mirantum munera Chriſti,
„Unus Joannis quærebat diſcipulorum:
„Cur non ſub Chriſto plebes jejunia ferrent?
„Chriſtus ad hæc contra placido ſic ore profatur:
„Qui ſponſi lætis comitantur vota choreis,
„Non præſente illo jejunia triſtia portant:
„Rapto illo capient animis jejunia flentes.
„Talia tractanti perculſus pectora luctu,
„Ecce Sacerdotum princeps procumbit adorans,
„Et ſibi defunctam, funus miſerabile, natam
„Implorat lachrymans certamque venire ſalutem.
„Haud mora, conſurgens graditur Salvator Jeſus.
„Progreſſi mulier ſequitur veſtigia ſervans,
„Quam cepit fluxus macerans ſine fine cruoris:
„Hæc ubi per populum ſummi pendentia pepli

„Fila

„Fila manu trepida tractavit, protinus ille
„Conceſſit celerem tali cum voce ſalutem:
„Accipe quod meruit fidei conſtantia munus.
„Poſtquam perventum eſt, ubi funera Virginis adſunt,
„Frigentis dextram dignatus prendere Chriſtus,
„Surgere mox juſſit miranda ad gaudia patris.
„Inde revertendi clamor ſe protinus offert,
„Lumine captorum greſſu labente duorum;
„Tunc Chriſtus fatur: credentes cernite lucem.
„Offerturque dehinc juvenis cui capta ſonoræ
„Dæmonis incurſu fuerat ſubſtantia vocis;
„Aſt ubi propulſus fugit de pectore dæmon,
„Confeſtim ſanæ redierunt munera linguæ.
„Talia mirantis populi ſtipante tumultu
„Vallatur: tum ad diſcipulos mox talia dicit:
„En late ſegetes, ſed rarus meſſor acervi,
„Jam ſupereſt dominum ſegetis depoſcere tantæ
„Ut ſua rura velit numero complere colentum.

Matth. 10. 20. „Hæc fatus populo ex omni delecta ſeorſum,
„Fortia conglomerat bis ſeno pectora cætu:
„Hos ubi delegit, præceptis acribus implet.

Matth. 11. 21. „Talia diſcipulis bis ſex cum juſſa dediſſet,
„Juſtus Joannes delectos talia dicta,
„Ad Chriſtum portare jubet, verumque referre:
„Tunc piis animis requies, quam regia cœli

„Lar-

„Largitur terris, noſtro ſub tempore fulges?
„Talibus hæc Chriſtus dictis mandata remittit:
„Cæcorum tenebræ mutantur lumine ſolis,
„Pauperibusque ſuis non dedignata pateſcit
„Fulgentis ſplendens adventus gloria terris.
„Talia diſcipuli referunt mandata Magiſtro.
„Hoc ſuper ad populum depromit talia Chriſtus,
„De Joanne ajens: genuit nec fœmina quemquam
„Major Joannis noſtri, qui viribus eſſet.

22. „Hæc ubi dicta dedit meſſis per culta gravatæ *Matth.* 12
„Præterit, & populus ſectantum diſcipulorum
„Spicarum gravidam carpebat in ordine frugem,
„Sabbata dum veteri poſcebant lege quietem.
„Ecce Phariſæi coram reprehendere Chriſtum
„Incipiunt: legum ſed tunc completor Jeſus
„Damnat eos, veteris ſcripti monimenta retexens.
„Tunc conventicula ipſorum poſt talia dicta
„Ingreditur, mox hic juvenem pro limine cernit,
„Siccatum ex humido cui pondus inutile palmæ
„Pendebat: ſed dum dictis tentando doloſis
„Ægris an liceat per ſabbata ferre medelam,
„Ergo age tu juvenis redivivam extendito dextram:
„Cum dicto palmas ſanas porrexit utrasque.
„Sed mala proſpicies procerum molimina Chriſtus

„Disceſſit, curam variis languoribus aptans.
„Oblatusque illi eſt, quem dæmonis horrida virtus
„Et lingua & viſu truncatum vivere fecit:
„Hunc ubi curatum, viſuque & voce vigentem
„Cæca Phariſææ cognovit factio gentis,
„Dæmonis auxilio hæc illum feciſſe tulerunt.
„Sed Chriſtus veris convicit pectora verbis.
„Ingerit hæc etiam: poterunt peccata remitti,
„Spiritus at ſanctus verbi rabie violatus
„Suppliciis nunc & ſemper punit violantem.

Joan. 3. 24. „Quæ genitor faciet, ſectabitur omnia natus:
„Nec genitor quemquam veſtrum ſe judice quæret,
„Sed dedit hæc nato quærendi jura per orbem.
„Adveniet tempus cum mortua corpora vocem
„Accipient noſtram, & vitam cum voce tenebunt.
„Quæratur veterum ſcriptorum lectio vobis
„Hæc etenim noſtrum teſtatur lectio donum.

Matth. 12. 25. „Atque cum populis vitalia dicta frequentat,
„Pro foribus Mater cum fratribus adſtitit illic
„Et miſcere foris ſermonem cominus orat.
„Talia tum matris mandatis dicta remittit:

„Hic

„Hic mecum genitrix mecum germana reſi-
dunt
„Corpora: nam patria impletur cuicunque vo-
luntas,
„Hic matris, generisque mei ſub nomine ha-
betur.

26. „Progreditur templo terrarum lumen *Matth.* 13.
Jeſus,
„Et maris extrema terræque reſedit in ora,
„Innumeræque illuc plebis fluxere catervæ,
„Ille ſed excelſam ſcandens, quæ proxima,
puppim,
„Littora complenti promit parabola plebi:
„Inde domum repetit ſerus, turbasque relin-
quit.

LIBER III.

27. „Hæc docuit, patriamque redit Salvator *Matth.* 13.
in urbem.
„Illic expediens populis, mirabile dictu,
„Juſtitiæ leges, vitæque ſalubria juſſa,
„Virtutes patrias ſimul inſinuando docebat.
„Tunc livore gravi plebes commota ſuorum,
„Hæc inter ſeſe muſſitanti voce ſuſurrant:
„Nonne hic eſt ſoboles fabri, cui nomen Jo-
ſeph,
„Unde igitur legis doctor tantæque miniſter
„Virtutis, cedit cui labes victa malorum?
„Nazara ſic plebes: cui talia reddit Jeſus:
„Absque honore manent patria ſub Sede pro-
phetæ.

Matth. 14. 28. „Interea ad regem volitabat fama ſuperbum,
„Quod mala cuncta illic virtus divina domaret:
„Sed putat Herodes, leti quod lege remiſſus
„Tanta ut Joannes virtutis dona teneret.
„Nam cum non licito Herodes accenſus amore
„In fratris thalamos ardet, quod jure vetabat
„Sanctus Joannes, juris memor imperat ipſe,
„Inſontis caput afferri, tradique puellæ.
„Hoc ubi cognovit Chriſtus miſerabile letum,
„Deſerit inſontis pollutam ſanguine terram,
„Frondoſaque latet ſecretæ vallis in umbra.
„Hic cernens credentum turbas diſcumbere mandat,
„Atque duos piſces, & quinque ex ordine panes
„Dividit, & dapibus menſas oneravit opimis.
„Cænantum numerus tum millia quinque virorum:
„Præterea poplus matrum fuit & puerorum.
„Diſcipulis tunc inde jubet conſcendere navim,
„Et tranſire fretum. Tunc montis celſa petivit.
„Cumque navis medio ſulcabat in æquore fluctus:
„Aſt ubi jam vigilum quarta ſtatione premebat,
„Noctis iter, rapidos attollens lucifer ortus,
„Fluctibus in liquidis ſicco veſtigia greſſu
„Suſpenſus carpebat iter, ſed neſcia nautæ
„Attoniti tremulo vibrabant corda pavore:
„Sum ego ait, veſtræ doctorem noſcite lucis.
„Illi confidens reſpondit talia Petrus:
„Me pariter permitte tuo ſuper æquora juſſu
„Fluctibus in liquidis immerſos figere greſſus.
„Annuit his Dominus: navem mox linquere Petrus

„Au-

„Audet, & innixus figit veſtigia ponto,
„Et dubitata fides verbis mulcetur amaris.
„Optatumque gravis dum prenderat anchora portum.
„Conveniunt populi, referunt per membra ſalutem.

29. „Ecce Phariſæi ſcribæque hinc inde doloſi *Matth.* 15.
„Captantes Chriſtum promunt fallacia dicta:
„Diſcipuli ecce tui capiunt cum ſordibus eſcas.
„Ille ſub hæc fatur, magis hoc eſt quærere dignum.
„Trangreſſi præcepta Dei quod proditis omnes,
„Illotis manibus edere non polluit umquam.
„Hæc ubi dicta dedit pulcherrima rura Syrorum,
„Sidonumque Tyrumque petit, cum fœmina fuſis
„Crinibus & precibus vexatæ a dæmone natæ
„Orat, quo miſeræ tandem reſipiſſe liceret.
„Tunc Dominus loquitur, veniant tibi dona ſalutis.
„Inde Galilæas repedat Salvator in oras.
„Haud mora, conveniunt populi ſecumque trahebant,
„Omnibusque ille tamen languores demſit amaros,
„Et cum jejunam non vult dimittere plebem,
„Panibus ex ſeptem paucis quoque piſcibus omnes
„Implentur ſatie, relegunt mox fragmina panis,
„Et ſportas referunt cumulato pondere ſeptem,

„Quatuor ex omni fuerant tum millia plebe,
„Nec numero quiſquam matres pueroſque notavit.

tth.16. „Inde Magedarum navi tranſcurrit in oras,
„Ecce Phariſæi, Sadducæique doloſi
„Poſcere tentantes inſtant cœleſtia ſigna:
„Sed Chriſtus fatur: hæc vobis ſigna dabuntur;
„Quæ maris immenſo quondam venere profundo-
„Bellua cum tenuit ventris ſub carcere vatem.
„Hæc ait, & tendit rapido comprendere curſu
„Arva Philipporum, ſociiſque hæc talia fatur.
„Sollicite vobis vitentur noxia farra,
„Illa Phariſæi, Sadducæique doloſi.
„Inde Philippæo quo pollent nomine rure,
„Cogit concilium ſectantum diſcipulorum,
„Et quærit, quem ſe populorum fama putaret:
„Tunc ſtabilis Petrus: Tu ſancti Filius, inquit,
„Chriſtus, magnifico terras qui lumine comples..
„Tum Dominus forti reſpondet talia Petro.
„Petre beatus eris, nam talia pandere certe
„Humanus ſanguis, vel terræ portio corpus
„Haud unquam poterit: genitoris munera ſola
„Poſſunt tam validum fidei concedere robur.
„Tu nomen Petri digna virtute tueris,
„Hac in mole mihi, ſaxique in robore ponam
„Semper manſuras æternis mœnibus ædes,
„Infernis domus hæc non exſuperabilis extat.
„Cœleſtiſque tibi claves permittere regni
„Eſt animus, terriſque tuo quæ nexa relinques

„Arbi-

„Arbitrio, cœlo pariter nodata manebunt:
„Solverit & rurſus tua quæ ſententia terris,
„Haud aliter venient cœli ſub ſede ſoluta,
„Sed vos diſcipuli Chriſtum me diſcere cunctis
„Parcite, quo ſoli cognoſcant talia digni.
„Jam prope eſt Solymis rabies, ut prona furore
„Eximios vatum ſaturabit ſanguine noſtro.
„Abſit, ait Petrus, tibi hunc contingere caſum.
„Chriſtus ad hæc: procul hinc, inquit, procul effuge dæmon
„Non divina tibi mentem prudentia tangit.
„Sed ſiquis veſtrum veſtigia noſtra ſequetur,
„Abneget hic ſeſe corpusque animamque recuſet.

31. „Hæc ubi dicta dedit ſecum conſcendere montem *Matth. 17.*
„Petrum, Zebedeosque duos per devia mandat,
„Continuo Chriſti facies fulgore corusco
„Mutatur, veſtisque nivis candore niteſcit.
„Et vox e medio lucis manifeſta cucurrit:
„Unicus hic meus eſt natus, mea ſumma voluptas,
„Hujus juſtitiam juſto comprendite corde.
„Poſt hæc mox populum repetit, montemque relinquit:
„Vir ſenior precibus Chriſtum veneratus adorat:
„Sanet ut horribilem nati de corpore morbum,
„Quem Chriſtus mentisque ſimul convulſa venena
„Dæmonis horrendi, purgato corde fugavit.
„Diſcipuli rogitant, cur non ſucceſſerit illis
„Ejusdem pueri toties tentata medela:

 „Re-

„Reſpondit Dominus: titubat quia pectore fi-
des;
„Et genus hoc morbi duntaxat vota precesque
„Multaque robuſti jejunia pectoris arcent.
„Inde Capharnaum gradiens pervenit ad oras:
„Convenere Petrum quibus inſtat cura tributi,
„Solvere poſcentes ſolitum pro nomine Chriſti:
„Is jubet, ut curvo qui primo acumine piſcis
„Hæſerit, illius pandantur viſcera ventris,
„Illic invento duplex diſſolve tributum.

Matth. 18. 32. „Diſcipuli poſt inde rogant, quis maxi-
mus alto
„In cœli regno meritis pro qualibus eſſet;
„Tum Chriſtus: ſimilem pueris ſe reddere cer-
tet,
„Quisque cupit celſam cœli conſcendere ſedem.

Matth. 19. 33. „Plurima dicta dedit, Galilæaque rura
reliquit.
„Ecce Phariſæi tentantes quærere pergunt,
„Conjugis an liceat rejectum ſcindere vinclum,
„Hæc ubi percepit depromit talia Chriſtus:
„Quod Deus ipſe jubet proprio concreſcere
verbo,
„Illicitum eſt hominum fœdo ſecernere luxu.
„Ecce ſed e populo juvenis, cui rura domus-
que
„Et gazæ, & rerum ſtabat poſſeſſio fulgens,
„Accedit, Chriſtumque palam ſubmiſſus adorat:
„O bone Præceptor, dic nunc quæ facta ſequa-
mur
„Ut mihi perpetuam liceat comprendere vitam.
„Tum Chriſtus fatur: nunc ſi perfecta requiris;
„Om-

„Omnia quæ proprio retines ſolus dominatu,
„Distrahe, & ad miſeros confer ſecurus egentes,
„Virtutisque tenax veſtigia noſtra ſequeris.
„Audit adoleſcens, triſtisque in tecta refugit.
„Tum Petrus dicit: nos cuncta reliquimus olim,
„Et tua juſſa ſequi nobis ſpes unica reſtat.
„Tum Chriſtus dicit: quondam cum ſederit alte
„Progenies hominis, celſo ſubcinctus honore,
„Conſtituet vobis ſublimi in vertice ſedes,
„Judiciumque hominum pariter tractare licebit;
„Et quicunque ſuum linquet genusque domumque,
„Centuplicata dehinc capiet, vitamque perennem.

34. „Hæc ait, & Solymos repetit, comitesque ſeorſum *Matth.* 20.
„Alloquitur: gnari truculenta hic mænia adimus,
„Filius hic hominis tradetur ad ultima mortis,
„Affixusque cruci poſt tertia lumina ſurget.
„Hic tum Zebedei conjunx ſubmiſſa rogabat,
„Felices nati dextra lævaque ſederent;
„Chriſtus ait: genitor certis hæc dona reſervat.

35. „Proxima tunc Solymis conſcendit culmina montis *Matth.* 22.
„Hinc lectis juſſit ſectantum diſcipulorum
„Inde e caſtello aſinam fætumque repertum
„Ducere. Diſcipuli complent præcepta Magiſtri;

„Inſternunt placidum pullum præbentque ſedendum
„Quaque iter eſt Chriſto ſubnixa fronde coronant,
„Conclamantque omnes; Davidis origine creto
„Oſanna excelſis ſit gloria læta tropæis.
„Sic adeo ingreditur Solymorum mænia Chriſtus:
„Ingreſſo occurrit primo ſub limine templi
„Cruribus atque oculis certatim debile vulgus
„Quos ubi curavit, linquens cum civibus urbem,
„Bethaniamque petit: rediensque in margine cernit
„Ficum, in qua ſterili concreverat arboris umbra;
„Illi Chriſtus ait: non ſit tibi fructibus umquam
„Copia promendis, tunc protinus aruit arbor.
„Hæc ubi patravit, templi ſe mænibus infert:
„Confeſtim proceres populi miracula rerum
„Collecti inquirunt, virtus quæ tanta dediſſet:
„Tum Chriſtus: Non eſt injuſtum, claudere vocem,
„Cum mihi claudantur procerum reſponſa ſuperba.

LIBER IV.

*Matth.*22. 36. „Talia dicentem confeſtim factio frendens
„Tentare aggreditur verbis cum fraude malignis:
„Dic quæſo an liceat noſtræ diſſolvere genti
„Cæſaris urgentis ſemper ſub lege tributum,

„Solvite, ait, illi proprium ſub lege tributum,
„Atque Deo proprium legis ſervetis honorem.
„Poſt Sadducæi tali cinxere latratu
„Moſea qui legum poſuit præcepta, jubere
„Si quis conjugium properata morte relinquat
„Pignoribus mediis nondum de germine cretis,
„Hujus germano rurſus ſociabile vinclum
„Deberi, generis pereat ne portio lapſi.
„Si veniant igitur ſeptem ſub limina vitæ,
„Cujus connubiis mulier reddenda reſurget?
„Illis Chriſtus ait: lætæ reparatio vitæ
„Non thalamos novit, non terræ gaudia vana,
„Sed ſimilis levibus plebs extat juſta miniſtris.
„Ecce alii rogitant, quæ ſit firmiſſima legis
„Regula, quod ſummum comprendat cætera verbum.
„Ille inquit: cœli Dominum devotio cordis
„Diligat, ad fratrem magno teneamur amore.

37. „Egreditur templo, cujus præcelſa notantes *Matth.* 24.
„Mœnia diſcipulos tali ſermone docebat:
„Hæc mox cuncta ſolo paſſim disjecta jacebunt.

38. „Talia dum loquitur, ſciſſos lacerata capillos, *Joan.* 11.
„Pro fratris morbo juſtis ſoror anxia curis
„Obſecrat, ut Chriſtus charum ſervaret amicum
„Fletibus hic Chriſtus ſocians de corde dolorem
„Inquirit tumuli ſedem mox limine in ipſo
„Reſtitit, adverſo complens cava ſaxa canore:
„Lazare ſopitis redeuntem ſuſcipe membris

„En

„En animam, tuque ipſe foras te prome ſepulchro.
„Nec mora connexis manibus pedibusque repente
„Procedit tumulo, vultum cui linea texta
„Et totum gracilis connectit faſcia corpus.
„Judæi poſtquam factum venerabile cernunt,
„Pars credens ſequitur tantæ virtutis honorem,
„Aſt alii repetunt urbem, procerumque ſuperbis
„Cuncta Phariſæis rerum miracula narrant.

*Matth.*26. 39. „Ergo ad concilium ſcribæ, plebisque vocatur;
„Jam gravior numerus, qua vatum principis alte
„Pulchra Caiphææ collucent atria ſedis,
„Illic complacuit Chriſtum ſubſternere leto.
„Ille Simonis erat tectis, tunc ecce cubanti
„Accedit mulier propius, frangensque alabaſtrum
„Unguenti a ſummo perfudit vertice Chriſtum.
„Tunc e diſcipulis unus ſe ſubtrahit amens
„Judas, & ad proceres tali cum voce cucurrit:
„Quod pretium dabitis pro proditione Magiſtri.
„Argenti ter dena illi mox pondera ſpondent.
„Jamque dies Paſchæ primo proceſſerat ortu,
„Veſpere mox primo bis ſex recubantibus una
„Diſcipulis tali divinat voce Magiſter:
„En urget tempus, Chriſtum cum tradere morti
„E vobis unus ſcelerato corde volutat.
„Numquid ait Judas: hæc me ſuſpicio tangit.
„Reſpondit Dominus: te talia dicere cerno.

„Hæc

„Hæc ubi dicta dedit, palmis ſibi frangere panem
„Diſcipulos docuit, proprium ſe tradere corpus:
„Hinc calicem ſumit Dominus vinoque repletum
„Magnis ſanctificat verbis potumque miniſtrat,
„Edocuitque ſuum ſe diviſiſſe cruorem.
„Exin cantato ſanctis concentibus hymno,
„Montis oliveti conſcendunt culmina cuncti.
„Disperget vos nunc deſerto principe terror.
„Reſpondit Petrus: nullus mea pectora caſus
„Mutabit: cui Chriſtus ait: nox audiet iſta,
„Quod tu ter Chriſtum fortiſſime Petre negabis.
„Nominis Hebræi ſunt Gethſemaneida rura,
„Illo progreditur, ſociorum turba ſequuntur:
„Illic aſſumto longe procedere Petro,
„Zebedeique ſimul natis per devia tendit.
„Tunc angore gravi mæſtus ſic voce profatur:
„Triſtia morte tenus animus mihi pectora turbat.
„Hæc ait: & paullum procedens corpore terram
„Deprimit, & tali projectus voce precatur:
„Si fas eſt genitor calix pertranſeat iſte,
„Sed tua jam veniat potius quam noſtra voluntas.
„Tertio quo dicto & per idem genitore precato
„Alloquitur feſſo nexos languore quietis;
„Jam dormire licet, venit jam Traditor ecce.
„Cum properat Judas numero ſtipante catervæ,
„Et mox diſſimulans blanda cum voce ſalutat,
„Attigit & labiis juſti miſerabilis ora.
„Injecere manum turbæ, Chriſtumque prehendunt:

„Jam-

„Et ſcriptum cauſæ titulum meritique locarunt,
„Quod rex Judææ gentis plebisque fuiſſet.
„Accidit ut pariter pœnæ conſortia ferrent
„Latrones hinc inde duo: ſed cæca furentis
„Inſultat plebis fixo veſania Chriſto.
„Jam medium curſus lucis conſcenderat orbem,
„Cum ſubito fugit ex oculis, furvisque tenebris
„Induitur, trepidumque diem ſol nocte recondit.
„Aſt ubi turbatus nonam tranſiverat horam,
„Conſternata ſuo redierunt lumina mundo.
„Tunc clamor Domini magno conamine miſſus,
„Æthereis animam comitem commiſcuit auris.
„Scinduntur pariter ſancti velamina templi,
„Et tremebunda omni concuſſa eſt pondere tellus,
„Diſſiliuntque ſuo ruptæ de corpore cautes:
„Tum veterum monumenta virum patuere reclusis
„Obicibus, vivæque animæ per membra reverſæ
„Erravere urbes. Sic terrent omnia mundum.
„Militibus primis quatiuntur corda pavore,
„Et ſobolem dixere Dei, Chriſtumque fatentur.
„Jam recedenti veſper ſuccedere ſoli
„Cæperat, & procerum ſolus tum juſtior audet,
„Corpus ad extremum munus depoſcere Chriſti.
„Hic ab Arimathia nomen geſtabat Joſeph:
„Conceſſit præſes: ſed corpus fulgida lino
„Texta tegunt, ſaxoque novo componitur antro;
„Limen concludunt immenſa volumina petræ.
„Jamque dies rutilo complebat lumine terras

„Con-

„Conveniunt, onerantque ſimul ſic Judicis aures,
„Nunc meminiſſe decet, Chriſtum promittere plebi,
„E mortis ſe tenebris ad lumina vitæ
„Cum terno ſolis pariter remeare recurſu.
„Sed petimus cuſtos miles nova funera ſervet,
„Ne ſera diſcipulis furandi audacia ſurgat.
„Et Pilatus ad hæc: miles permittitur, inquit.
„Hinc limen ſignant, & ſaxum milite ſervant.

41. „Sidera jam noctis, venturo cedere Soli
„Occipiunt, tumuli matres dum viſere ſeptum
„Concurrunt: motus ſed terram protinus omnem
„Concutit, & cœlo lapſus deſcendit aperto
„Nuntius, & ſaxum tumuli de limine volvit.
„Militibus terror ſenſum diſcluſerat omnem.
„Ille ſed ad matres dixit: nolite pavere,
„Surrexit Chriſtus licitum eſt, quod ſede ſepulchri,
„Nulla iſtic jaceant fuerant quæ condita membra.
„Talia diſcipulis referunt, tumulumque relinquunt.
„Ecce viæ medio clarus ſe oſtendit Jeſus.
„Fratribus hinc juſſit propere mandata referre,
„Noſtri conſpectus ſi curæ eſt, ite volentes,
„Inque Galilæam propere tranſcurrite terram.
„Cernitur ergo illic proles veneranda tonantis,
„Et ſic diſcipulos clarus compellat Jeſus:
„Pergite & ablutos homines purgantibus undis,
„Nomine ſub ſancto Patris, Natique lavate,

„Vivifici pariter currant ſpiramina flatus,
„Ablutisque dehinc noſtra inſinuate docentes
„Præcepta, ut vitam poſſint agitare perennem.
„Nec vobis umquam noſtri præſentia deerit,
„Donec conſummens diſſolvet ſæcula finis.

S. ANTONII MAGNI
ABBATIS
SERMONES ET EPISTOLÆ.

§. I.
Monitum.

Sanctum Antonium genere Ægyptium cognomento Magnum vitæ monaſticæ Propagatorem ſub Conſtantino Imperatore floruiſſe tradit S. Hieronymus *de vir. illuſt. c.* 67. Præclara illius geſta inſigni volumine proſecutus eſt S. Athanaſius. Sanctitate vero non minus quam fidei zèlo clariſſimus ineunte anno Chriſti 356, ætatis 105 ſupremum diem obiit. Quamvis vero nulla litterarum ſcientia imbutus fuerit, ſcripturas tamen divinas memoriter & tenuiſſe, & pie meditando intellexiſſe ſatis teſtantur, quæ etiamnum ſuperſunt ſive ab eo litteris mandata, ſive ab aliis ex ejus ore excepta chriſtianæ doctrinæ monumenta. Inter quæ primum locum tenent ejus ſermones. Sequitur ſermo de vanitate mundi & mortuorum reſurrectione a Voſſio an. 1604

„Mo-

Moguntiæ editus. Accedunt ſermones 20 de virtutibus & vitiis, quos ex codice Arabico interpretatus eſt Abrahamus Ecchellenſis Maronita, & Pariſiis an. 1646 evulgavit. Sermones excipiunt Epiſtolæ, quarum ſeptem teſte S. Hieronymo *de vir. illuſt. c.* 88. ad diverſa monaſteria S. Antonius miſit. Eas e Græco in latinum a Valerio Saraſio verſas primus Pariſiis evulgavit Symphorianus Champerius, & poſtea excudendas curavit Coloniæ an. 1536 Dionyſius Carthuſianus, quæ deinde Baſileæ 1550. 1555. & in Bibliotheca P. P. Gallandii prodierunt, qui præterea Epiſtolas 20 ab eodem Abrahamo Ecchellenſi ex Arabico Pariſiis an. 1641 editas, & nonnulla alia ſubjecit. Ubi notandum quod priores VII Epiſtolæ in his 20 contineantur.

§. II.

ANALYSIS.

S. ANTONII M. ABBATIS ORATIO AD MONACHOS.

1. Oratio hæc refertur a S. Athanaſio in vita S. Antonii, & ita habet „Scripturæ „ſacræ ſunt ad doctrinam ſatis, ſed operæ „pretium eſt, nos mutuo in fide verbis corroborari. Illud inprimis ſit commune omnium „ſtudium, ut a cæpto ne recedamus, nec dicamus: jam diu aſceticam vitam agimus: imo „potius ac ſi quotidie inciperemus, alacritatem adaugeamus. Breviſſima quippe hominis „vita eſt, ſi cum futuris conferatur ſæculis. In *In bono perſeverandum ob maximum præmium.*

„mundo quidem quævis res juſto pretio ven-
„ditur; promiſſio autem æternæ vitæ parvo
„emitur, & ſi totos etiam centum annos in
„vita aſcetica perſeveraverimus, nequaquam
„centum ſolum annis regnabimus, ſed pro
„centum illis in ſæcula ſæculorum. Itaque
„filii ne laſſeſcamus, nec mundum intuentes
„exiſtimemus, magnis nos rebus renuntiaſſe,
„ſiquidem totus terrarum orbis minimus eſt, ſi
„cum toto conferatur cœlo. Et alioquin co-
„gitandum nobis eſt, ſi terrena virtutis cauſa
„non relinquamus, ut regni accipiamus hære-
„ditatem, morte tandem amiſſuros eſſe, ac
„perſæpe dum minime vellemus.

)einde
b ſervi-
um Dei.

2. „His itaque argumentis quivis in ani-
„mum inducat, ut non animo concidat, præ-
„ſertim ſi cogitet, ſe Domini ſervum oportere
„ſe Domino ſervire. Quemadmodum ergo
„ſervus non auſit hæc dicere: cum heri labora-
„rim otiabor hodie; ſed quotidie præfert idem
„animi ſtudium, ut ſuo placeat Domino, &
„non periclitetur, ita & nos quotidie in aſce-
„tica perſeveremus, ſcientes, ſi una die indili-
„genter agamus, Dominum non veniam nobis
„præteriti temporis gratia eſſe conceſſurum,
„ſed ſuccenſurum nobis propter negligentiam.

em ob
tæ bre-
tatem.

3. „Ut autem non ngligenter agamus, Apo-
„ſtoli dictum meditari convenit: *Quotidie mo-
„rior. 1. Cor. 15. v. 31.* Si enim vixerimus
„quaſi quotidie morituri, non peccabimus.
„Quod ita intelligendum, ut quotidie mane
„ſurgentes non exiſtimemus, nos ad veſperam
„usque

„uſque eſſe victuros, & cum decumbimus, „non ſurrecturos arbitremur, cum vita noſtra „incerta ſit. Sic affecti nullius rei cupiditate „tenebimur, nulli ſuccenſebimus, neque ali„cujus rei cupiditate tenebimur, nullum recon„demus theſaurum in terra, nec obſcœna ulla „voluptate tenebimur, ſemper gravior formi„do & cruciatuum periculum voluptatis ſua„tatem diſſolvit.

4. „Icirco jam ingreſſi virtutis viam nemo „retrorſum convertatur, ut Loti uxor, cum po„tiſſimum Dominus dixerit: *Nemo mittens ma„num ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro aptus „eſt regno cœlorum. Luc.* 9. Retro autem reſpi„cere nihil aliud eſt, quam pœnitere, ac rur„ſum mundum ſapere. Ne timete de virtute „audientes, non enim procul nobis eſt, in no„bis ipſis res eſt, & perfacilis, ſane ſi modo „voluerimus. Cræci peregrinantur, ut litte„ras addiſcant: nobis vero peregrinatione „opus non eſt propter regnum cœlorum: jam „olim quippe Dominus dixit: *Regnum Dei in„tra vos eſt. Luc.* 17. *v.* 21. Virtus itaque no„ſtra duntaxat voluntate opus habet, cum in „nobis ſit & conſiſtat; ſiquidem cum anima „natura ſua bona facta eſt, & admodum recta. „Nequaquam difficilis ergo res eſt virtus: „nam ſi prout conditi ſumus perſeveremus, in „virtute ſumus, ſin malis adhibeamus animum, „ut mali judicabimur. *It. ob virtutis facilitatem.*

5. „Hoc item pugnemus, ne tyrannidem „in nos occupet ira & concupiſcentia, unde ſe- *Variæ tentatio-*

da- num.

„dulo vigilemus, hoſtes enim habemus formi-
„dandos & callidos, malignos ſcilicet dæmones,
„& adverſus illos colluctatio nobis eſt. *Eph.* 6.
„*v.* 12. Magna illorum turba in aere nobis
„proximo eſt, quorum neceſſe eſt noſſe adver-
„ſus nos calliditates. Si igitur viderint illi
„Chriſtianos maximeque monachos laborare
„atque proficere, primum aggreſſi tentant, &
„offendicula ponunt in via, quæ ſunt malæ co-
„gitationes. Non eſt autem quod eorum ſug-
„geſtionibus terreamur, nam precibus, jejuniis
„& fide in Dominum ſtatim illi labuntur. Sed
„lapſi minime quieſcunt, ſed callide rurſum
„accedunt, vaniſque ſpeciebus perterrere ni-
„tuntur, variis aſſumptis formis mulierum, fe-
„rarum, prægrandium corporum, militarium
„turmarum. Sed neque hæ illorum phanta-
„ſiæ nobis ſunt pertimeſcendæ, nihil enim cum
„ſint, ſubito evaneſcunt, ſi maxime fide, &
„ſigno crucis ſe quis munierit. Si autem hoc
„modo ſuperentur, vaticinandi ſe peritos ſimu-
„lant, affectantque ſe ita proceros exhibe-
„re, ut tectum attingant. Quodſi hic quoque
„animam inveniant fide atque ſpe firmatam,
„principem denique ſuum ſecum adducunt, uti
„deſcribitur *Job.* 41. *v.* 9. Sed ne has quidem
„ejus phantaſias oportet nos, qui fideles ſu-
„mus, reformidare, nec ejus attendere voci-
„bus; mentitur quippe, & vana per Chriſti
„gratiam ſunt omnia ejus molimina. Doloſi
„ſunt etiam dæmones, & parati ad omnem ſe
„formam transferre. Plerumque enim ſe Pſal-
„mos canere ſimulant, memorantque ſcriptu-
„rarum verba. Sæpenumero nobis legentibus,

„quæ

„quæ nos legimus, quaſi eccho repetunt: dor„mientes nos ad preces excitant, ut prope„modum dormire non ſinant. Aliquando ſpe„cie monaſtici habitus aſſumta quaſi pii viri lo„quuntur, ut decipiant, & deceptos quo volue„rint trahant. Verum audiendi non ſunt, etſi „ad orandum excitant, etſi hortentur, ut ni„hil prorſus comedamus, etiamſi accuſare aut „conviciari videantur, de quibus conſcii no„bis ſunt; non enim pietatis aut veritatis ſtu„dio hæc agunt, ſed ut ſimpliciores ad deſpe„rationem deducant, inutilemque dicant aſce„ticam vitam, nauſeamque hominibus affe„rant monaſticæ vitæ tamque oneroſæ & mo„leſtiſſimæ, & eam exercentibus impedimento „ſint. Neque timendi ſunt, etiamſi invadere „videantur, etiamſi minitentur mortem, im„becilli namque cum ſint, comminari ſolum „poſſunt, & nihil præterea.

6. „Quare nihil cum poſſit diabolus velut „tyrannus collapſus numquam quieſcit, ſed „verbis ſaltem interminatur, Nam cum dæ„mones ſint ad malum damnumque inferen„dum parati, noſque jam vivimus, imo ad„verſus illos vitam inſtituimus noſtram, palam „eſt, illos nihil virium habere. Non enim lo„cus eorum inſidiis obſtat, neque nos ſibi ami„cos cernunt, ut parcant nobis, nec æqui bo„nique amantes ſunt, ut corrigant, imo potius „maligni ſunt, nihilque ita curant, ut virtutis „pietatisque ſtudium lædere. Ideo autem ni„hil faciunt, quod nihil poſſunt niſi commi„nari. Ecce jam congregati contra ipſos lo-

Dæmon infirmus nil poteſt.

„quimur, noruntque ſe progreſſu noſtro debi-
„litari: certe ſi poteſtatem haberent, neminem
„noſtrorum Chriſtianorum vivere concederent,
„nam execratio peccatori eſt pietas erga Deum.
„Illud præterea cogitandum, ut illos minime
„reformidemus, ſi poteſtas ſibi eſſet, non cum
„tumultu, non cum phantaſiis accederent, ſed
„ſatis foret, accedere unum, qui quod poſſet
„atque vellet, conficeret; ſed cum nihil va-
„leant dæmones, quaſi in ſcena ludunt, ter-
„rentque pueros larvis ſuis. Verus certe Ange-
„lus contra Aſſyrios miſſus a Domino non tu-
„multibus, non externo apparatu opus habuit,
„ſed quiete poteſtate uſus centum octoginta
„quinque millia repente occidit. Quodſi Jobi
„hiſtoriam quis objecerit, cur diabolus adver-
„ſus illum egreſſus omnia potuit: agnoſcat il-
„le, non illam fuiſſe diaboli vim, ſed Dei, qui
„Jobum ipſi tentandum tradidit. Nimirum
„quia nihil poterat, petiit, & accepta facul-
„tate idipſum egit. Nec mirum, ſi nihil con-
„tra Job potuit, cum ne jumentis quidem ejus
„niſi concedente Deo pernitiem inferre potue-
„rit; ſed ne adverſus porcos quidem vim ali-
„quam habent. *Matth.* 8. Multo minus ergo
„in homines ad ſimilitudinem Dei factos impe-
„rium obtinent.

[Q]uomodo [di]abolus [f]ugatur.

7. „Deum itaque ſolum timere convenit,
„dæmones vero deſpicere. Magnum autem
„contra illos telum eſt proba vita & fides in
„Deum. Timent ſane illi aſcetarum jejunia,
„vigilias, orationes, manſuetudinem, tranquil-
„litatem, pauperum amorem, eleemoſynas,
„&

„& præ ceteris pietatem erga Chriſtum. Si „itaque futura ſe prædicere ſimulent, nemo „attendat: ſæpe enim aliquot ante diebus venturos fratres prænuntiant, & veniunt illi revera. Quid autem mirum, ſi levioribus quam „homines uſi corporibus, cum viderint aliquos „viam ingreſſos, curſu antevertant atque renuntient. Quare in hac re non ſunt admiratione digni, nihil enim norunt, quod nondum „extat, ſolusque Deus novit omnia, antequam „fiant. Eodem modo de fluvii aquis nonnumquam effutiunt: cum viderint enim multas fuiſſe pluvias in partibus Æthiopiæ, videntes hinc futuram exundationem fluminis, „priusquam aqua perveniat in Ægyptum, præcurrentes id annuntiant, quod etiam homines narrare poſſent, ſi tantum curſu valerent, „quantum illi. Ita exorta olim ſunt gentilium „oracula, & illi olim a dæmonibus decepti „ſunt. Sed venit Dominus qui dæmones cum „vafritie ſua ſuſtulit, qui potius conjectare dicendi ſunt, quam prævidere: quare ſi quando vere dicant, ne tunc quidem quiſpiam admiretur: Etenim ipſi medici morbos ſæpe futuros dicunt. Gubernatores item atque agricolæ tempeſtatem aut ſerenitatem aeris prædicunt, nec quiſquam dixerit, eos divino afflatu talia præfari, ſed experimento & uſu. „Et quæ audientibus utilitas, ſi aliquot ante „diebus ediſcant futura? nulla enim hic virtutis acceſſio: nemo noſtrum in judicium vocatur, quod ea non norit, ſed fidemne ſervaverit, & præcepta recte impleverit. Quodſi „omnino nobis futura proſpiciendi cura ſit,

„mente ſimus pura: perſuaſum quippe habeo, „animam omnino puram perſpicacem fore, & „poſſe remotiora videre, quam diabolus Domi„no ipſi revelante, qualis erat Eliſæi mens, „quæ res a Giezi geſtas conſpexit, quæque „vidit exercitum ex ſua parte ſtantem.

iſferen- i inter nas & alas ap- tiones.

8. „Cum ergo noctu vos adibunt, & di„cent: ſumus Angeli, ne fidem habeatis, men„tiuntur quippe. Si aſceticum veſtrum lau„dent inſtitutum, ne audiatis eos, ſed potius „ſignate vos, & precamini, videbitisque eos „evaneſcere, timidi quippe ſunt, & ſignum „dominicæ crucis admodum pertimeſcunt, illo „quippe ipſos Salvator ſpoliatos palam traduxit. „*Col.* 2. *v.* 15. Si inſtiterint impudentius, for„mas commutantes, ne terreamini: bonorum „enim malorumque præſentiam internoſcere in „promptu eſt, divina ſcilicet ope. Sanctorum „quippe viſio non perturbationem adfert. *Iſ.*42. „*v.* 2. Sed ita placide fit, ut gaudium hinc „animæ exoriatur: cum illis quippe Dominus „eſt, qui noſtrum gaudium eſt. Quodſi qui„dam, utpote homines, bonorum viſionem ex„timuerint, hi metum illis dilectione ſua ſta„tim adimunt, ut Zachariæ Gabriel egit, *Luc.* 1. „*v.* 13. & mulieribus, qui in divino ſepulchro „apparuit Angelus, *Matth.* 28. *v.* 5. & qui pa„ſtoribus in Evangelio ait: ne timete: *Luc.* 2. „*v.* 10. Timor enim eorum non ex animi me„tu, ſed ex præſentis præſtantioris naturæ „cognitione ortus eſt. Malorum vero incur„ſus cum tumultu obvenit, unde exoritur ani„mi pavor, Aſcetarum odium, mæror animi,

„cogna-

„cognatorum recordatio, formido mortis, con„cupiſcentia malarum rerum, animus ad vir„tutem remiſſus, inordinati mores. Cum ita„que quibusdam conſpectis timore corripiemi„ni, ſi ſtatim timor auferatur, & ejus loco mox „conſequatur ineffabile gaudium, alacritas, fi„ducia, & Dei amor, confidite & orate, ille „animæ ſtatus præſentis ſanctitatem indicat. „Sic Abraham Dominum videns exultavit. *Joan.* „8. *v.* 56. Sic Joannes edita a Deipara Maria „voce exultavit gaudens. Quodſi quibusdam „apparentibus tumultus fiat, & quæ ſuperius „dixi; ſcitote malorum eſſe adventum, & hoc „idem vobis indicio ſit, ſi anima timida per„ſeveret, inimicorum eſt præſentia, nequa„quam enim dæmones metum auferunt, uti „Gabriel Mariæ & Zachariæ, ſed augent, ut „reformidantes irrideant.

9. „Neque porro decet ejiciendorum dæ„monum virtute gloriari, neque de morborum „curationibus extolli, nec eum, qui dæmo„nia ejicit, admirari, nec eum, qui non eji„cit, deſpicere, ſed ſingulorum exercitationem „quivis ediſcat, & vel imitetur, vel corrigat: „nam ſigna facere non noſtrum, ſed Salvato„ris opus eſt. Quamobrem iis, qui non virtu„te, ſed ſignis gloriabantur, reſpondit: *Amen* „*dico vobis, neſcio vos. Matth.* 7. *v.* 22. Non „enim novit Dominus vias impiorum. Unde „orandum eſt, ut accipiamus gratiam diſcer„nendorum Spirituum, ut non omni Spiritui „credamus. 1. *Joan.* 4. *v.* 1.

De virtute ejiciendi dæmones non gloriandum.

10. „Ne

Dæmonum variæ apparitiones.

10. „Ne vero putetis me temere hæc pro„ferre, quæ novi dæmonum molimina narra„bo. Quoties me beatum illi dixerunt, ego „vero maledicebam illis in nomine Domini. „Quoties prædixerunt, exundaturum fluvium, „quibus ego: ecquid hoc ad vos: aliquando „quaſi milites me cinxerunt: alio tempore „equis, feris & ſerpentibus implevere domum: „tunc ego pſallebam: *hi in curribus, & hi in „equis, nos autem in nomine Domine Dei noſtri „magnificabimur*. Quibus illi precibus a Domi„no profligati ſunt. Venerunt aliquando in „tenebris quantam lucis phantaſiam referen„tes. At ego clauſis oculis orabam. Vene„runt item ſub ſpecie pſallentium, ſaltantium, „& ſub ſpecie proceræ magnitudinis, quem „verberare me viſum mihi eſt, & evanuit. Ve„nit etiam me jejunante ad comedendum me „invitans, me autem orante disparuit. Quan„doque auri ſpeciem objiciebat, ego vero ad„verſum pſallebam: plerumque me plagis „conciderunt, & ajebam, nil me ſeparabit a „charitate Chriſti. Quodam tempore Satanas „mihi apparuit, dicens: cur me falſo accu„ſant Monachi & omnes alii Chriſtiani, cur me „horis ſingulis execrantur: cui ego: cur mo„leſtus illis es? Non ego, ait, ſed illi ipſi ſe„ſe conturbant, infirmus enim factus ſum, ubi„que enim locorum Chriſtiani facti ſunt, atque „demum Monachis repleta eſt ſolitudo; obſer„vent ipſi ſeſe, nec me immerito execrentur.

Diabolus contemnendus.

11. „Si igitur diabolus fatetur, ſe nihil „poſſe, deſpiciendus eſt a nobis, nec labamur „men-

ente nec comminiſcamur nobis terrores, ſed imo reputemus, nobiſcum eſſe Deum, qui mones profligavit atque compreſſit: cum venient enim, ſi turbatos reperiant, illico s invadunt, & quod nos ipſi cogitamus, m augmento perpetrant, ſin gaudentes in omino reperiant, & quæ Domini ſunt, ani- volventes, pudefacti recedunt: hocque vobis ad ſecuritatem adverſus dæmones licium: cum quædam aderit viſio, qualis- nque ſit, fidens primum interroga: Quis- m tu es? & unde? Tunc ſi Sanctorum ſit io, certiorem te facient, atque terrorem um in gaudium vertent: ſin diabolica illa, ſtatim debilitatur perſpecta animi firmi- e. Ita ſciſcitatus filius Nave certior factus, *Joſ.* 5. *v.* 23. nec latuit inimicus interro- nti Danieli. *Dan.* 10.

ERMO S. ANTONII M. ABBATIS DE NITATE MUNDI ET RESURRECTIONE MORTUORUM.

„Tempus operationis eſt dilectiſſimi, in „quo ad æternam pervenire poſſimus am. Huic enim vitæ ſuccedit mors, & mun- nam gloriam apprehendit confuſio. Nihil mum manet ac ſtabile, quia boni aliquid n reperitur in mundo. Filii injuriis ſuos tres afficiunt, & patres proprios perhorres- nt filios. Conjuges ſuos viros repudiant, *Mundi vanitas & perverſitas.*

„&

„& viri ſuis conjugibus fidem minime ſervant, „& ſic de cæteris. Nullus recipit memoriam „Dei, nec quiſquam ſe rationem redditurum „Deo poſt mortem æſtimat, & propterea „multiplicantur mala, quoniam contemnitur „Deus. Intellectum nobis tribuit Deus, ut „ejus cognita voluntate bonum operemur, nos „autem malum operamur. Virtutem nobis „contulit, qua poſſimus rectum perficere, & „nos iniquitatem exercemus: divitias tribuit, „ut indigentibus miniſtremus, at nos eos ſpo„liamus: Principatum largitus eſt, ut oppreſ„ſos poſſimus defendere, at nos violentiam „eis inferimus. Non eſt, qui per viam rectam „ambulet: Pro nihilo habetur virtus animi, & „ſimulatio paſſim magis placet: in abominatio„nem venit humilitas, & in honore maximo „habetur elationis arrogantia: abolita eſt ve„ritas, & mendacium in terris prævaluit. O „altitudo divitiarum benignitatis & patientiæ „Dei, quia ſuper his malis nequaquam ulci„ſcitur, & quaſi pius pater clementer nobis „condolens ſuam miſericordiam prætendit, ut „vel ſero compuncti ad pœnitentiam converta„mur: non enim vult Deus mortem peccato„ris, ſed pœnitentiam.

Reſurrectio mortuorum & judicium.

2. „Ne igitur ſic arbitremur, quaſi poſt „præſentem vitam nullum futurum ſit judi„cium. Erit enim reſurrectio poſt mortem, & „judicandi erimus a Deo, qui redditurus eſt „unicuique ſecundum opera ſua: ſi enim non „eſt reſurrectio, neque mors; ſi autem reſur„rectio erit, utique & judicium, qui enim ſta„tuit

„tuit mortis ſententiam, ipſe comminatus eſt „etiam judicium; ſi in hoc verax eſt, nec in „illo poteſt mendax exiſtere. Igitur ſi terram, „ex qua homo factus eſt, creavit ex nihilo, „quanto magis hominem ex materia ſubſiſten„te erectum, & a morte corruptum ex ejus„dem terræ manente ſubſtantia facilius denuo „poterit reformare? Non enim cum labore „operatur Deus. Ne ergo increduli remanea„mus, quia potens eſt Deus facere quod pro„miſit, ut ne pro incredulitate magis, quam „pro pravis operibus condemnemur: nam in „operibus delinquere infirmitatis indicium eſt; „incredulum vero eſſe audaciam temeritatis „ſignificat. Ergo dum tempus habemus par„camus nobismetipſis, & propitiemus Deum „pro peccatis noſtris, ne quando in tenebras „exteriores projici jubeamur, ubi eſt fletus „& ſtridor dentium. Quid autem fletus in„dicat, niſi horribilium ſuppliciorum immenſi„tates? & quid ſignificat ſtridor dentium, niſi „quia pro iisdem peccatis majorum erit pœni„tudo malorum, quando adverſus nosmetipſos „indignantes cum ſtridore dentium pænitere „incipiemus. Cum ergo poſſumus in hoc bre„vi tempore ſervire Deo, & liberari a gehenna, „cur negligimus, & deſpicientes præcepta Dei „ſervimus propriis voluptatibus? Deus autem „noſter dives in miſericordia, & potens in ope„ribus ſuis adjuvet infirmitatem noſtram, & „det virtutem nobis, & intellectum tribuat ſpi„ritalem, ut in veritate fideliter ei ſervientes „inveniamus gratiam apud Deum in illa die „terribili judicii ejus Amen.

S. AN-

S. ANTONII M. ABBATIS SERMONES AD MONACHOS.

SECTIO I.

De fide in Chriſto Domino.

De fide in Chriſtum.

„Ante omnes fratres credamus in D. N. Jeſum Chriſtum, colamus illum & ejus faciamus voluntatem, quoniam eſt Deus magnus, dominus dominantium. Benedicamus eum & nulli creaturæ aſſimilemus illum, neque iis, quæ ſunt in cœlis ſurſum, neque in terra deorſum, quia omnia hæc per ipſum facta ſunt, & ipſe eſt ante omnia, ac in æternum permanſurus. Credamus ergo in eum ex totis cordibus noſtris, & in ejus ambulemus præceptis, quoniam *fides ſine operibus mortua eſt*, *Jac.* 2. *v.* 20. ut faciat nobiscum miſericordiam in regno ſuo, cum exibimus ex peregrinatione præparati dicentes: *Utique credidi, propterea locutus ſum. Pſ.* 115.

SECTIO II.

De timore Domini.

„Eja fratres ambulemus in timore Domini, ut operemur ſalutem noſtram, quandoquidem nihil præſtantius eſt, timore D. N. Jeſu Chriſti. Timor Domini eſt gloria & gratia maxima. Timorem Domini qui poſſedit, magnos eſt adeptus theſauros. Nullus ſapiens ita eſt exaltatus, ut ille, qui timet Dominum. Timor Domini omnia peccata ab „ani-

„anima eradicat, hominem cuſtodit & ſervat, „quousque abjiciat a ſe hoc corpus, & hæres „efficiatur bonorum cum ſanctis, quibuscum „gaudebit gaudio æterno, ſicut ſcriptum eſt. „*Propter timorem tuum Domine concepimus, do-„lorem partus paſſi ſumus & peperimus Spiritum „ſalutis Iſ.* 26. *v.* 17.

SECTIO III.

„Sacræ aſſerunt Scripturæ, quod melior ſit „longanimis, quam fortis *Prov.* 16. *v.* 32. „Eſtote itaque viri fortes ambulantes in lon-„ganimitate, quia Deus in longanimi habitat, „ut adimpleatur in nobis verbum illud ſcrip-„turæ: *in tempore requiei longanimis fuit, & „poſſedit teſtamentum.* *De longanimitate.*

SECTIO IV.

„Aſſerit B. David: *innocentes & recti adhæſe-„runt mihi, quia ſuſtinui te Domine Deus Pſ.* „24. hæc Prophetia eſt de Sanctis, qui juncti „ſunt Deo ſua innocentia: quisquis eam poſſi-„det, perfectus eſt, & ſimilis Deo: quicun-„que illam adipiſcitur, conſequitur gloriam in „hoc ſæculo, & in futuro. Deridet innocen-„tem doloſus, & cor ejus peſſimis cogitationi-„bus corripitur. Eja igitur filii, comparate „modo vobis innocentiam, ne moriamini an-„te tempus veſtrum: adipiſcimini vobis San-„ctorum ſimplicitatem, ut ad ſe D. N. Jeſus „Chriſtus nos ſuſcipiat, dicamusque cum gau-„dio: *Propter innocentiam noſtram ad te ſuſcepi-„ſti nos &c. Pſ.* 40. *v.* 13. *De innocentia & ſimplicitate.*

SECTIO V.

De humilitate. „Fratres Propheta dicit: *Ad quem reſpiciam, „niſi ad mitem, humilem & trementem ſermones meos Iſ.* 66. *v.* 2. Et Dominus dicit: „*Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. „Matth.* 11. Qui igitur comparavit ſibi humi„litatem, Dei factus eſt habitaculum, & pa„cem & charitatem adeptus eſt. Eja ergo hu„militatem vobis comparate, ſuperbia enim „cordis deſpecta eſt coram Deo, angelis, & „ſanctis: propter eam deturbati ſunt angeli a „gloria ſua, ac diaboli facti, & factæ ſunt „abyſſi inferorum. Ad nos autem veniens „Dei clementia ab altiſſimis facta eſt humilis „usque ad ultimum ſpiritum. Quare glorie„mur cum dicente: *Reſpice humilitatem meam „& laborem meum, & dimitte mihi peccata mea. „Pſ.* 24. *v.* 18.

SECTIO VI.

De puritate. „Sacræ aſſerunt Scripturæ: *Eſtote ſancti, quo„niam ego ſanctus ſum Lev.* 11. *v.* 44. Eja „ergo decertemus pro puritate usque ad mor„tem, & ab omnibus caveamus immunditiis, „quæ ſunt præter naturam, nec mulierum „aſpiciamus pulchritudines, multi enim per„ierunt propter mulieres. Ambulemus igitur „in puritate, cujus fructus eſt lumen, veritas, „& vigilantia. Dei nomen in cordium veſtro„rum oculis perſcribite, ut jugiter intra vos „exclamet: *Vos eſtis templa Dei vivi* 2. *Cor.* 6. „*v.* 16. Homo deceptus immunditiis ſimilis „eſt coram Deo jumentis *Pſ.* 48. *v.* 13. Si au„tem

„tem perſuadente diabolo ceciderimus, per „pœnitentiam ſurgamus, ut audiamus illam „vocem: *Pretioſa in conſpectu Dei mors electorum* „*ſuorum.*

SECTIO VII.

„Dominus ipſe præcepit nobis, pacem per- *De pace* „quirere *Pſ.* 33. *v.* 15. Amator pacis jam „conſors factus eſt Chriſti & angelorum, ubi „oſores pacis invidia & perturbationibus retor- „quentur, quæ invidia principium eſt omnis „doli. Fugiamus igitur invidiam & contentio- „nes, a quibus qui non abhorret, nemini par- „cit. *Beati vero reconciliantes pacem inter homi-* „*nes, quoniam vocabuntur filii Dei Matth.* 5. *v.* 9.

SECTIO VIII.

„Sapiens aſſerit Salomon: *Theſaurum electum* *De ſilentio.* „*eſſe in ore ſapientis Prov.* 10. *v.* 20. Cave „ergo homo, & linguæ dominare, nec multi- „plices verba, ne multiplices tibi peccata. „Noctu diuque nomen Domini verſetur in ore „tuo, & ſpiritali eſto conditus ſale, ut co- „gnoſcat unusquisque continentiam tuam. „Si quis tyro tecum loquens te interogaverit „verbum aliquod, in quo eſt lucrum animæ, „reſponde illi: ſin vero nullum eſt lucrum, „eſto ut ſurdus, qui non audit, & ut mutus, „qui non loquitur.

SECTIO IX.

„Dicit Pſaltes: *Servite Domino in timore Pſ.* 2. *De ſervitio Dei.* „*v.* 11. Expedit nobis ergo ſervire Deo, „quoniam melius eſt, confidere in Domino,

„quam confidere in homine. Ne ſolliciti ergo „ſimus ſervire hominibus, ne in laqueos eo„rum incidamus, pravasque ipſorum concupi„ſcentias. Quare exclamemus dicentes: *Deus „mi! ego ſum ſervus & filius ancillæ tuæ. Pſ.* 115. „*v.* 16.

SECTIO X.

Suſurro & murmurans vitandus.

„Dominus dicit: *Intrate per anguſtam portam*, „*Matth.* 7. *v.* 13. Hanc portam nobis „Salomon aperit, dum dicit: *Fili mi! ne per„mittas ori tuo, ut aperiatur, ne peccet caro tua* „*Eccl.* 5. *v.* 5. Sermo pravus cunctis venenis „pejor eſt: omnia vulnera curantur, vulnus „vero linguæ curationem non habet: lingua „draconis præſtat lingua ſuſurronis. Blas„phemus & tyrannus meliores ſunt ſuſurrone. „Omnia peccata murmuratione ſunt minora: „ſuſurro, & qui ipſi aures præbet, eamdem „referunt condemnationem. Quare ſtricte vo„bis præcipio, ſuſurronem fugite, etſi pater „ſit vel frater, fugite murmurationem, & „ſilentio navate operam, quia ſilentio deditus „prope Deum eſt, dicetque illi Dominus in „die viſitationis ſuæ: *Beatus es Iſrael, qui cu„ſtodis os tuum, quis ſimilis eſt tui?*

SECTIO XI.

Scientia utilis.

„Scientia operanti ſecundum ejus ſtatuta op„tima eſt. Nam conſentaneum eſt, ut in „noſtro regimine ſolliciti ſimus, ne ſtulti ha„beamur. Eja igitur decertemus ſecundum „veram optimamque ſapientiam, ut de nobis „dicatur: *Intellectus ſapientis in dextra ejus.*

SE-

SECTIO XII.

„Sacræ aſſerunt Scripturæ, duplicem eſſe verecundiam, una ex qua enaſcitur peccatum, altera ex qua naſcitur gloria & gratia. Verecundia ob contractum peccatum, eſt utilis; verecundia ex qua naſcitur peccatum ea eſt, quæ impedit, ne executioni mandentur Dei præcepta. Cavete, ne propter verecundiam conſentiatis cum multitudine in dolum, nec alienum concupiſcatis: Nec te facere pudeat, quidquid eſt ſecundum voluntatem Dei; nec tua ſacerdoti tuo peccata aperire te pudeat. Verecundia ad aliquod peccatum ne ſeducaris, ut exclamare poſſis: *Propter innocentiam meam ſuſcepiſti me Pſ.* 40. *v.* 13.

De verecundia.

Confeſſio.

SECTIO XIII.

„Dicit Propheta: *Neque gloriam concupivi hominum Jer.* 17. *v.* 16. Decertemus igitur nos etiam ad mortem usque vanæ gloriæ obſiſtendo. Cui enim illa dominata eſt, ad condemnationem deſtinatus eſt inferorum. Fuge vanam gloriam, plures enim interierunt cauſa illius, hominemque ad multiplices compulit labores, jejunia, preces, vigilias nocturnas, eleemoſynas coram hominibus erogatas & alia, quibus nihil aliud conſequetur niſi confuſionem & opprobrium. Hanc ergo fugiamus, quia omnibus diabolis pejor eſt, & impenſius multo inquirere adnitamur Sanctorum gloriam, eorumque paupertatem, nam *beati pauperes ſpiritu, quo-*

De vana gloria.

„*niam ipſorum eſt regnum cœlorum. Matth.* 5.
„*v.* 3.

SECTIO XIV.

pa- „Dicit Dominus: *Qui ſuſtinuerit usque in finem,*
tia. „*hic ſalvus erit. Matth.* 10. *v.* 22. Quan-
„to magis ergo nobis laborandum eſt & ſuſti-
„nendum, ut ea, quæ nobis in cœlo parata
„ſunt, conſequamur? ſed antequam ad ſan-
„guinis effuſionem pervenerimus, ne glorie-
„mur, nullus enim artifex de opere ſuo ante-
„quam abſolvatur gloriatur, ſed illo perfecto.
„Cum igitur omnia bona compleverit homo, &
„humilitate victoriam fuerit conſecutus, tunc
„glorificabitur, & dicet: *revertere anima mea*
„*in locum requiei tuæ in æternum. Pſ.* 114. *v.* 6.

SECTIO XV.

intel- „Dixit Pſaltes: *Eloquia tua dulcia ſunt in fau-*
entia. „*cibus meis, præ melle in ore meo. Pſ.* 18.
„*v.* 11. Vere beatus eſt, qui evigilat, & fa-
„cit præcepta D. N. Jeſu Chriſti, donec aſſe-
„quatur veram ejus ſcientiam. Infidelis cave
„ſis, ne iraſcatur, qui nos creavit. Qui non
„ambulat ſecundum rectam fidem, principi te-
„nebrarum mactat victimas. Fugite ergo infi-
„delitatem tamquam malorum omnium origi-
„nem, ut magis magisque Dominus glorifice-
„tur, ejusque ſancta reſurrectio. Credamus
„igitur in nomen Domini Dei Patris, & Filii,
„& Spiritus ſancti, ut nos illud comprehen-
„dat verbum: *Qui credunt in Dominum, erunt*
„*ſicut mons Sion, quia non commovebitur in æter-*
„*num, qui eſt in Jeruſalem. Pſ.* 124. *v.* 1.

SE-

SECTIO XVI.

„Aſſerit B. Apoſtolus Paulus: *Haud conſenta-* *De diligentia*
„*neum eſt nobis vivere ſecundum carnem.*
„*Rom.* 8. *v.* 12. Conſtituamus ergo nobis bo-
„nam diligentiam in domo mentis noſtræ, hac
„enim diligentia præditus templum factus eſt
„Dei. Contra diligentem paſſiones nequaquam
„prævalebunt, & ſi ceciderit, ſtatim erigit il-
„lum diligentia & vigilantia: Incurius autem
„& piger minime Divino cultui invigilans ſi
„ceciderit, non advertit peccatum, quia cor
„ejus durum eſt, & diabolus eum, quocunque
„lubet trahit. Negligens inſtar eſt domus
„everſæ, quæ eſt ſerpentum & viperarum do-
„micilium, & nullam comperies divinam opem
„illum cuſtodientem. Dum vero extat in ho-
„mine diligentia, ab omnibus caſibus erigit
„illum & præſervat, ita ut fiat Spiritui ſancto
„requiei locus, & mereatur illam audire vo-
„cem: *Cor contritum & humiliatum Deus non de-*
„*ſpiciet. Pſ.* 50. *v.* 19.

SECTIO XVII.

„Audivimus B. Paulum cum ad virginitatis *De virginitate.*
„perveniſſet honores, ita de ea dicen-
„tem: *Præceptum Dei nan habeo*, 1. *Cor.* 7. *v.* 25.
„quia non omnes grave hoc jugum ferre poſſunt.
„Virginitas eſt ſignaculum, quod non corrum-
„pitur, perfecta ſimilitudo, quæ non commu-
„tatur, ſpiritale ſacrificium, ſpecula qua ob-
„ſervatur iter ad perfectionem ducens, diade-
„ma veris perfectionibus contextum, ſuavis ros
„omnes refrigerans creaturas, Evangelium

„abſcondita a ſæculis referens arcana, maxi-
„ma hæreditas & poſſeſſio. Qui eam aſperna-
„tur, Deum & angelos afficit injuria. Atta-
„men nemo glorietur de virginitate, gratia
„quippe ipſius Dei eſt. Virgo muliebres ſen-
„ſus, cogitationes carnis, cordis ſuperbiam,
„murmurationem, odium, gloriam mundi a
„ſe amoliatur. Religioni incumbat, contineat
„linguam, ventrem caſtiget jejuniis, nam ſi his
„omnibus exornata fuerit, erit ſacrificium ſine
„macula aut pollutione.

SECTIO XVIII.

De bono ambulando.

„Sacræ aſſerunt Scripturæ: *Ecce propoſui co-
„ram te duas vias, ſcilicet bonum & malum.
„Deut.* 30. *v.* 1. Viam autem mali ad profun-
„dum inferorum conducere, eædem nos cer-
„tiores fecerunt. Recedamus ergo ab ea, &
„ambulemus per eam, quam ambulaverunt
„ſancti, ut ambulemus in lege Domini, ſcili-
„cet in puritate corporis, linguæ, oculorum,
„manuum, aurium, pedum, & recta ad Deum
„cogitatione, mundoque corde erga invicem,
„ut dicere valeamus: *cor mundum crea in me
„Deus, & Spiritum rectum innova in viſceribus
„meis.*

SECTIO XIX.

De custodia linguæ & bilingui.

„Sacra Scriptura aſſerit: *lingua quidem modicum
„membrum eſt, ſed maculat corpus totum &c.
„Jac.* 3. *v.* 5. Mors reſidet in eo, qui bicipi-
„tis eſt linguæ; certe hominem bilinguem ani-
„mas deperdere comperies, familiares & ami-
„cos

„cos perturbare, diſſipare congregationes, om-
„nibus malis patrandis dare operam, ſemper-
„que in proximum machinari dolum. Ora-
„tiones, eleemoſynas & jejunia bilinguis tene-
„bris obvoluta comperies coram Deo. Longe
„ergo fugite a bilingui, amicitiam cum eo ne-
„quaquam ineatis, quia qui eam cum illo ini-
„verit, eam cum morte inivit: imo adnitere
„totis viribus, ne cum illo loquaris, ne ejus
„peſſima ediſcas opera, teque inficiat.

SECTIO XX.

„Fugere adnitamur dolum. Homo doloſus *De dolo.*
„animam ſuam decipit tantum, quia do-
„lus ejus revertitur in caput ipſius. Lingua
„hominis doloſi excitat contentiones, effuſio-
„nemque ſanguinis: qui amicitiam contrahit
„cum eo, eam cum peſſimo diabolo contrahit:
„ſatius tibi eſt, eſſe cum feris, quam cum ho-
„mine doloſo, ſiquidem ſuaviter accedit iſte
„ad te, at ſi cor illius contriſtaveris, te impa-
„ratum jugulat. Sitis ergo fratres cor unum
„in Jeſu Chriſto, opem invicem ferentes, ut
„Dominus etiam noſtra præparet corda ad
„ſua mandata facienda usque ad diem manife-
„ſtationis plenæ gloriæ per Jeſum Chriſtum,
„cui gloria & honor ex nunc, & omni tempo-
„re, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

S. ANTONII M. ABBATIS EPISTOLÆ XX. AD FRATRES SUOS.

EPISTOLA I.

Tres modi vocationis ad vitam monaſticam.

1. „Primum ſaluto vos in Domino. Tribus „modis contingit exitus a ſæculo. „Primus eorum eſt, qui ſuſceperunt in lege „naturæ quidquid pervenit ad eos ex evange„lizatione per ſermonem, & parati feſtinarunt, „ſicut erat paratus pater noſter Abraham in le„ge naturæ, quare allocutus eſt eum Deus di„cens: *Exi de terra tua &c. Gen.* 12. *v.* 1. & „paratus eſt Abraham hac vocatione, & fa„ctus eſt exemplar incipientibus. Secundus „ordo eorum eſt, qui audiunt legem ſcriptam „teſtantem judicium peccatorum, & promiſſio„nes bonorum, & ita evigilarunt animæ eo„rum, & operam dederunt hanc vocationem „monaſticam ingredi. Tertius ordo eſt eorum, „quorum corda dura ſunt, quamobrem infert „eis Deus tribulationes, ut pœniteant, & eam„dem vocationem ingrediantur.

Spiritus pœnitentiæ duplex.

2. „Omnes autem, qui eam ingreſſi ſunt „toto corde ita ediſcant patientiam, ut hoſti „adverſari valeant. Porro Spiritus ſanctus „omnia illis facilia reddit, ut eos pœniteat „ſpiritu & corpore. Quare ſpiritus pœniten„tiæ docebit eum ne hæreat rebus ſæculi hu„jus. Aperit præterea oculos animæ ad pœni„tentiam puram; tunc corpus ſequetur volun„tatem

n intellectus, qui mundat illud in cibo, , ſomno & reliquis actionibus. Tres ı inſunt corpori motus. Primus ſemper , nec ullam operandi habet poteſtatem voluntate animæ. Alter motus corpus et ad cibum potum & malas concupiſcen- Tertius motus eſt ex ſpiritibus malis ivertendos eos, qui ingredi cupiunt ja- n puritatis. Verum ſi anima inſtruatur etua patientia, & teſtimoniis Divinis, Spi- ; S. edocebit intellectum, ut animam & us emundet ex his tribus motibus, nec paſſiones corpori peculiares idem Spiri- S. penitus evellat. Et oculos dirigit, ut ant cum rectitudine, & videant cum pu- e: & aures, ut audiant in pace, non au- in ſuſurratione: Et linguam dirigit, ut atur cum puritate. Inſuper & manus itus deſtinat puritati, elevationi in preci- , & miſericordiæ & elargitioni: venter que cavebit a nimio cibo & potu. Pedes que cor, quod impletum eſt gratia, cuſto- & dirigit ſecundum voluntatem Spiritus ti, ut corpus omnibus bonis perficiatur. terea ſi anima ſeſe Deo tradiderit, elar- ur ei Deus veram pœnitentiam, & emun- it ſingulas ejus paſſiones, ne prævaleant erſus eam tentationes inimicorum; etſi everaverit in obedientia Spiritus S. qui ı ad pœnitentiam attrahit, miſerebitur Deus laboribus, qui ſunt nimium jejunium, vi- e & alia, eamque vindicabit ab omnibus ationibus, amator quippe hominum eſt, m decet laus, filiumque ejus Unigenitum

„ac

„ac Spiritum ejus Sanctum in ſæcula ſæculo„rum. Amen.

EPISTOLA II.

De promulgatione Legis, & incarnatione.

„Antonius filiis ſuis dilectiſſimis in Domino „ſcribens ſalutem dicit. Ecce dilectiſſimi „cum naturæ rationales corporum participes „infirmatæ ſint ob animi motus, ut non va„leant cogitare de primaria ſui conditione, & „ſervierint creaturis plusquam Creatori, invi„ſit Creator omnium ſuam creaturam vivifi„cantibus legibus, conſtituens Moyſen legis„latorem, cujus manibus tradidit nobis legem, „poſuitque fundamentum veræ domus, quæ „eſt Eccleſia rationabilis unica. Ædificavit „itaque Moyſes domum, quam non abſolvit, „ſed ea derelicta disceſſit. Deus autem ſub„ſtituit poſt eum chorum Prophetarum, qui „ædificarunt ſuper eodem fundamento a Moyſe „poſito, at diſceſſerunt & ipſi ea derelicta. „Hinc Patres hi noſtri ſpirituales, cum mor„bum inſanabilem eſſe vidiſſent, noverunt nul„lam creaturam illum ſanare poſſe excepto ſo„lo Patris Unigenito. Quare enixe rogarunt „pro nobis. Deus autem Verbum ſua incom„prehenſibili charitate venit ad nos juxta ora„cula ſuorum S. S. Prophetarum, & humilia„tus accepit formam ſervi, & aſſimilatus eſt „nobis hominibus usque ad mortem crucis. „Rogo itaque vos, ut cognoscatis hanc mag„nam diſpenſationem, per quam ad filiationem „Dei acceſſimus & hæreditatem Jeſu Chriſti. „Notus autem vobis ſit ſermo hic, quod qui-

„cun-

„cunque totis viribus ſurgere paratus non fue-„rit, is ſciat Domini adventum illi fore ad „judicium. *Luc.* 2. *v.* 34. Quare rogo vos ne „induti habitu monachatus præparemus nobis „judicium, prope namque tempus eſt judican-„di unumquemque juxta opera ſua. Dico vo-„bis ſalutem in Domino, & gratia Domini ſit „vobiscum in ſæcula ſæculorum. Amen.

EPISTOLA III.

„Rogo vos in nomine D. N. J. Chriſti, ut impi-„gre veſtra ſolvatis debita Domino, ut „elargiatur vobis omnibus Spiritum diſcretio-„nis ad diſcernendum charitatem, quæ eſt in „vobis, non eſſe carnalem, ſed ſpiritualem: „ideo minime vos appellamus carnalibus no-„minibus, quippe hæc tranſitoria ſunt, ſed „permanentibus. Equidem ſcio, vos minime „latere virtutis adverſarios perpetuo intendere „deſtructionem veritatis: Deus autem omni „tempore ſuam inviſit creaturam. Quare qui „accedere volunt ad creatorem, ipſe docebit „eos, qua ratione eum colere debeant, cui „laus ſemper in ſæcula. *Adhortatio ad bene operandum.*

EPISTOLA IV.

„Antonius filiis ſuis in Domino dilectiſſimis „ſalutem ſcribit. Quicunque timet Do-„minum, ejusque ſervat præcepta, hic Dei „ſervus erit. Hæc vero ſervitus, in qua ver-„ſamur, nequaquam ſervitus eſt, ſed juſtitia „ducens ad viam filiationis: nam accedenti-„bus nobis propius ad gratiam, dicet D. N. „Jeſus *Servitus Dei vera libertas eſt.*

„Jeſus Chriſtus: *Jam non voco vos ſervos,*
„*amicos meos & fratres meos. Joan.* 15. *v.*
„Et qui ad gratiam acceſſerunt, exclamant
„centes: *Nos minime ſuſcepimus ſpiritum ſerv*
„*tis, ut timeremus, ſed ſpiritum filiationis,*
„*quo vocamus Patrem Abbana,* Patrem noſtr
„*Rom.* 8. *v.* 15. Agnoſcamus igitur hanc g
„tiam, qua Deus nos filios & hæredes ha
„ditatis Sanctorum conſtituit. Agnoſcan
„nosmetipſos, etenim qui ſemetipſum no
„jam Deum novit, & reſurgendi habet p
„ſtatem ſine ulla perturbatione innovati
„idiomatum. Siqudem ſurrexit Alexand
„Arius, & exteras voces de Unigenito pro
„lit, conſtituens principium non habenti pr
„cipium, & imperturbato perturbationem.
„Arius inſanabili percuſſus eſt plaga, qui
„ne ſi ſemetipſum vere noviſſet, lingua
„non protuliſſet, quod illum latebat. Qu
„planum eſt, eum ſemetipſum non agnovi
„ideoque temere auſus eſt, in myſterium
„Unigeniti, cui cum Patre ſuo, & Spiritu
„ſancto gloria & majeſtas, & honor ac ado
„tio ex nunc, & in ſæcula ſæculorum Am

EPISTOLA V.

Sanctorum opera imitanda.

„Filioli mei notum vobis ſit, meam ergo
„charitatem haud carnalem eſſe, idci
„non ceſſo deprecari Deum pro vobis, ut agn
„catis gratiam, quæ vobis conceſſa eſt, & n
„pigeat vos exclamare ad Deum diu noctuq
„ut vobis deſuper opem elargiatur, ut q
„conſentanea ſunt, ſciatis, quandoquidem

„V

„vere inhabitamus domum latronum, & vin„culis mortis omnes vincti ſumus. Jam igi„tur ne ſeducamini, neque detis ſomnum ocu„lis veſtris, ut offeratis vosmetipſos Domino „hoſtias omni puritate, ſine qua nemo Deum „intueri poteſt. Profecto filioli mei anima mea „confuſa eſt, eoquod nobis omnibus eligendi „libertas data ſit ad operandum opera Sancto„rum, nos vero erigere nolumus intellectus no„ſtros, & ſupernam exquirere gloriam, nec San„ctorum omnium imitari geſta, aut eorum inſi„ſtere veſtigiis ad eorum hæreditanda opera, ut „cum eis æternam conſequamur hæreditatem „a Deo cui Majeſtas & honor in ſæcula ſæ„culorum Amen.

EPISTOLA VI.

„Filioli mei dilectiſſimi nunquam ceſſo pro „vobis deprecari, ut cordium veſtrorum „aperiat Dominus oculos, ut videre queatis „magnitudinem multitudinis fraudum dæmo„num, eorumque malitiam, quam nobis inge„runt quotidie, ac ut vobis elargiatur cor vi„gilans, ut vos offerre poſſitis Deo hoſtiam vi„vam, & cavere invidiam dæmonum, eorum„que machinationes. Quapropter nos aſſiduas „ad Deum preces effundere oportet, ut in cun„ctis actionibus noſtris opituletur nobis, & „pluere faciat nobis ſpiritalem pluviam, qui „eſt Spiritus Paracliti. Cum autem conſe„cuti fueritis hæc præſtantia dona, nolite pu„tare ea eſſe ex operibus veſtris, cum adſint „& vobis virtutes ſanctæ. Potiſſimum autem „nos oportet erga invicem ſervare dilectionem,

Dæmones homines infeſtant.

„ete-

„etenim qui fratrem diligit ſuum, is Deum diligit, qui vero diligit Deum, ſemetipſum diligit, & quia diabolus perpetuo intendit caſum hominum, injicit in corda noſtra odium erga invicem, ita ut neque fratrem videre quisquam noſtrum ſuſtineat ſuum, aut dicere ei verbum. Filioli mei quid D. N. Jeſum Chriſtum ad pedes ſe inferiorum lavandos compulit, niſi ut humilitatem nos doceret, & ſane omnes, qui ad priſtinum ordinem poſtliminio recipi cupiunt, id aſſequi minime niſi humilitate poſſunt, etenim initio motus ſuperbiæ fuit, quæ angelos e cœlo deturbavit. Niſi ergo ingens in homine extiterit humilitas de toto corde, non hæreditabit regnum Dei, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

EPISTOLA XII.

ro ſalute terna rtan- um.

„Notum vobis facio filioli, quod nobis, qui accedere volumus ad Creatorem noſtrum, neceſſe ſit, ut certemus pro liberatione animarum noſtrarum a paſſionibus ſecundum intellectualem legem: valde enim perturbatus ſum, eoquod Sanctorum nuncupati ſimus nominibus, eorumque induti habitu, quo coram infidelibus gloriamur, operandi vero virtutem minime habemus. Notum præterea vobis facio, corpus perpetuo ſpiritui adverſari: quamobrem qui religioſitatis vitam in Jeſu Chriſto ſequi cupitis, vos oportet longe expellere corporales concupiſcentias precibus ad D. N. Jeſum Chriſtum fuſis, qui ſua benignitate amovebit a vobis

„cun-

„cunctas ærumnas & tentationes, quæ a cor„pore emergunt. Quare vos obſecro, ut cor„da veſtra excitetis in timore Domini, cui „gloria & Majeſtas in æternum. Amen.

EPISTOLA VIII.

„Rogo Deum cauſa veſtri, ut elargiatur vo„bis ſua dona, quæ mihi indulſit ſua „duntaxat gratia, non autem meis meritis. *Dona Spiritus S. roganda.* „Et inſuper deprecatio mea hæc eſt dilectiſſi„mi, ut ſimus omnes ſimul in illo loco, in „quo nulla eſt mæſtitia, neque ſpiritus mali, „ſed vita æterna. Rogo etiam pro vobis, ut „ſpiritum illum igneum ſuſcipiatis & vos, qui „ſuſceptus revelabit vobis excelſa arcana, & „amovebit a vobis timorem hominum, & erit „vobis cœleſte gaudium, eritisque in hoc cor„pore, tamquam illi, qui jam ſunt in regno, „nec pro animabus veſtris rogabitis duntaxat, „verum etiam pro aliis. Rogo demum vos, „ut relinquatis veſtram ſenſualem voluntatem, „& quieti omnibus modis incumbatis, ut in„habitent apud vos excelſæ virtutes hujus „Spiritus S. afflatu, opem vobis ferentes ad „operandum juxta voluntatem ſanctæ Trinita„tis Patris & Filii & Spiritus ſancti, cui laus „ſemper in æternum.

EPISTOLA IX.

„Dilectiſſimi in Domino: Si homo Deum di„lexerit de toto corde, & de tota cogi„tatione, & de tota mente, & de tota virtute „ſua, timorem conſequitur: timor autem ge- *Charitas Dei recommendatur.*

„nerat fletum, fletus autem generat fortitu-
„dinem, quibus conſummatis in anima fru-
„ctus feret in omnibus, Deus autem his fru-
„ctibus perſpectis attrahit illam ad ſe, illaque
„lætatur cum Angelis, qui eam cuſtodiunt in
„omnibus viis ejus, ut perveniat ad locum
„ſuæ requiei, & non prævalebit adverſus eam
„diabolus, nunc ergo comparate vobis virtu-
„tem hanc, ut paveant vos dæmones, & di-
„vina vobis dulceſcant, ſiquidem divini amo-
„ris dulcedo favo longe dulcior eſt; qui vero
„eam lucrari conatur, eam conſequitur Dei
„conceſſione. Porro ſcitote, quod cum habet
„homo lumen Dei, virtutemque ejus, oppro-
„bria mundi hujus contemnit, atque etiam
„honores ejus, & odio habet omnia, quæ
„ſunt in hoc mundo, & corporis re uiem,
„emundatque cor ſuum ab omnibus malis co-
„gitationibus, tum jejunium offert & lachry-
„mas noctu diuque, & puras preces: quare
„largietur ei Deus virtutem illam, quem de-
„cet laus & honor ab omnibus rationalibus in
„ſæcula. Amen.

EPISTOLA X.

ina glo- s & te- r vitan- is.

„Scribo vobis filioli mei, ut percipiatis, quod
„Deus illorum, qui quidquid agunt, id
„palam præſtant ad conſequendam gloriam
„laudemque hominum, petitiones non exaudit,
„ſed potius iraſcitur illis, opera enim ſua ſine
„fide agunt. Vos ergo dilectiſſimi, qui labo-
„rum veſtrorum fructus coram Domino obtu-
„liſtis, recedere ſatagite a ſpiritibus gloriæ
„ina-

„inanis, & jugiter adverſus eam pugnate, „nam initis ab homine juſtis operibus optimoque certamine accurrit, & ab his amovere „eum conatur, ut quidquam juſti illum agere „non ſinat, cum ſit ſpiritus malus, adverſeturque omnibus, qui fideles eſſe cupiunt. „Pari modo cum videbitis animas veſtras frigefieri per incuriam atque pigritiam, eas erigere ſtudete, ſuper illas plorantes, procul „dubio enim calor veniet cujus acquirentes „naturam animæ bonis operibus ebullient. „Eſtote gaudentes in Domino, cui gloria ſemper in æternum.

EPISTOLA XI.

„Filioli mei pro vobis ſine intermiſſione deprecor, ut elargiatur vobis Deus gratiam, diſcernendi omnia, ut diſtinguatis inter bonum & malum. Sciendum enim vobis „eſt, hoſtem fidelibus adverſari boni ſpecie „pluresque decipere, eoquod minime illis „conceſſa eſt prudentia & diſcretio. Itaque „rogate noctu diuque pro hac diſcretione, ut „ſit vobis bonum ſempiternum, & augeatur „gloria veſtra in omnibus, & det vobis alia „permulta, quæ numquam cognoviſtis. Ego „autem rogo etiam pro vobis ut ad hanc menſuram, quæ eſt in nobis, perveniatis, quam „ſi attingere cupitis, recedite ab omnibus iis, „qui habent nomen monachatus & virginitatis, nec reperitur in illis hæc diſcretio. Si „ergo venerint ad vos, & locuti fuerint vobiscum verba hujus ſæculi, & quæ eorum con- *Diſcretia quomodo acquiratur.*

„gruunt voluntatibus, nolite illis aſſentiri. „Cum autem illos fugeritis, eos contemnere „nolite, verum illis benefacite non tamen cum „illis communicantes, ne vos retrocedere fa„ciant. Et pax Domini ſit cum ſpiritibus ve„ſtris, cui laus & honor ab omnibus creaturis „in æternum. Amen.

EPISTOLA XII.

S. Antonius optat ſuos videre.

„Scitote dilectiſſimi mei, quomodo Apoſtolus „2. *Tim.* 1. *v.* 3. pro Timotheo hæc tria „faciebat, nempe illius noctu diuque recorda„batur, pro illo orabat, ac illum videre cu„piebat. Pari ratione facio & ego: veſtri ſci„licet recordor, oro pro vobis, & videre vos „cupio. Oremus igitur ſimul omnes, ut nobis „concedat Dominus noſter, iterum invicem vi„dere. Profecto ſcio magnum gaudium vobis „allaturum fore mei ad vos adventum: ete„nim convenientes alia quam plurima nota „vobis faciam, ut ſit hoc vobis ſalus in Domi„no Jeſu Chriſto. Amen.

EPISTOLA XIII.

Gaudium verum quærendum.

„Jam ſcitis dilectiſſimi, quod univerſæ crea„turæ rationali inſit organum amoris ad „divina & humana amplectenda, rogo autem „pro vobis, ut in cordibus veſtris augeamini „in Dei charitate, & aperiatur vobis magni„tudo arcanorum Dei, & inhabitet in vobis di„vinitas, & vobis elargiatur lætitiam in Deo, „quæ animas alit & auget, & ut ad hanc per„veniatis metam, cujus non eſt menſura neque

„finis.

„finis. Scio quidem hoc haud promereri, niſi „aliquos ex monachis & virginibus, qui ſunt in „congregationibus, quod pervenerint ad ter„minum perfectionis, parattæque ſunt eis ſe„des, ut ſedeant] ſuper illas in die judicii ad „judicandum. Atque hoc etiam eſt id, quod „pro vobis deprecor, ut perveniatis ad hanc „menſuram judicandi homines veſtræ ætatis, „quod eſtis conſecuturi gratia D. N. J. Chriſti, „cui laus & gloria & Majeſtas in ſæculum. „Amen.

EPISTOLA XIV.

„Scitote filioli mei præcepta neque gravia eſſe „neque laborioſa, ſed lumen verum & gau„dium ſempiternum adimplentibus obedien„tiam; qua ratione Deus ſervabit vos a malo, „donec perveniatis ad loca requiei, & vobis „largiatur benedictionem patrum noſtrorum, „etenim benedictiones iſtæ ſi in vobis inhabi„taverint, maxima vobis gratiæ fiet acceſſio, „pax Domini ſervabit corda veſtra, & gratia „ejus vobis opitulabitur, cui laus ab omnibus „rationabilibus in æternum. Amen.

Obedientiæ fructus.

EPISTOLA XV.

„Ante omnia filioli Deum deprecor, ut vo„bis elargiatur inviſibilia, quæ æterna „ſunt, & mea quidem hæc pro vobis depre„catio eſt, quod vidiſſem fructus veſtros ra„tionabiles, & quod facti eſſetis Deo verbo „hæredes: unde Deum rogo, ut a corruptio„ne ſervet fructus veſtros, eosque multiplicet

Inviſibilia quærenda.

„in gratiam veſtram, donec egrediamini ab „hoc domicilio, & ſit vobis pax & gaudium „in Domino cui laus ſemper in æternum.

EPISTOLA XVI.

nilita- exem- ia.

„Recenſeam vobis filioli parum ex geſtis Pa„trum Sanctorum purorum, quos exal„tavit Deus propter humiliationem, & priſti„næ paupertatis jugem recordationem. Enar„remus itaque vobis primum de patre patrum „Abraham, quem Deus exaltavit de pauper„tate ad divitias, & de contemtu ad gloriam. „Nec ideo ſuæ paupertatis oblitus eſt, verum „umbracula incolebat. Iſaac ſimiliter erat di„ves valde, & pauper factus eſt in corde ſuo, „ita ut Palæſtini illum opprimerent; hinc mul„tiplicabantur ejus divitiæ. Similiter Jacob „proficiſcens in Meſepotamiam nihil habebat „præter ſuum baculum & viaticum ad iter ſuf„ficiens: quapropter magis ac magis ditatus „eſt in domo avunculi ſui Laban. Volens au„tem reverti in domum patris ſui paupertatis „non eſt oblitus. *Gen.* 32. *v.* 10. Similiter „& Joſeph. *Gen.* 46. *v.* 23. Item Moyſes. „*Exod.* 3. *v.* 10. Item Debbora. *Jud.* 4. *v.* 8. „Item Gedeon. *Jud.* 6. *v.* 13. Item Anna „mater Samuelis humilis & manſueta fuit. „Eodemque modo David fuit humilis & man„ſuetus. Similiter quoque Elias propheta ac„cinctus erat coriacio cingulo, memor ſe ho„minem eſſe pauperem. Similiter etiam Pa„tres Apoſtoli ſemper ſuæ priſtinæ paupertatis „memores erant; imo etiam Dominus noſter

„filium

„filium David ſemetipſum appellavit, & cum „mirabilia perpetrabat, præcipiebat dicens: „*nemini indicaveritis. Marc.* 1. Quæ quidem ejus „humiliatio noſtri cauſa fuit, neque id ob ja„ctantiæ timorem præſtitit. Scitote autem „filioli mei, quod multi ambulant in humilita„te, non tamen in veritate cordis ſui, quippe „qui extrinſecus coram hominibus humiles „ſunt, minime vero honorem Dei curant, nam „video quosdam, quorum hæc eſt imago, ho„minum ſcilicet gloriam appetere, quam ſi „conſecuti fuerint in congregatione ſuæ habi„tationis, ad alias ſeſe recipere curant, ut hu„manæ gloriæ eis fiat acceſſio: vos vero noli„te hoc facere, ſed ſemper memores ſitis pec„catorum veſtrorum, hoc enim Prophetæ nos „docent, ut eorum non obliviſcamur, & per„petuo humiles ſimus coram Domino. Nolite „itaque ſatagere placere hominibus, qui ſunt „in regione mortuorum, ne forte Deo in re„gione viventium placere nequeatis. Obtenta „autem ſolutione a veſtris peccatis nolite ipſis „parcere, ne impotentes ſint pœnitentiæ ve„ſtræ fructus, ſed imitemini Paulum Apoſto„lum, qui priſtinæ non eſt oblitus ſtultitiæ „ſuæ, cujus Dominus miſericordia ſua oblitus „erat, ſed ait: *Perſequebar Eccleſiam Dei.* „1. *Cor.* 15. Et D. N. Jeſus Chriſtus cuſtodiat „vos in ſua obedientia in æternum. Amen.

EPISTOLA XVII.

„Quicunque vult perfectus eſſe in religioſita„te, nulli penitus inſerviat malo. Quem„admodum tres ſunt corporis ſtatus quamdiu „eſt *Perfectio Chriſtian quærenda.*

„eſt in illo anima nempe pueritia, virilitas, & „ſenectus, ſimiliter tres ſtatus habet anima in „illo recondita, ſcilicet initium fidei, progreſ„ſum, & perfectionem. Porro quicunque mun„dus fieri ſtudet in omnibus membris ſuis hic „ſane eſt religioſus, qui etiam conatur elongare „ſe a turbis, ut ſit in corpore & corde & in„tellectu extra vulgi perturbationes, quoniam „perturbatio ſemper inter homines verſatur. „Dominus autem noſter factus eſt nobis exem„plar ſolitudinis, aſcendens in montem ad „orandum ſeorſum. Petrus quoque nos utili„tatem docet ſolitudinis, ſiquidem cum ſolus „eſſet vidit cœlos apertos & linteum deſcen„dens ſuper ſe. Pari ratione Ezechiel, cum „quatuor vidiſſet animalia extra civitatem in „agro erat. Similiter Jeremias *Thren.* 3. *v.* 27. „cognoſcens ſolitudinem Deo placere dixit; „bonum eſt hominem ... ſedere ſolum. Cog„noſcite itaque filioli virtutem ſolitudinis, quæ „nos conducere valet ad Dominum, hominem„que perfectum efficit, quam ſane cum qui„dam dilexiſſent, adepti ſunt gloriam & lumen, „plusquam illi, qui incolunt civitatem. Qua„re ſatagite ſtabiliri in illa, ut vos ad Dei con„ducat viſionem per gratiam D. N. J. Chriſti „verbi æterni, cui laus in æternum. Amen.

[S]olitudi[ni]s bona.

EPISTOLA XVIII.

[Co]ntra [sy]mbolum [ig]neum.

„Anima, in qua habitat ignis Dei, ſimilis „eſt avi duabus præditæ alis, quibus „ſurſum per cœli aera elevatur; alæ vero ani„mæ Domino obſequentis ſunt virtus ignis

„Dei,

i, a quo ne permittatis vos exui, etenim rata ſunt vobis eertamina multa a diabolo, illo vos exuat, quippe qui optime novit, ıtra vos minime prævalere poſſe, quamdiu vobiscum hic ignis. Quare obſiſtite illi, cognoſcite illius phantasmata, quo ſub dulcedine ſuam abſcondit amaritudinem, & ingit pulchra ſimulacra, ut inclinet ad ſe rda veſtra: nec non multas ac varias anię paſſiones injicit. Si vero animadverit, quod illi minime obtemperetur, appa: in ſimilitudine angeli lucis, ſi autem vide, non ei obediri, recedit confuſus, & tunc bitabit in illis Spiritus Dei, & dulcis redur illis portatio jugi Dei, & efficiuntur inſeſſi in exercendis virtutibus, in nocturnis giliis, quandoquidem gaudium Domini cum s eſt, quo hoſtibus obſiſtere poterit, eosque erabit. Quare intelligite quod minime ficere vel diſtinguere inter bonum & man valebitis, niſi obtemperaveritis veſtris rfectis patribus, etenim patres noſtri ſic erunt; icirco doctores facti ſunt, & cognorunt veritatem, & meruerunt Spiritum Sanım, cui cum Patre & Filio laus & hor in æternum.

EPISTOLA XIX.

citote filioli mei, quod Spiritus S. non ha„bitabit in ſuperba anima, ſed in animas humilium, quorum tota cogitatio in pertione ſita eſt, quibus aperit magna arcana ırgiens gaudium & requiem cordibus eorum *Spiritus S. in humili habitat.*

„in hoc mundo, & omnes qui eum accipiunt „& ſuperant tentationes, corroborat, dans illis „virtutem proximam, & exaltat illos, & cu„ſtodit ab omnibus. Poſtquam autem hanc „vobis ſcripſi epiſtolam, commovit me Spiri„tus, ut ſcriberem vobis de Seraphim, quem „vidit Ezechiel Propheta *Ezech.* 1. qui eſt ty„pus animarum fidelium, quæ decertant ad „conſequendam perfectionem: nam facies pri„ma Seraphim, quæ eſt facies hominis, de„ſignat fideles, qui in mundo ſunt operantes „præcepta ſibi injuncta: ſiquis autem horum „ad habitum monaſticum egreſſus fuerit, aſſi„milatur tauri faciei, eoquod operetur & ſol„licitus ſit de præceptis monachatus: quodſi „congregationis ordines conſummaverit, & „egreſſus fuerit habitare ſolitudinem ad op„pugnandos inviſibiles dæmones; jam hic aſſi„milatus eſt faciei leonis, qui eſt rex ferarum „ſilveſtrium. Cum autem ſuperaverit hoſtes „inviſibiles, & paſſionibus dominatus fuerit, „elevabitur Spiritu ſancto, & videbit divinas „viſiones, & aſſimilabitur faciei aquilæ: & „tunc intellectus illius discernet, quæcunque „ſibi obvenire poſſunt ſex ex partibus, & aſſi„milabitur illis ſex alis oculorum refertis, & „fiet Seraphim ſpiritualis, & hæreditabit æter„nam hæreditatem, eoquod obtemperaverit „patribus ſuis ſpiritualibus. Salutem in Do„mino & Spiritum veritatis concedat vobis Do„minus noſter. Et laus & gloria Trinitati „ſanctiſſimæ, Dominæ ſæculorum in æternum. „Amen.

EPI-

EPISTOLA XX.

ileƈtiſſime mi venerande in Domino Beb- *Superbia vitanda.*
„nude, pax tibi. Dominus nihil eorum,
æ ſuper terram ſunt, diligit præ diſcipulis
s & facientibus voluntatem ſuam, & de-
:dit, qui eos contemnunt; etenim quid-
id homo facit ſervis Dei, illi facit, ſive
num ſit, ſive malum. *Matth.* 10. *v.* 40. Quare
eƈtiſſimi cavete, ne quemquam hominum
ntemnatis, hujus quippe radix eſt ſuperbia,
æ etiam multos monachos & virgines in-
ſit ob eorum falſam exiſtimationem dicen-
s; utique nos aliquid magni ſumus, & nul-
s nobis comparabitur. Vere autem dico
bis, nihil eſſe in his niſi ſuperbiam, & con-
ntum erga homines, & odium & peſſimam
nulationem, quia pœnitentiam agere re-
unt: & ſciatis, quod ſine puritate corpo-
s & cordis nemo valeat eſſe perfeƈtus co-
m Deo; perfeƈtio enim oritur ex puritate
rdis, in quo ineſt duplex ſpecies, ſcilicet
num naturale, & malum præter naturam,
od parit paſſiones animæ, quæ ſunt invi-
a & reliqua mala; bonum vero parit cogni-
onem Dei, & ſanitatem animæ ab omnibus
ſſionibus, quam doƈtrinam multi perſiſten-
s in Monachatu & virginitate non didice-
int, quia negligentes documenta patrum
iorum amplexati ſunt concupiſcentias cor-
is ſui. Vos autem fratres mei ſuſtinete la-
ores & mærores, qui vobis eveniunt, & gra-
as Domino agite, ut videatis lætitiam la-
orum veſtrorum, ſicut beata Suſanna, The-

„cla

„cla & Joſeph, qui nequaquam obtinuerunt
„honorem a Deo, niſi poſtquam probavit eos,
„& liquavit calamitatibus. Permanete ergo
„in patientia, & ne ſint inter vos contentio,
„ſuperbia, inobedientia, inanis gloriæ amor,
„odium, concupiſcentia pulchrorum veſtimen-
„torum, nam in quacunque congregatione hæ
„extant actiones, inhabitat ibi ira Domini.
„Nunc itaque fratres invicem parcite, ut par-
„cat vobis Dominus, cui laus & gloria & ho-
„nor & Patri ſuo, & Spiritui ſuo ſancto ex
„nunc & in æternum. Amen.

Omnia peccata remitti poſſunt.

Nota. In Bibliotheca PP. Gallandii affertur hic epiſtola S. Antonii ad Theodorum, in qua S. Abbas docet „quod illi, qui Chriſtum in veritate adorant, „& poſt ſuſceptum rite Baptismum in peccata „prolabuntur, quod per totum fere orbem accidit, ſi miſericordiam Domini implorent, ac de „admiſſis ex animo doleant, a Deo miſericorditer in gratiam recipiantur, & omnia ſic agentium „hominum deleantur peccata.

S. ANTONII M. ABBATIS

REGULÆ SEU CANONES AD FILIOS SUOS MONACHOS.

Regula S. Antonii.

1. „Ante omnia orationem ſine intermiſſione „fundite, gratiasque ſemper agite „Deo pro omnibus, quæ vobis accidunt.

2. „Surgentes mane de ſingulis ægrotis, „quæ apud vos ſunt, perquirite.

3. „Jejunate ſingulis diebus usque ad no„nam, excepto die Sabbato & Dominico: an-

„te cibum ſumptum orationem perſolvito, & „poſt ſumptum ora & lege jugiter.

4. „Cum puero & adoleſcente ſermones ne „ineas, aut familiaritatem contrahas, nec hos „monachos recipias, ne dent locum diabolo.

5. „Super eadem ſtorea ne cubes cum mi- „nore te.

6. „Statutas orationum horas obſerva.

7. „Ægrotum ad ſumendum cibum ne ni- „mis cogas, at nec detrahas, ne mærore con- „turbetur.

8. „Si venerit ad te frater aliquis poſt tem- „pus, cum gaudio ſuſcipe illum.

9. „Mundanis hominibus ne te admiſceas, „Phariſæum vero ſe oſtentantem ne imiteris.

10. „Mulierem ad te accedere ne permittas.

11. „Conſanguineos tuos ne reviſas, ne te „conſpiciendum præbe, nec adeas illos.

12. „Plusquam tibi opus eſt, ne retineas, „nec elargiaris plus, quam potis es.

13. „Orationem tuam noctu perſolvito, an- „tequam Eccleſiam adeas.

14. „Nec comedas cum eo, qui multum pro „te impendat.

15. „Si ſcandalum exortum fuerit pro ju- „vene necdum habitu monaſtico induto, ejice „eum.

16. „Cum puero ne loquaris umquam, erit „enim tibi in offendiculum.

17. „Ad urbem ne proficiſcaris ſolus.

18. „Ter-

18. „Terram vectigalibus ſubjectam ne ſe„mines, & ſocietates cum dominis ne contra„trahas.

19. „Locum in quo exprimitur vinum, ne „adeas.

20. „Carnes ne comedas omnino.

21. „Jejunium ne ſolvas feria quarta & „ſexta.

22. „Ne murmures in opere manuum tua„rum.

23. „Defectus quoscunque nemini objicias.

24. „Si fratrem inviſeris, ne diu moreris „in ejus cella.

25. „In Eccleſia ne loquaris omnino.

26. „In exedris monaſterii ne ſedeas.

27. Ne jures omnino nec verum, nec du„bium.

28. „Eccleſiam ad quam convenit multitu„do hominum, ne adeas.

29. „Mortuum tuum in Eccleſia ne ſe„pelias.

30. „Ad ſymbola & convivia ne prope„res.

31. Bonos mores a majoribus tuis diſce.

32. „Nullum aggrediaris opus inconſulto „patre monaſterii.

33. Si iter feceris lege & meditare quan„tum poteris.

34. „Eleemoſynam quam elargiris ne oſten„tes.

35. „In

35. „In loco ubi fiunt agapes comede & „gratias age Deo.

36. „Noctu diuque pro peccatis tuis do„leas.

37. „Eſto alligatus in cucullo & habitu tuo „noctu diuque.

38. „Accende lucernam oleo oculorum „nempe lachrymis.

39. „Si religioni operam dederis, ne glo„rieris.

40. „Quærentem Chriſti fidem ne rejicias.

41. „Cogitationes tuas omnibus ne ape„rias, ſed iis tantum, qui animam ſalvare poſ„ſunt.

42. „Ad Meſſem ſi perrexeris, reditum ac„celera.

43. „Habitum, quo glorieris, ne induas.

44. „Vocem tuam ne extollas, niſi oratio„num canonicarum tempore.

45. „Ora in cella tua ante egreſſum ad Ec„cleſiam.

46. „Animam tuam quotidie mortifica.

47. „Infirmitates nemini objicias.

48. „Neque glorieris, neque rideas omnino.

49. „Mæſtus eſto continuo pro peccatis „tuis.

50. „Operam da quantum potes, ut glori„ficetur Pater tuus, qui in cœlis eſt.

51. „Corripe filios tuos nec parcas, quia „ipſorum damnatio a te exigetur.

52. „Ne

52. „Ne comedas ad ſatietatem.

53. „Dormies parum & cum menſura, in- „viſent te Angeli.

54. „Cum oraveris conſtitue habitum tuum „ut alas, quibus transfretes mare igneum.

55. „Ægrotorum vaſa aqua imple.

56. „Linguæ certamina evita.

57. „Cura ut omnes homines te benedi- „cant.

58. „Teipſum ad opera manuum urge.

59. „Si fratrem videris peccare ad mor- „tem, ne contemnas illum aut damnes.

60. „Cave ne pelliciatur intellectus memo- „ria præteritorum peccatorum, ne innoventur „in te.

61. „Humilitatem dilige, & ipſa proteget „te a peccatis.

62. „Ne importunus ſis, verbumque tuum „ſtatuere contendas, ne inſit tibi malum.

63. „Sapientem te ne reputes, ne ſuperbia „efferetur anima tua.

64. „Aſſueſcat lingua tua dicere: ignoſce „mihi: & adveniet tibi humilitas.

65. „Cum ſederis in cella tua, cura hæc „tria perſolvere: opus manuum tuarum, le- „ctionem Pſalmorum, & orationes.

66. „Cogita penes te, non ſum manſurus „in hoc mundo, niſi hac die & non peccabis.

67. „Ne ſis guloſus, ne innoventur in te „priora tua peccata.

68. „Nul-

68. „Nullius laboris tædeat te, & requies „tibi cito immittetur a Deo.

69. „Anima pigri, qui cœpit monachatum „fiet receptaculum omnibus paſſionibus & fœ„toribus.

70. Enitere orationes fundere perpetuas „cum lacrymis, ut miſereatur tui Deus.

71. Operam nava labori, paupertati, pere„grinationi, ærumnis, & ſilentio.

72. Si iter confeceris cum fratribus, pa„rumper elonga te ab illis, ut ſilentium ſerves.

73. „Ambulans ne dextrorſum & ſiniſtror„ſum te convertas, ſed pſalmos tuos medita„re, & mente ora Deum, & ne fiducialiter „cum incolis agas.

74. „In omnibus geſtis tuis modeſtia utere.

75. „Ad ea, quæ tibi apponuntur, ne ſta„tim manus extendas.

76. „Si juvenis es, ne manum primus ex„tendas, aut immodeſte, nec buccellam alte„rius ingeras ori.

77. „Si alicubi dormieris, ne eodem pal„lio cum alio te cooperias cave, & ante cubi„tum multas fundito preces: & Dominus no„ſter Jeſus Chriſtus nobis opem ferat ad ope„randum ſecundum ejus beneplacitum. Amen.

S. ANTONII M. ABBATIS SPIRITUALIA DOCUMENTA AD FILIOS SUOS MONACHOS.

. Anto- ii docu- enta iritua- a.

„Ante omnia fili mi ne reputes quidquam „temetipſum, & hoc tibi generat humi„litatem, humilitas vero generat doctrinam, „doctrina autem generat fidem, fides ſpem, „ſpes charitatem, charitas obedientiam, obe„dientia conſtantiam. Infirmiorem te ne imite„ris, ſed te electiorem. Hominum ne timeas „opprobria. Non murmures, neque injuriis affi„cias quemquam. A bonis operibus, quæ ag„greſſus es, non revertaris retro. De virtuti„bus tibi comparandis eſto ſollicitus, ne ne„gligentiam contrahas. Inferiorem te in vir„tutibus electum eſſe reputa, æqualem vero ti„bi præſtantiorem eſſe in incremento. Qui di„lexerunt Dominum ex totis cordibus ſuis, & „bonis operibus jugiter incumbunt, ſint tibi „imago & exemplar. Bono ſis animo in om„nibus iis, quæ facies ſecundum voluntatem „Domini. Cum ſuperbis ne ambules, ſed „cum humilibus: ne ſis hypocrita, multo mi„nus mendax. Ne loquaris cum ira, ſed ſint „verba tua cum ſapientia & ſcientia, ſimiliter „quoque ſilentium tuum. Apud ſuperiorem „tuum & majorem verba ne multiplices. Pa„tres tuos ſpirituales dilige plusquam patres „tuos carnales, quoniam ipſi ſolliciti ſunt pro„pter te apud Deum. Siquis te corripiet in„ſontem peccati alicujus cauſa; humilia te„ipſum,

„ipſum, ut coronam conſequaris. Mortalium „neminem odio habeas, ſed omnes dilige, ut „teipſum. Paupertas nihil aliud eſt, quam eſſe „contentum; peregrinatio autem & ſolitudo „eſt, ut a turbis ſubtrahas te: peregre vero „proficiſci religionis ergo, religioſo eſt, in „cella reſidere. Dum obedientiæ ſubditus „es, quod tibi dicitur attende & comprehen„de, illudque ſedulo facito. Homo illi cæterarum amans ad nullum opus bonum aptus eſt. „Fili ingens gloria eſt, ut operam des ſilentio, „& Dominum imiteris, quem propterea Hero„des eſt demiratus. Nihil cuiquam proponas „aut doceas, antequam ipſe opere compleve„ris illud. Ab hominibus mentis & conſilii „expertibus recedas. Ei qui verba tua non „percipit, ne proferas illa. Omnes homines „fac tibi amicos, ſed non conſiliarios. Ante „omnia amicos experimento proba, nec om„nes facias familiares, & ſi facies omnes, ne „omnibus fidas, quoniam mundus eſt confir„matus in dolo; ſed unum tibi elige fratrem „timentem Dominum, & adhære Deo tantum „tamquam filius patri. Si vitam dilexeris „tranquillam, ne te admiſceas illis, quorum „ſtudium in vanitatibus poſitum eſt. Cellam „tuam in carcerem tibi conſtitue, quia jam „diſſolutio tua ab hoc mundo adeſt. In omni „converſatione tua aſſume tibi habitum pau„pertatis, nec in ſermonibus tuis glorieris. „Quemquam cito ne corripias. Vilioribus „utere cibis, ſi ira perculſus fueris, ſtatim il„lam a te remove. Nihil aliud eſt fortitudo, „quam in veritate perſiſtere, & reſiſtere hoſti-

 „bus.

,,bus. Sapiens eſto, & illorum, qui contra te
,,obloquuntur, tuo ſilentio obſtrue ora. Con-
,,cupiſcentia carnis eſt ventris ſatietas, quam
,,neceſſario ſequitur immundities luxuriæ.
,,Concupiſcentia oculorum ſunt materialia ope-
,,ra, in quorum perpetratione aut effertur ocu-
,,lus, aut immundas ad cor emittit ſpecies.
,,Superbia autem mundi eſt gloria illa, quæ
,,noſtris inſidet mentibus ob vanas dignitates.
,,Perfectio certaminis tui obedientia eſt. Fili
,,lætare in tribulationibus, quæ tibi eveniunt;
,,has enim conſequuntur fructus. In voluptati-
,,bus mundi ne delecteris, morieris enim morte
,,peſſima. Perpetuo vigila ne ſeducaris, piger-
,,que evadas. Morere ſingulis diebus, ut vi-
,,vas. Lectum tuum ſingulis noctibus lava
,,lacrymis tuis, & humilia te coram Chriſto Do-
,,mino, quem decet laus cum Patre & Spiri-
,,tus S. nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculo-
,,rum. Amen.

ALIA SPIRITUALIA DOCUMENTA.

lia do- umenta iritua- a.

,,Si quis frater ſuas tibi aperuerit cogitatio-
,,nes, eas ne cuiquam referes, ſed ora
,,pro te ac pro illo. Seniorum monaſterii ut
,,benedictionem conſequaris, ſatage. Corripe,
,,nec parcas, ſed cum timore Dei, nec acci-
,,pias cujusque perſonam. Patres monaſterii,
,,qui generant te in ſpiritu, fac admirentur
,,gloriam tuam in medio Sanctorum. Panem
,,tuum cum quiete & continentia comede.
,,Omnes cogitationes tuas ne ſequaris. Pul-
,,ſante campana ne pigreris ſtatim adire eccle-
,,ſiam.

„ſiam. Negotia eccleſiæ committantur viro „fideli timenti Deum. Timor Domini ſit ſem„per ante oculos noſtros, itemque memoria „mortis, & mundi odium, & declinemus „omne id, quod nobis affert requiem carnis, „vitam autem hanc parvi ducamus, ut viva„mus in Deo. Qui ſolitudinem incolit, re„quiem a tribus certaminibus adipiſcitur, ab „auditu, diſceptationibus & viſu eorum, quæ „plagas cordi infligunt. Quicunque ſalvus eſſe „vult, ſuam corpoream domum ne ingrediatur, „nec eam, in qua peccavit, neque viſitet pa„rentes, aut proximos carnales, inde enim „corruptio oritur animæ, & vitæ fructus de„perduntur. Cum dormis, ne manum tuam „intra te reponas, ne inſcius pecces. Sanus ne „ſolvas zonam tuam. Ne apprehendas manum „proximi tui, nec genas tangas ejus. Tribus „vini calicibus quartum ne addas, niſi prop„ter magnum morbum aliquem. Studium na„va ſcripturarum lectioni, quæ ab immunditia „eripient te. Sedens in cella tua, labori ma„nuum incumbito. Nomen Jeſu ne dimittas „a te, ſed dicito: Domine mi Jeſu Chriſte mi„ſerere mei. Elige tibi laborem, & cum je„junio, oratione & vigiliis ipſe te liberabit ab „omnibus turpitudinibus, quia labor corporis „infert puritatem cordis. Peccata quæ olim „perpetraſti, ne animo verſes, ne renoventur „in te, certusque eſto, ea tibi condonata „fuiſſe, cum te Deo tradideris & pœnitentiæ. „Peccatum quod comiſiſti patri tuo ſpirituali „ne cela. Sæpius flecte genua, neve in hoc „piger ſis. Corpus tuum ita infirma, ut ſit

„inſtar jacentis in lecto propter morbum. A „luſu & joco plurimum cave. Oportet ut junior „monachus de omni greſſu, quem graditur, & „de omni gutta aquæ quam bibit, ſeniores „conſulat. Tres ſunt calores corporales, unus „naturalis, qui ſine conſenſu animæ nec obeſt „nec cogit: alter oritur ex requie & mollitie „corporis, & delicatioribus cibo & potu, un„de caleſit corpus, ſanguis inflammatur: alius „a dæmonibus excitatur, noſtrum ergo erit, „eos vel amplecti, vel repellere, ſi volumus.

litudo. „Quemadmodum piſcis extra aquam eductus „perit; ita perit timor Domini ex corde mona„chi, ſi ſua cella vagans egrediatur. Opus præ„ſtantiſſimum eſt, ut homo peccata ſua confi-

nfeſſio. „teatur coram Deo ſuiſque majoribus. Vidi „omnes diaboli laqueos ſuper terram ſtructos, „& dixi: væ generi humano, quis poterit „eripi ab iſtis? & dixerunt mihi angeli: hu„militas ſalvat ab iſtis, nec ad illam pertinge„re valent. Ne dum operamur, bonos noſ„ipſos habeamus; ideo aliquando in ſordidas „cogitationes incidimus, ut eas videntes noſ„metipſos reprehendamus. Ideo non profici„mus, quia ſine labore virtutem conſequi vo„lumus, & quoties videmus certaminis tenta„tionem in loco ad quem vocati ſumus, ad „alium transmigramus. Quocunque ieris, „Deum ſemper ante oculos ponito: quodcun„que opus feceris, adhibe tibi teſtimonium „ex ſcripturis, & in quocunque habitaveris „loco, perſevera, nec inde cito migres. Hæc „tria ſerva, quieſces.

SAN-

SANCTI PACHOMII
ABBATIS TABENNENSIS
REGULA, EPISTOLÆ, AC VERBA MYSTICA
INTERPRETE S. HIERONYMO.

§. I.
Monitum.

Pachomius in Thebaide inferioris Ægypti ortus a parentibus ethnicis militiæ primum nomen dedit, poſtea vero ad fidem Chriſti converſus Conſtantini ejusque filiorum temporibus claruit. „Anachoreticam enim „vitam amplexus Dei monitu Tabennenſium „monachorum auctor Evangelicis præceptis „ſuos diſcipulos optime inſtituit. Supremum „diem obiit, anno 348 ejusque admiranda ge„ſta monachus quidam Tabennenſis ætate ſup„par deſcripſit, quæ apud Bollandum legi poſ„ſunt. Scripſit S. Pachomius regulam utrique generi monachorum aptam quam angelo dictante perceperat, ait Gennadius de vir. illuſt. c. 7. quam Ægyptiaco primum ſermone conſcriptam, deinde Græce redditam S. Hieronymus rogatu Silvani anno 404 in latinum tranſtulit. Scripſit præterea S. Pachomius epiſtolas ad collegas præpoſituræ ſuæ, „quam „in viginti quatuor claſſes diviſerat, & viginti „quatuor Alphabeti litteris pro moribus ſin-

 „gu-

„gulorum inſigniverat.“ Regulam hanc & Epiſtolas S. Pachomii juxta primam editionem Holſtenianam codicis Regularum Romanam an. 1661 ſuæ Bibliothecæ inſeruit Gallandius, quibus etiam præcepta quædam ejusdem S. Pachomii ex cod. MS. Florentino a Bollandiſtis in lucem emiſſa ſubjecit.

§. II.

ANALYSIS.

REGULA S. PACHOMII.

Idea monachorum Tabennenſium.

Sanctus Hieronymus in præfatione in regulam S. Pachomii ideam Tabennenſium monachorum ita exhibet „ſingula monaſteria ha„bent patres, diſpenſatores, & miniſtros, & „ſingularum domorum præpoſitos, ſuntque „30 vel 40 fratres & domus in uno monaſte„rio, qui obediunt præpoſito, & ternæ vel „quaternæ domus in unam tribum fœderan„tur, ut ad opera ſimul vadant. Quicunque „autem monaſterium primus ingreditur, pri„mus ſedet. Nihil habent in cellis præter „pſiathium (*ſtoream pro lecto*) duo lebitonaria „(*veſtes ſine manicis*) amictum lineum, duos „cucullos, caprinam melotem, balteolum li„neum, caligas ac bacillum. Ægroti ſuſten„tantur ad omnem copiam præparatis cibis. „In hebdomada quarta & ſexta ſabbati jeju„nant excepto tempore Paſchatis & Penteco„ſtes, aliis diebus comedunt poſt meridiem, „& ad cænam menſa ponitur propter laboran„tes, ſenes, pueros & æſtum. Qui ad men„ſam venire non vult, in cella panem tantum, „aquam

„aquam & ſalem accipit. Fratres ejusdem „artis in unam domum ſub uno præpoſito con„gregantur, & per ſingulas hebdomadas ratio„cinia operum ſuorum ad patrem monaſterii „referunt. Omnium monaſteriorum princeps „unum habetur caput, qui habitat in monaſte„rio diebus Paſchæ: ad illum omnes congre„gantur, ut quinquaginta fere hominum mil„lia paſſionis Dominicæ ſimul celebrent feſti„vitatem. In Auguſto peccata omnibus dimit„tuntur, reconcilianturque diſſidentes, & diſpo„nuntur monaſteriorum diſpenſatores, præpo„ſiti, miniſtri, prout neceſſitas poſtulat.

Regula porro S, Pachomii his capitibu conſtat.

1. „Qui rudis in collectam Sanctorum in„greditur, locum ſibi aſſignatum non mutet „donec eum transferat Totioc, ſeu præpoſitus „ad locum ſibi debitum.

2. „Sedebit cum omni decore, pelliculam„que ſuper humerum geret, & inferiori parte „ſubdens natibus, & Levitonario genua ope„riet.

3. „Cum audierit vocem tubæ ad colle„ctam, ſtatim egredietur cellam, meditans „aliquid de Scripturis.

4. „Ambulando damnum monaſterio non „fiat.

5. Nocte dato ſigno otioſus in collecta „non ſedeat, ſed funiculos pro mattis præpa„rabit.

6. „Signo dato ut oratio finiatur, omnes „pariter ſurgent.

„gulorum in[illegible] alterum torquentem fu-
ſtolas [illegible]
Hol[illegible]
an[illegible] [illegible]ntem.
c[illegible] ... pſallendi, orandi vel lectionis
... S. quis aliquid loquatur aut rideat, ſolvat
... & inclinata cervice manibus ad in-
„[illegible] depreſſis ſtabit ante altare, & a prin-
„cipe monaſterii increpabitur. Quod idem fa-
„ciet in conventu cum ad veſcendum conve-
„nerint.

9. „Qui die ad unam orationem tardius „venerit, eodem modo corripietur, & ſtabit „in loco convivii.

10. „Nocte poſt tertiam orationem veniens „eodem modo corripietur.

11. „Nemo ex collecta egredietur ſine juſſu „vel permiſſu majorum.

12. „Nullus dividet juncos ad texendos „funiculos niſi miniſter hebdomadarius.

13. „Omnes juxta ordinem memoriter re„petent ſibi imperata, hæſitans ſeu oblitus cor„ripietur.

14. „In die dominica vel oblationis tempo„re nullus hebdomadarius deerit ſedens in lo„co epiymii, ſeu ſede præcentoris, pſallenti re„ſpondens.

15. „Absque juſſione præpoſiti nullus de „altera domo ad pſallendum veniet.

16. „Una tribus tres vel quatuor domos „habet.

17. „In die dominica absque Præpoſito ne„mo habet pſallendi poteſtatem.

18. „Ab-

18. „Abſens pſallente Præpoſito ante alta„re pœnitebit & increpabitur.

19. „Exiens ex collecta ſtatim increpabi„tur.

20. „Mane finita oratione non intrabun„cellas, ſed conferent inter ſe, quæ audierin„præpoſitos diſputantes.

21. „Hæc diſputatio a præpoſitis per ſin„gulas hebdomades tertio fiet.

22. „Sub qua ſiquis dormierit, ſtatim ſur„gere & ſtare compelletur.

23. „Ad audienda præcepta majorum om„nes convenient.

24. „Hebdomadarius non habet poteſta„tem ſine præcepto principis monaſterii dare „funiculos vel aliud quid.

25. „Unde poſt orationes matutinas inter„rogabit principem de rebus neceſſariis, & di„ſtribuet.

26. „Si mattas operentur juncos conſulto „præpoſito veſpere infundet, & mane diſtri„buet.

27. „Præpoſitus numerabit mattas & fu„niculos ſingulis ſeptimanis factas, & totius in „annua congregatione rationem reddet.

28. „Egreſſi e collecta aliquid meditabun„tur, nulluſque habebit apertum caput medi„tationis tempore.

29. „Cum autem ad veſcendum venerint, „ſedebunt per ordinem & operient capita.

30. „Non

30. „Non audeas ante præpoſitum manum „in menſam extendere, nec circumſpicias alios „veſcentes.

31. „Siquis locutus fuerit, vel riſerit in „veſcendo, ſtabit donec alii ſurgant de veſcendo.

32. „Qui ad commedendum tardius vene„rit, ſimiliter aget pœnitentiam, aut jejunus „ad domum revertetur.

33. „Si aliquid neceſſarium fuerit in men„ſa, nemo audebit loqui, ſed miniſtris ſonitu „ſignificet.

34. „Egreſſus e menſa non loquatur, do„nec ad locum ſuum perveniat.

35. „Miniſtri nil aliud quam communitas „comedant.

36. „Qui pulſat ad menſam pium quid me„ditetur.

37. „Similiter qui fratribus ante fores con„vii diſtribuit tragematia, ſeu dulciamenta;

38. „Quæ in pelle excipiantur & in domo „comedantur.

39. „Diſtribuens autem ſuam partem a „Præpoſito accipiet, & accepta pro triduo ſuf„ficiant, reſiduum vero Præpoſito extrada„tur.

40. „Nemo plus alteri dabit, quam acce„perit.

41. „Miniſtri ægrotantes non ſibi in coqui„na, ſed alii pro neceſſitate cibos præparent.

42. „Nonniſi ægrotus cellam ægrotantium „intret, cui præpoſitus neceſſaria ipſe dabit.

43. „Ne

43. „Nec licebit illi aliquid ex cella ægro„tantium ad ſuam cellam ferre, ne pomum „quidem.

44. „Qui pulmentaria coquunt fratribus „veſcentibus miniſtrabunt.

45. „Vinum & liquamen absque loco ægro„tantium nemo contingat.

46. „Ægrotis liquamen de piſcibus vel alia„rum rerum ſeparatim ad abundantiam dabi„tur.

47. „Ægrotantem absque conceſſione ma„joris nullus audeat viſitare, ne propinquus „quidem.

48. „Negligens hæc increpabitur.

49. „Siquis acceſſerit ad oſtium monaſte„rii, volens ſæculo renuntiare, nuntiabitur „patri monaſterii, & manebit paucis diebus „foris ante januam, & docebitur orationem „Dominicam & Pſalmos quantos poterit edi„ſcere, & experimentum dabit, ne forte mali „quidquam fecerit, & ex timore diſceſſerit, „aut ſub aliqua poteſtate ſit, & utrum poſſit „renuntiare parentibus ſuis, & propriam con„temnere facultatem. Tunc docebitur reliquas „monaſterii diſciplinas, ut inſtructus in om„ni opere bono fratribus copuletur. Tunc „induent eum veſte monachorum tradentque „oſtiario, ut orationis tempore adducat eum „in conſpectum fratrum, ſedebitque in loco „ſibi aſſignato. Veſtimenta autem allata in„ferentur in repoſitorium, & erunt in poteſta„te principis monaſterii.

50. „Ne-

50. „Nemo in monaſterio ſuſcipiendi quem-„quam ad veſcendum habeat poteſtatem, ſed „mittet eum ad Xenodochium, ut ibi ſuſcipia-„tur.

51. „Si Clerici aut monachi ad monaſte-„rium venerint, majori honore ſuſcipiantur, „lavabunt pedes eorum, ad Xenodochium du-„centur, & dabuntur omnia apta uſui mona-„chorum. Si ad collectam tempore orationis „voluerint venire cum licentia Patris mona-„ſterii eo deducentur. Si ſæculares, debiles „& mulierculæ venerint ad oſtium & oran-„dum, ſuſcipientur juxta ordinem ſexus ſui, „& fœminæ in loco a viris ſeparato. Si ad „veſperam venerint, locum clauſum acci-„pient.

52. „Siquis ad oſtium ſteterit, dicens, ſe „velle videre fratrem ſuum vel propinquum, „janitor nuntiabit Patri monaſterii, & cum co-„mite ad fratrem mittetur. Siquid ciborum „in monaſterio permiſſorum attulerit, janitor „illos accipiet, & ad locum ægrotorum defe-„ret, ubi eos cui allati ſunt, ſemel comedere „poterit.

53. „Si fuerit nuntiatum quod de cognatis „aliquis ægrotet, vir probatus in diſciplina „mittetur a Præpoſito cum eo, accepto com-„petenti viatico, ut viſitet ægrotantem.

54. „Si neceſſitas cogat, ut foris maneat, „non veſcatur in paterna domo, ſed manebit „vel in dominico, vel monaſterio ejusdem fi-„dei, & ſi cognati præparaverint cibos non „guſtet, niſi in monaſterio conſuetos, nec vi-

„num

„num bibent, & reſiduum poſt reditum ad cel-„lam languentium deportabunt.

55. „Funus cognati nemo ſine licentia „Præpoſiti proſequetur.

56. „Nullus foras ſine ſocio mittatur.

57. „Quidquid, foras audierint, in monaſte-„rio narrare non præſumant.

58. „Signo dato ad opus manuum Præpo-„ſitus præcedet, omnes eum ſequentur, nec „interrogabunt, quo vadant.

59. „In via ad opus nullus loquetur, ſed „aliquid de Scripturis meditabitur.

60. „Operantes ſilentium obſervabunt.

61. „Nemo palliolum lineum in opere & „monaſterio poſt collectam portabit.

62. „Operans non ſedebit ſine majoris im-„perio.

63. „Ductores fratrum in itinere ſine licen-„tia Præpoſiti neminem alibi mittant.

64. „Miſſi fratres vel foris conſtituti nil „comedant.

65. „Quando revertuntur, nemo remane-„bit.

66. „Omnia ferramenta hebdomada com-„pleta reportabuntur in unam domum.

67. „Veſtes nemo lavet in Dominica.

68. „Sub lotione ſigno dato ſilentium ſer-„vetur.

69. „Cum laverint non retractis immode-„ſte veſtibus omnes pariter revertentur.

70. „Ve-

70. „Veſperi ſicca lebitonaria tollent repo„nenda in cellula.

71. „Si ſicca non fuerint, altera die ſic„cabantur ad ſolem, non tamen ultra horam „tertiam.

72. „Et illa reponantur in cella usque ad „Sabbatum,

73. „Nullus de horto tollat olera, niſi ab „hortulano acceperit.

74. „Palmarum folia pro ſportis nemo ſuo „jure ſine licentia tollat.

75. „Nemo de uvis, pomis &c. ſeparatim „comedat, antequam fratribus pariter dentur.

76. „Coquus ante fratrum refectionem nil „guſtet.

77. „Qui ſuper palmas eſt non comedet de „fructibus earum, niſi prius fratres comede„rint.

78. „Colligentes palmarum fructus in lo„co, paucos a Præpoſito accipient, reliqui om„nes fructus arborum ad diſpenſatorem affe„rentur.

79. „Nullus in cella ſua reponet aliquid ad „veſcendum; quod a diſpenſatore non accepit.

80. „Parvuli panes cum ſale abſtinentibus „a Præpoſitis in cellulis dentur comedendi, & „præter coquum alius non coquat, & foras ad „agros euntes olera ſale acetoque condita ac„cipient.

81. „Nemo in cella ſua aliquid habeat, ex„ceptis his, quæ a Præpoſito dividentur, id „eſt,

„eſt armatura ſua, levitonariis duobus, & uno „attrito (ex uſu, Sabano ſeu lineo longiore, „quod collo humeriſque circumdat, pellicula, „quæ pendet ex latere gallicis & cucullis duo- „bus, zona & bacello.

82. „Nullus ſeparatim habeat mordacem „ſeu forcipem parvulam ſine licentia Præ- „poſiti.

83. „Siquis in alteram domum transfera- „tur, nil præter dicta ſecum transferat.

84. „Nullus exeundi e monaſterio habeat „poteſtatem ſine licentia præpoſiti.

85. „Verba de una domo in aliam non „ſpargantur.

86. „Siquis foris operatus fuerit, non lo- „quatur in monaſterio, quæ ibi geri viderit.

87. „Nemo dormiens ſupponat, niſi redi- „nam ſellulam ſuam, evigilans oret, & ſitiens „non bibat in die jejunii.

88. Præter Pſiathium ſeu mattam ad dor- „miendum nil ſubſternet.

89. „Cellam alterius niſi prius oſtium per- „cuſſerit introire illicitum eſt.

90. „Ad cibum non pergent, niſi ſonitu „vocentur.

91. „Sine cucullo & pellicula nemo ambu- „let in monaſterio, nec pergat ad collectam „aut menſam.

92. „Veſpere ad ungendas manus ſolus ne- „mo eat, totum vero ungere & nudo corpore „ſine caſu infirmitatis non liceat.

93. „Nullus alterum ungat vel lavet ſine „licentia.

94. „Nemo alteri loquatur in tenebris, nec „in eodem pſiathio dormiat, nec manum te„neat, ſed ſemper uno cubito diſtet ab altero.

95. „Spinam de pede nemo niſi juſſus a „Præpoſito evellat.

96. „Nullus tondeat caput ſine majoris ar„bitrio.

97. „Mutare accepta a Præpoſito cum al„tero non licet.

98. „Omnes pelles ligatæ pendebunt ex „humeris.

99. „Cuculli ſingulorum habebunt & mo„naſterii ſigna & domus.

100. „Nemo vadens ad collectam vel men„ſam dimittat codicem non ligatum.

101. „Item non habeat gallículas in pedi„bus.

102. „Relinquens veſtimentum ſuum ul„tra meridiem in ſole corripietur.

103. „Contemnens hæc ſtatuta corripie„tur.

104. Gallicas & alia reficienda ſolus dele„gatus a præpoſito junget & componet.

105. „Si frater læſus lecto tamen decum„bet veſtimenta & alia pro ſanitate utilia, ex „veſtiario accipiet, & ſanus factus reſtituet.

106. „Nemo ab altero quidquam ſine li„centia Præpoſiti accipiat.

107.

107. „Clauſa cella nullus dormiat, nec habebit cubiculum, quod claudi poſſit ſine licentia.

108. „In villam nemo vadat niſi miſſus.

109. Sub nudum dorſum aſini duo pariter non ſedebunt, nec ſuper tegmine plauſtri.

110. Si aſino ſedens venerit aliquis, deſiliet ante fores monaſterii.

111. „Ad tabernas artium ſoli pergent præpoſiti, neceſſaria accipientes.

112. „Qui etiam ſine neceſſitate ante meridiem eo non ibunt.

113. „Commendatum etiam a germano nemo accipiet.

114. „Nihil in cella ſua ſine licentia quis condet.

115. „Si præpoſitus domus profectus fuerit, alius præpoſitus ejusdem tribus dux erit.

116. „Quando panes præparant in piſtrino, non loquentur, ſed pia meditabuntur.

117. „Et nullus otioſus ſedebit in illo.

118. „In navibus ſimilis diſciplina erit.

119. „Et nemo ibi cum ſæcularibus dormiet.

120. „Nullus in domo ſua focum faciet, niſi in communi pro omnibus ſuccendatur.

121. „Qui ad primam orationem veſpertinam ſero venerit, vel ſub oratione muſſitaverit, riſerit, vel locutus fuerit, ſtatuto ordine pœnitentiam aget.

122. „Diſcurſus ſæculares domi prohi-„bentur.

123. „Nemo aliquid operis ſine licentia fa-„ciet.

124. „Nec juncos aqua infuſos tollet.

125. „Qui vas fictile fregerit, veſpere in „ſex orationibus pœnitentiam aget.

126. „Quando ad dormiendum omnes ſe-„parantur, nullus ſine neceſſitate cubiculum „egrediatur.

127. „Si frater dormierit, omnis eum fra-„ternitas proſequatur.

128. „Duo ſimul tempore luctus non pſal-„lant, ſed tantum jungentur voce conſona.

129. „Fratres ad quemcunque locum miſſi „ſecum habebunt miniſtrum ægrotorum.

130. „Nemo ante Præpoſitum ſuum am-„bulet.

131. „Siquis aliquid perdiderit, ante alta-„re corripietur.

132. „Qui aliquid invenerit per tres dies „ante collectam ſuſpendet, ut tollat, qui cog-„noverit.

133. „Correptio ſtatuta a Præpoſito fiat, „ſi novi quid emerſerit, referet ad principem „monaſterii.

134. „Totum in eo absque illo nullus fa-„ciet.

135. „Correptio ita fiat, ut diſcincti ſint, „qui corripiuntur, ſtentque in majori collecta, „& veſcendi loco.

136.

136. „Qui ſine commonitione fratrum diſceſſerit, & poſtea acta pœnitentia venerit, non erit in ordine ſuo ſine majoris imperio.

137. „Præpoſitus & diſpenſator ſi absque fratribus dormierint, acta pœnitentia ſine licentia majoris non occupent locum ſuum.

138. „Spirituales conferentias fratres inter ſe repetant.

139. „Rudis ad monaſterium veniens docebitur primo obſervantias monaſterii, deinde viginti Pſalmos, & duas Apoſtoli epiſtolas, quas hora prima tertia & ſexta ab aliquo diſcet.

140. „Poſtea ſcribentur ei elementa & nomina, quæ legere addiſcet, nullusque erit in monaſterio, qui non ſciat litteras, & aliquid de ſcripturis.

141. A collecta & pſallendo nemo excuſetur.

142. Et etiam in itinere pſallendi tempora non prætermittat.

143. „Eccleſiæ miniſtri congregent fratres orationis tempore.

144. „Si codicem poſtulaverint, deferant eis.

145. „Siquis veſpere opus alio die faciendum non acceperit, mane accipiet.

146. „Si opus in manibus ſuis deficiat, majoris ſententiam ſequatur.

147. „Miniſter ſtudeat, nequid operis in monaſterio pereat, alias increpabitur.

148. „Veſtimentum ad ſolem expandens „increpabitur.

149. „Tollens rem non ſuam publice pœ- „nitebit portans eam in humeris in collecta & „menſa.

150. „Contradicens majori increpabitur.

151. „Mentiens, odio habens aliquem, in- „obediens, jocoſus, otioſus, detractor punietur.

152. „Præpoſitus increpabitur, ſi patri non „indicaverit quid perierit, vel ſiquis fugerit.

153. „Quo caſu tribus diebus publice pœ- „nitebit.

154. „Et ſi peccatum in domo ſua com- „miſſum non nuntiaverit, increpationi ipſe ſub- „jacebit.

155. „Veſpere ſex orationes & pſalmos di- „cent.

156. „Singulis ſeptimanis duas catecheſes „Præpoſitus habebit.

157. „Sine cujus juſſu nil fiat.

158. „Fratres Præpoſitum in officio ſuo „negligentem ad patrem monaſterii deferent „increpandum.

159. „Præpoſitus ebrietatem, ſuperbiam & „alia vitia devitet, & omnibus virtutibus ef- „fulgeat.

160. „Detractor ſeptem diebus extra con- „ventum cum pane & aqua ejicietur.

161. „Iracundus poſt ſex monitiones ex or- „dine ſuo inter ultimos collocabitur uſque ad „emendationem.

162. „Falſum contra alium probans ter ad„monitus reus erit iniquitatis.

163. „Fratres ſollicitans vel pervertens ter„tio monitus ſeparabitur a monaſterio, verbe„rabitur ante fores, & accipiet panem & aquam „usque ad emendationem.

164. „Murmurator quinquies correctus po„netur in loco infirmorum, ibique aletur otio„ſus donec redeat ad veritatem.

165. „Inobediens, contentioſus aut men„dax decies monitus lege monaſterii increpa„bitur.

166. „Ludens cum pueris ter monitus ſe„veriſſime corripietur.

167. „Contemnens præcepta & conſilia ma„jorum & ſeniorum corripietur.

168. „Judex peccatorum a veritate aber„rans a viginti, ſive decem usque ad viros „quinque judicatus retrogradabitur usque ad „ultimum gradum donec corrigatur.

169. „Jurgia inter fratres ſeminans decies „admonitus ordine monaſterii corripietur.

170. „Per negligentiam injuſte contriſtans „fratrem Præpoſitus retrogradabitur de ſo„lio ſuo.

171. „Qui promiſit obſervare regulas mo„naſterii, easque dimittens, poſtea reverſus „pœnitens infirmitatem corporis obtendens, in„ter languentes erit, & inter otioſos paſcetur.

172. „Pueri otio dediti per dies 30 correpti „& non emendati ad patrem monaſterii defe„rantur.

173. „Pueri verbis correpti & non emen„dati verberentur usque ad emendationem.

174. „Injuſte judicans juſte ab aliis dam„netur.

175. „Seducens alium ut a domo recedat, „monaſterii regulis emendabitur.

176. „Conſentiens peccanti vel eum de„fendens ſeveriſſime corripietur.

177. „Præpoſitus domus & ſecundus 25 „orgyas de palmarum foliis texat.

178. „Antequam ad collectam vocentur „nullus cellam exeat.

179. „Moderatus labor fratribus impona„tur.

180. Siquid peccatum fuerit, patres mo„naſteriorum emendare poterunt, & ſtatuere „quod ſequi debeant.

181. „Præpoſitus autem tantum in colle„cta fratres pœnitentiæ ſubjicere poteſt.

182. „Abſente Præpoſito ſecundus ejus lo„cum obtinet.

183. „Nullus ab alterius domus fratre co„dicem mutuum accipiat.

184. „Qui vult ſine macula in domo ſua „eſſe, omnia præcepta coram Deo obſervet.

185. „Officium Præpoſiti ſecundus ſup„pleat.

186. „Sex orationes veſpertinæ fiant.

187. „Qui de foris æſtu laborans venit, ad „orationem fratrum ire non cogatur.

188.

188. „Dum Præpoſitus fratres de ſancta ‚vita docet, nullus ſine neceſſitate aberit.

189. Majores qui cum fratribus foras mit‚tuntur, jus Præpoſitorum habebunt.

190. „Qui animo uno eſſe cupiunt, quod ‚ex conſiliis proceſſerit patrum, id faciant.

191. „Veſtes ſuperfluæ ad cuſtodem defe‚rantur.

192. „Controverſias inter Præpoſitum & ‚fratres patre monaſterii abſente probatæ fidei ‚fratres judicabunt.

193. „Nemo ad puellas viſitandas vadat.

194. „Quicunque de his mandatis aliquid ‚præterierit, negligentiæ & contemtus aget ‚pœnitentiam ut poſſidere valeamus regna cœ‚lorum.

MONITA S. PACHOMII.

‚Honora Deum & valebis. Efficiamur una„nimes permanentes in quo vocati ſu‚mus, ut hanc quam arripuimus vitam & cur‚ſum inſtitutionis noſtræ Deo placitum pefice‚re mereamur, nec in peccatum corruamus, ‚& ſpe æterna fraudemur: omnium enim ma‚lorum pejus eſt, legi Dei reſiſtere, & ac‚quieſcere propriæ voluntati. Odiamus ergo ‚mundum, & omnia, quæ in eo ſunt: odia‚mus etiam omnem requiem corporalem: Ab‚renuntiemus huic vitæ, ut Deo vivere valea‚mus. Memores ſimus profeſſionis noſtræ, ‚quemadmodum Deo polliciti ſumus deſervi‚re, hoc ipſum enim exquiretur a nobis in die *Monita S. Pachomii.*

„judicii. Eſuriamus, ſitiamus, nuditatem per„feramus, vigilemus, & in pſalmis & orationi„bus lachrymas effundamus, nosmetipſos tan„ta diſcuſſione probantes, ſi vel in aliquo „digni Deo pro ejus immenſa clementia inveni„ri mereamur. Tribulationis anguſtiam non „refugiamus, ut conſolationis Dominicæ re„quiem conſequamur, & immortalis vitæ re„quiem percipere mereamur.

S. PACHOMII ABBATIS
EPISTOLÆ ET VERBA MYSTICA.

[Epiſt. Myſt. S. Pachom.] *Nota.* Sanctus Hieronymus præf. in reg. S. Pachom. obſervat „ajunt autem Thebæi, quod Pachomio Cornelioque & Syro, „qui usque hodie ultra 110 annos vivere dici„tur, Angelus linguæ myſticæ ſcientiam de„derit, ut ſcriberent ſibi & loquerentur per „Alphabetum ſpeciale ſignis quibusdam & „ſymbolis abſconditos ſenſus involvens: quas „nos Epiſtolas ita, ut apud Ægyptios Græcos„que leguntur, in noſtram linguam vertimus, „eadem ut reperimus elementa ponentes, & „quia ſimplicitatem Ægyptii ſermonis ſecuti „ſumus, interpretationis fides eſt, ne viros „Apoſtolicos ſpiritalis ſermo Rhetoricus im„mutaret.„ S. Hieronymum ſecutus eſt Gen„nadius *de vir. illuſt. cap.* 7. de S. Pachomio narrans: „Ad collegas Præpoſituræ ſuæ Epi„ſtolas dedit in quibus Alphabetum myſti„cis tectum Sacramentis velut humanæ con„ſuetu-

etudinis excedens intelligentiam clauſit.„
s epiſtolas numero duodecim refert Gallan-
s in *ſua Bibl. P. P.* qui etiam notat ex
iſt. quod ænigmaticæ formulæ loquendi
his epiſtolis, ubi claſſes monachorum de-
iantur per litteras alphabeti &c. fuſe de-
rentur ab Athanaſio Kirchero S. J. in *ſup-
nento Prodromi & Lexici copt. cap.* 1. *p.* 503.
iſtolæ igitur dictæ cum omnino obſcuræ &
ſticæ ſint, excepta quinta, & ſeptima in
bus monaſteriorum principes & Præpoſiti
monaſterium Baum pro congregatione ge-
ali convocantur, apud citatum Gallandium
eri poſſunt: ſicuti etiam Præcepta ejusdem
Pachomii *ex cod. mſc. Florentino* interprete
niele Cardano S. J. ab eodem Gallandio al-
a, in quibus tamen nihil fere occurrit,
im quod in Regula S. Pachomii jam alla-
a fuit.

SAN-

SANCTI ATHANASII
EPISCOPI ALEXANDRINI
OPERA.

§. I.

De Vita & Scriptis S. Athanaſii.

Sanctus Athanaſius Alexandriæ circa annum 296 natus, adhuc puer cæremonias Eccleſiæ in luſu imitando ſodales ſuos baptizaſſe, & Alexandrum Epiſcopum re rite examinata hunc baptismum approbaſſe a Ruffino dicitur, quæ tamen hiſtoria a Dupino & aliis doctis criticis inter fabulas merito reputatur. S. Gregorius Nazianzenus in *Panegyr. S. Ath.* affirmat, eum poſt exiguum ſtudium profanarum ſcientiarum, animum ad ſtudium S. Scripturæ applicaſſe: quare S. Alexander eum in numerum Diaconorum ordinavit, & ſecum ad Concilium Nicænum aſſumpſit, ubi Arii hæreſin impugnans lethale Arianorum odium incurrit, & domum reverſus mortuo Alexandro in Epiſcopatu Alexandrino invitus & reluctans an. 326 ſuffectus fuit. Anno 334 ad Synodum Cæſareenſem ab Imperatore Conſtantino citatus & falſo de cæde Arſenii Epiſcopi Hipſelenſis accuſatus non comparens anno ſequenti ob falſa crimina ſibi affiĉta in conciliabulo Tyrienſi depoſitus, apud Conſtantinum opem petens, ſed ab Arianis iterum falſo inſimulatus, quod

quod frumenta ex Ægypto Conſtantinopolim avehi nollet, ab Imperatore Trevirim in exilium relegatus fuit, a quo poſt annum & ſex menſes a Conſtantino juniore revocatus in ſedem ſuam reſtitutus fuit, ex qua tamen denuo ex decreto Concilii Antiocheni anno 341 ejectus & Gregorius Cappadox in ejus ſedem ab Arianis intruſus eſt, verum juſſu Julii Romani Pontificis & Synodi Romanæ anno 347 abſolutus & decreto Synodi Sardicenſis reſtitutus fuit, rurſus autem a Synodo Arelatenſi anno 353 & Mediolanenſi anno 355 expulſus, ſub Iuliano Apoſtata reverſus, ſed anno 362 denuo ejectus, & a Joviano Imperatore revocatus, & a Valente Imperatore novas calamitates perpeſſus demum circa anno 372 migravit in cœlum, poſtquam Alexandrinam Eccleſiam 46 annis ſanctiſſime gubernaſſet. Scripta S. Athanaſii quæ inter alios S. Baſilius *ep.* 48 ſumme deprædicat, primo edita fuerunt Vicentiæ a Celſano an. 1482. Novam editionem latinam adornavit Nannius Profeſſor Lovanienſis anno 1558 & 1664 Baſileæ impreſſam. Prima Græca horum operum editio eſt Commelinlana an. 1600 Heidelbergæ. Optima editio eſt Pariſienſis an. 1698 in 3. tom. in fol. quam D. Jacobus Lopinus Benedict. Congreg. S. Mauri incepit, & D. Montfaucon abſolvit; in primo & ſecundo tomo opera S. Athanaſii genuina: in tertio dubia & ſuppoſititia continentur. Opera S. Athanaſii genuina ſunt ſequentia. 1. Oratio contra gentes. 2. Oratio de humana natura a verbo aſſumpta, & de ejus per corpus ad nos adventu: ſive de Incar-

carnatione. 3. Expoſitio fidei. 4. In illa verba: omnia tradita mihi ſunt a Patre meo. 5. Encyclica ad Epiſcopos epiſtola. 6. Apologia contra Arianos. 7. Epiſtola de Nicænis decretis. 8. Epiſtola de ſententia Dionyſii. 9. Epiſtola ad Dracontium. 10. Epiſtola ad Epiſcopos Ægypti & Lybiæ. 11. Apologia ad Imperatorem Conſtantium. 12. Apologia de fuga ſua. 13. Epiſtola ad Serapionem de morte Arii. 14. Epiſtola ad Monachos. 15. Hiſtoria Arianorum ad Monachos. 16. Condemnatio Arii. 17. Epiſtola Synodalis Alexandri Epiſc. Alex. 18. Orationes quatuor contra Arianos. 19. Quatuor Epiſtolæ ad Serapionem. 20. Epiſtola de Synodis Arimini & Seleuciæ. 21. Epiſtola ad Antiochenos. 22. Epiſtola Joviani ad Athanaſium. 23. Epiſtola Athanaſii ad Jovianum. 24. Petitiones ad Jovianum Imperat. 25. Vita S. Antonii. 26. Epiſtola ad Orſiſium. 27. Narratio Athanaſii ad Ammonium. 28. Liber de Incarnatione Dei & contra Arianos. 29. Epiſtola ad Afros. 30. Epiſtola ad Epictetum. 31. Epiſtola ad Adelphium. 32. Epiſtola ad Maximum Philoſophum. 33. Libri duo contra Apollinarium. 34. Epiſtola ad Joannem & Antiochum. 35. Epiſtola ad Palladium. 36. Epiſtola ad Amunem. 37. Ex epiſtola Heortaſtica ſeu Feſtali. 38. Epiſtola ad Rufinianum. 39. Epiſtolæ duæ ad Luciferum. 40. Epiſtola ad Monachos. 41. Fragmenta epiſtolæ filiis ſuis. 42. Liber de Trinitate & ſpiritu ſancto. 43. Epiſtola ad Marcellinum. 44. Expoſitiones in Pſalmos. 45. Excerpta commen-

entarii in Job. 46. Fragmenta commenta- in cantica. 47. Fragmenta commentarii Matthæum. 48. in Lucam. 49. in epiſto- m ad Hebræos. 50. Fragmenta ex pano- ia Euthymii. 51. Interpretatio in ſymbo- m. 52. Fragmentum aliud. 53. Fragmen- a Felkmanno collecta. 54. De novem inſa- bilibus morbis Herodis. 55. De falſis Pro- ıetis. 56. In illud: qui reſpicit mulierem &c. ,. In illud: laudate Dominum de terra &c. ;. Fragmentum ex ſermone contra omnes ereſes. 59. Fragmentum in illud: Si ocu- s tuus ſcandalizat te &c. 60. Fragmentum ræce ex epiſtola ad Eupſychium. 61. Ex iiſtola ad Epiphanium. 62. Epiſtolæ ad An- ochenos. 63. Ex Facundo Hermianenſi. 64. piſtolæ ad Diodorum Tarſenſem. 65. Frag- enta ex Concilio Hiſpalenſi. Opera dubia el ſuppoſititia S. Athanaſii ſunt 1. Symbolum uicunque &c. quod modo Sæculo VI. com- latum eſſe videtur. 2. Tractatus de uno Je- Chriſto. 3. Refutatio hypocriſis Meletii. Liber de virginitate. 5. Vita S. Syncletici. Epiſtola Liberii ad Athanaſium. 7. Nar- ıtio de paſſione imaginis Chriſti Beryti, & onnulla alia S. Athanaſio ſuppoſita, quæ upinus in ſua Bibliotheca examinat.

S. ATHA-

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI ORATIO CONTRA GENTES SEU IDOLA.

§. I.

Argumentum.

In hoc libro S. Athanaſius impugnat idololatriam, quam dicit originem ſuam ducere a corruptione cordis humani & propenſione in peccatum, cui tamen voluntas libera poteſt reſiſtere, unde immerito duo principia bonum & malum ab hæreticis ſtatuuntur, & diverſæ idololatriæ ſpecies refelluntur, & unius veri Dei exiſtentia ex nobis ipſis & pulchritudine univerſi a verbo creati demonſtratur. Hæc oratio non ſolum in omnibus antiquis MSS. codicibus, ſed etiam a Synodo Conſtantinopolitana an. 754 S. Athanaſio adſcribitur, & circa annum 318, vel juxta Basnagium *Annal. tom.* 3. anno 330 ab eo ſcripta eſſe dicitur.

§. II.

ANALYSIS.

Idololatriæ origo corruptio cordis.

Sanctus Athanaſius idololatriam impugnaturus ejus originem prius inquirit, eamque a corruptione & proclivitate cordis humani in malum derivat & ait: „Principio quidem malitia non fuit: mundi enim opifex Deus utpote bonus per ſuum Verbum Salvatorem noſtrum

„ſtrum' Jeſum Chriſtum humanum genus ad „ſuam ipſius imaginem effinxit, tribuens ei „ſuæ æternitatis intellectum & cognitionem, „ut dum hanc ſimilitudinem naturæ tueretur, „numquam neque a cognitione Dei abſiſteret, „neque a convictu Sanctorum deſiliret, ſed „poſſidens donatoris ſui gratiam Deo familia„ris eſſet, vivens innoxiam beatamque hoc eſt „immortalem vitam: Atque in hoc ſtatu rerum „opifex conditum genus humanum permanere „voluit, ſed ipſi neglectu meliorum ab intelli„gibilibus animum ſevocarunt, corporeosque „ſenſus amplexi ſui contemplationem divinita„tis contemplationi præpoſuerunt. Hic autem „diutius commorati animam quidem ſuam „corporalibus voluptatibus turbidam omni „concupiſcentia obruerunt, & tandem factum „eſt, ut prorſus ſint obliti ſuarum virium, quas „ab initio a Deo acceperant. Ubi igitur de„fecit a rerum intelligibilium conſideratione „mens, viribus corporis ſui abutens, gaudens„que rerum corporalium ſpectaculo, & per er„rorem exiſtimans, voluptatem ſibi bonam eſſe, „ipſam verum bonum eſſe cenſet, quam dein„de variis modis exercere inſtituit.

2. „Nam cum homo mobilis naturæ ſit, „movetur, ſed non ſecundum veritatem, ne„que Deum ſpectat, ſed res nihili, quas veras „arbitrata eſſentias viribus ſuis ad falſas vo„luptates abutitur, ideo quod libera ſit & ſui „arbitrii, & ſentit ſe in utramque partem, cor„poreis membris uti poſſe, tum ad ea, quæ „ſunt, ſive bona, quæ a Deo exemplar tra- *Homo liberum arbitrium habet.*

„hunt, tum ad ea quæ non ſunt, ſive mala, „quæ hominum commentis effiƈta ſunt.

Duo principia malum & bonum non dantur.

3. „Proinde perperam ethnicorum quidam „ſubſtantiam eſſe & per ſe in rerum natura con„ſiſtere malitiam pronuntiarunt, duplici ratio„ne a vero devii, vel quia mundi opificem de„fraudant creatione rerum omnium, quæ in „natura ſunt, non enim rerum Dominus ha„beri poſſet, ſi malitia vera eſſentia ſubſiſteret: „vel ſi illum omnium conditorem volunt, ne„ceſſario quoque dabunt, etiam mali utpote „rei creatæ conditorem eſſe. Hæretici vero „& ipſi quoque per delirium veram eſſentiam „malitiæ attribuunt, commenti præter verum „Chriſti Patrem alium eſſe Deum, eumque in„genitum mali conditorem, & naturæ opifi„cem eſſe. Hos quidem aliquis facile refuta„rit, tum ex ſcripturis, tum ex cogitatu men„tis humanæ. Dominus enim & Servator no„ſter Jeſus Chriſtus in ſuis Evangeliis ait, Do„minum ac Deum unum eſſe. Quodſi unus „Deus eſt, qui fieri poteſt, ut alius ſit præ„ter ipſum. Ubi erit illorum Deus, cum om„nia unus & verus Deus adimpleat, quæ cœli „terræque ambitu comprehenduntur? Aut „quanam ratione alius ſit conditor earum re„rum, quarum ipſe Deus & Pater Chriſti con„ditor eſt? niſi ſcilicet ut in æquilibrio malum „Deum invicem quoque boni Dei dominum „eſſe poſſe affirment. Sed hoc modo in quan„tam impietatem prolabuntur? inter illos „enim, qui pares ſunt viribus potentiorem „non invenies: Hinc ſi concedas, ut nolente

„alte-

ero, alter tamen eſſe & exiſtere poſſet,
ua in ambobus poteſtas & imbecillitas
rit: par quidem in eo poteſtas, quod alter
erius voluntatem vincat eo ipſo, quod al-
o invito eſſe poſſit: par item imbecillitas
borum in hoc eſt, quod nolentibus ipſis,
quæ nolint, eveniant: Eſt enim bonus,
eter voluntatem mali, & malus præter
luntatem boni. Præterea ſi res viſibiles
era mali ſunt, quænam ſunt opera boni?
il enim aliud apparet, præterquam iſta re-
m natura ab opifice condita. Aut quod-
m erit indicium, unde intelligatur bonus
e eſſe, non exiſtentibus ullis operibus, per
æ agnoſcatur. Deinde duo contrarii ſimul
e qui poterint? aut quod eorum interſti-
m, ut a ſe invicem dirimantur? certum
im eſt, eos ſimul eſſe non poſſe, eo quod
tua pernicie in ſe invicem ferantur; quin
c alter in altero conſiſtere poteſt, ob imper-
xtilem diſſimilemque naturam: Ergo ter-
m quiddam erit, quod ipſos dirimat, &
c ipſum quoque Deus, ſed cujus naturæ hic
tius fuerit, bonæne an malæ, in incerto
t, nam utriusque naturæ eſſe non poterit.

4. „Nullum igitur malum nec a Deo, nec *Variæ*
Deo, nec ab initio extitit, neque ulla eſt *idololatriæ*
s ſubſtantia, ſed homines per privationem *ſpecies.*
gitandi boni ſibi illud, quod malum eſt,
mminiſci inceperunt, effinxeruntque pro li-
line ea, quæ non erant. Atque ab hac
alitia idolorum commentum ſuam originem
xit: nam cum ſpeculum, quod in mente

„eſt, ſinuoſis corporalium involucris obduci-
„tur, omni carnali concupiſcentia ſcatens,
„Deum, cujus in animo oblivionem concepit,
„ex rebus corporeis ſibi confingit, iisque quæ
„viſibilia ſunt, numinum appellationem conſe-
„crat. Non autem ſimplicem ſtolidi homines
„tenuerunt idololatriam, ſed novas ſibi magis ac
„magis ſuperſtitiones repererunt. Nuper enim
„cum reſiliiſſet a Deo mens humana, primum
„cœlo, ſoli, lunæ, reliquisque ſtellis divinos
„honores conſecraverunt, eos non ſolum nu-
„mina, ſed aliarum quoque rerum authores
„fuiſſe arbitrati, mox adhuc magis humi ſub-
„ſidentes æthera & aerem, eaque quœ in aere
„ſunt, deos appellaverunt. Profecti vero ul-
„terius in malis, jam & elementa pro numi-
„nibus celebraverunt. Præterea ubi ſemel
„ceciderant a concipienda imagine Dei, homi-
„nes deinde & hominum formas tum viven-
„tium tum defunctorum in deos retulerunt:
„Poſtmodum vero in lapides etiam & ligna,
„reptilia tum aquatici generis, tum terreſtris,
„& in brutas ferasque belluas divinum nomen
„transtulerunt. Quin etiam tantopere mente
„prolapſi ſunt, ut quæ nequaquam ulla ratio-
„ne eſſe poterant, numina fecerint, quippe qui
„bruta rationaliaque animalia invicem permi-
„ſcentes pro diis colant; quales ſunt apud
„Ægyptios Canicipites &c. & in Lybia Juppi-
„ter Ammon vervecino capite configuratus.
„Alii vero partes corporis, aut caput, aut hu-
„meros inter deos extulerunt. Alii adhuc ma-
„gis ſcelerati ex vitiis ſuis occaſione ſumpta
„libidinem & cupidinem indigitantes adorave-

„runt,

„runt, qualis eſt apud eos Amor & in Papho „Venus. Alii rurſus, ut ſeſe malis vendita„rent, & gratificarentur, auſi ſunt ſuos prin„cipes, & eorum liberos inter numina refer„re, aut per reverentiam regum, aut per me„tum tyrannorum, uti in Creta Juppiter, in „Arcadia Mercurius, apud Indos Dionyſius, „apud Ægyptios, Iſis, Oſyris & Horus. & „hoc tempore Antinous Adriani Imperatoris „Amaſius. Deinde etiam non ita pridem Ro„manus Senatus ſuos ab origine Imperatores „aut omnes, aut ſaltem eos, quos ipſis libi„tum eſt, Senatus conſultis deos eſſe jubet. „Atqui deceret, iſtos deorum conditores ipſos „potiſſimum deos eſſe, id enim, quod facit, „eo, quod conficitur, præſtantius eſſe debet. „Atque utinam inter mares ſtudium iſtud ve„cors idololatriæ conſtitiſſet, neque fœminis „detuliſſent divinum nomen, quales ſunt Iſis, „Venus, Proſerpina. Tyrannorum quoque „imperio ſculptilia venerationem adepta ſunt, „quibus enim ante oculos non poterant, ho„nores exhibere, eorum ſpeciem imaginibus „expreſſerunt, ut eis tamquam præſentibus „adularentur, cumque artifex ſimulacrum pul„cherrime elaboraret, vulgus allectum venu„ſtate opificii hominem, qui non ita pridem „coli cæpit, pro deo habuit.

5. „Cum igitur tali initio idolorum fig„menta inter homines prodierint, tempeſtivum „mihi videtur, ut ea vanitatis falſoque uſur„pati divini nominis revincamus non tam ali„unde petitis argumentis, quam ex illis ipſis, *Deorum crimina & defectus.*

„quæ ipſi de ſuis numinibus opinabantur. Si- „quis enim eorum acta, quos ipſi deos prædi- „cant, in unum colligat, inveniet eos non ſo- „lum mortales, ſed mortalium omnium teter- „rimos fuiſſe, ut in Jovis amoribus libidinibus- „que apud Poetas videre licet. Quis rurſus „conſpicatus deorum inter ſe irreconciliabile „certamen idque Græcorum & Trojanorum „gratia, non eos condemnet imbecillitatis, dum „mutua etiam æmulatione homines in ſe irri- „tant? Quis item videns Martem a Diomede, „Junonem ab Hercule vulnerari, Vulcanum ex „præcipitatu claudicantem, non vituperarit ta- „lem conditionem naturæ, exhorrueritque eos „numina appellare; aut non potius vulnerato- „res eorum admiretur? aut quis recognoſcens „Martis adulterium non deteſtetur deorum ne- „quitiam, cum res ipſa ex ſe odium ultro ha- „beat, erroresque hujus ſuperſtitionis pro- „dat.

Simulacra irrationabiliter adorantur.

6. „Deinde qualis veſania eſt, fateri rem „flagitioſam eſſe, ſtuprare pueros, famoſos ta- „men iſtiusmodi fœditate altaribus colere, & „interdicta legibus citra pudorem ſuis numini- „bus aſcribere, ſupplicesque ante ligna pro- „cumbere, nec videre interim, res ſimiles ſe- „ſe pedibus calcare, & pro fomentis ignium „uſurpare: quamdiu enim impolitus eſt, tam- „diu res ejusmodi pedibus calcant, & ad vi- „liſſima abutuntur, ceterum ubi artifex eum „in ſpeciem viri vel mulieris effiguraverit pro „numinibus adorant, quos pretio a ſculptore „redemerunt, cum æquius erat, ipſum artifi- „cem

„cem ab iis adorari, cum prior ſit diis a ſe fa-
„brefactis. Qui quæſo eorum non miſerearis,
„quod ipſi viſu præditi, ea quæ non vident &
„inanimata ſunt, ut deos ſalutent, & quos
„ſub ſua poteſtate habent, iis veluti dominis
„inſerviant.

7. „Utinam autem falſorum deorum præ-
„cones Poetæ ſcilicet & hiſtoriographi ſimpli-
„citer eos deos eſſe in ſcripta retuliſſent ſine
„illorum actis turpiſſimis, potuiſſent enim vul-
„gus melius ea fide rerum ſeducere. Verum
„hic fortaſſe ſuperſtitioſi ad indolem morem-
„que Poetarum defugient, qui ea, quæ non
„ſunt effingunt, mentiunturque ad voluptatem
„audientium. At iſtiusmodi cauſificatio ma-
„xime omnium vana demonſtratur: ſi enim
„quæ ſcribunt, poetæ, figmenta ſunt, falſa
„quoque fuerint nomina Jovis cæterorumque
„deorum, nec exiſtit ullus prorſus Juppiter,
„Mars, & qui fit, ut eos tamquam revera ſint,
„adorent? An hic forſitan replicabunt, non
„nomina iſta falſa eſſe, ſed facta, quæ poetæ
„falſo addiderunt: Verum ſi in factis menda-
„ces ſunt, in nominibus quoque eorum men-
„daces fuerint. Quin & hoc aliquis eorum di-
„xerit, Poetas de deorum ſalacitatibus falſa
„ſcribere, in laudibus tamen eorum, uti Jo-
„vem eſſe patrem deorum, nihil confingere,
„ſed veraces eſſe. Verum cum facta illa illos
„homines fuiſſe coarguant, laudes vero huma-
„nam naturam tranſcendant, utrumque iſto-
„rum inter ſe cum altero diſcrepat, non enim
„proprium eſt cælicolis, talia facere, neque

Poetarum fabulæ de diis non ſunt omnino falſæ.

„eos, qui talia faciunt cælicolas eſſe ſuſpicari „poteris. Quid igitur inde colligas, niſi lau„des vanas & aſſentatorias eſſe, facta vero ex „fide eſſe pronuntiata. Ego certe arbitror a „nolentibus poetis vitia deorum prolata eſſe, „quia enim Dei incommunicabilem appellatio„nem & honorem iis qui non dii ſed homines „ſunt attribuerunt, ita veritas ab iis expreſſit, „ut vel nolentes putatitiorum deorum flagitia „exponerent, quo omnibus poſteris conſtaret, „non eſſe eos deos, de quibus talia ſcripto pro„derentur.

[I]nvento[r]es ar[ti]um dii [n]on ſunt.

8. „Sed fortaſſis eo ſe recipient ſuperſti„tioſi, ut magnifice jactent inventa iſtorum, qui„bus humanæ neceſſitati multum utilitatis con„tulerunt, ideoque eos deos habitos, quod uti„les fuiſſent: Jovem enim fama eſt, plaſticen „inveniſſe, Cererem agriculturam &c. Recte: ſed „has artes non iſtis ſolis ut autoribus ſed com„muni hominum naturæ acceptas ferri opor„tuit, ſiquidem eas artes, dum fixis oculis „naturam intuentur, deprehenderunt, nam ar„tem eſſe imitationem naturæ vel vulgus de„prædicat. Quodſi ob inventa artium operæ „pretium eſt, eos deos nuncupari, reſtat, ut „item aliarum artium inventores dii nuncu„pentur: litteras enim invenerunt Phænices, „Poeſin heroicam Homerus, alii item alia vi„tæ utilia prodiderunt.

[S]imula[c]ra ora[c]ula non

9. „Porro quod ad ſimulacra attinet, eth„nicorum Philoſophi non infitias eunt, eas „deorum ſpecies hominum brutorum ſimula-

„cra

„cra eſſe, ſed ideo id in uſu haberi dicunt, ut *promo-*
„dii ſub iſtis imaginibus oracula promant, & *vent.*
„ſeſe oſtendant, alioquin enim qui inviſibilis „eſt, cognoſci non poteſt. Alii autem ajunt, „iſta effigiata eſſe ad evocationem angelorum „aliarumque poteſtatum conciliandam, ut cum „apparuerint numinis notitiam mortales do„ceant, & iſtiusmodi ſimulacra pro elementis „litterarum humano generi eſſe, quæ dum „legunt, Dei notitiam condiſcere poſſunt. Ve„rum quonam modo Deus per ſimulacra vel „cognoſcatur vel reſpondeat? an per mate„riam ſtatuæ an per figuram? ſi per materiam, „quis uſus eſt figuræ? & cur ante figuram „non in omni materia ſe repræſentavit? ſi au„tem forma in cauſa eſt, ut numen illic præ„ſto ſit, quis uſus materiæ? & cur non po„tius per vera animantia, ad quorum ſpeciem „ſculptilia efformata ſunt, præſentia numinis „ſentiatur? mira certe impietas ipſorum, qui „nativa animantia exhorreant vel ob ferita„tem, vel ob fæditatem, & eorum ſpecies in „lapidibus deos eſſe volunt. Sed fortaſſe ope„ris tantum artificium Deum ad ſe elicit: Sed „ſi ob artem ſculptile opus Deus ſua præſen„tia frequentat, quid opus eſt materia, cum „ars in hominibus ſedem habeat, & par erat, „homines artis adminiſtros divino cultu affici, „qui ipſam artem in animis continent. Ad ſe„cundam vero reſponſionem quisquam non in„congrue dixerit: cur ſtatuas, per quas pote„ſtates illas evocatis majoris facitis, quam „ipſas poteſtates? & ſi iſta pro litteris ſunt vo„bis ad divinitatem ſpeculandam, quomodo

„convenit, ſigna rebus ſuis, quas denotant, „præſtantiora haberi?

Simulacrorum vanitas.

10. „Sed dicunt, numen, quia humana „ſpecie eſt præditum, ideo humana ſpecie eſ„figurari. Sed quare illud pecudum imagini„bus exprimunt? & ſi corporeum numen ar„bitrantur, ea quæ corporis ſunt patietur, ut „ſcilicet dividatur & intereat. Sane Deus in„corporeus & incorruptibilis eſt, nullius indi„gens: ſed ſimulacra iſta corruptibila ſunt, cu„ſtodia hominum indigent, & ipſi gentiles diſ„cordis ſententiæ ſunt, quinam ex diis majo„ris autoritatis ſint, ut ſecure adorentur: quot „enim ſunt gentes, tot deorum genera confin„guntur: imo eadem regio & civitas inter ſe „diffident in ſuperſtitione idolorum, & qui apud „alios ſunt dii, aliorum diis pro victimis ma„ctantur, quin etiam hominum ſimulacris ho„mines alicubi victimantur, qui tamen ſunt „archetypa ſuorum numinum.

Partes mundi non ſunt dii.

11. „Verum alii his abominandis exploſis, „eam opinionem firmam dicent, qua mundo „mundique partibus cultus defertur. Verum „hi ex mutuis rerum mundanarum inter ſe in„opiis auxiliisque pudefiunt: ſiquis enim per „ſe naturæ partes ſingulas ſeorſim ſpectet, vel „ſolem per ſe, vel lunam, terram, aut aerem, „& reliqua, nullum ex omnibus inveniet, quod „alieni uſus opisque non ſit indigum: ſol enim „vehiculo univerſi cœli circumgyratur, eoque „continetur; luna autem & reliqua ſydera ſo„lis in ſe auxilia proteſtantur. Terra rurſus „ſine

„ſine pluviis fructus non edit; neque pluviæ „ſine nubibus in terram deſcendunt, nec nubes „ſine aere conſiſtunt, & aer a ſole lumen ac„cipit. Fontes porro & flumina ſine ſubſidio „terræ non fuerint: terra vero ex ſeipſa fulci„ri non poterit, ſed ſuper aquas conſiſtit, con„tinetur autem in medio undecunque quaſi col„ligata. Mare quoque a ventis rapitur, & ipſi „venti ex inflammatione caloreque ætheris in „aerem deſcendente in aere ubique ſpirant. „De quatuor porro elementis, ex quibus cor„porum natura conſtituitur, quis neſcit, illa „conjuncta conſiſtere poſſe, diviſa vero exitium „ſibi moliri, calor enim frigore prædominante „extinguitur; frigus violentia caloris evanes„cit. Quomodo ergo iſta numina fuerint, quæ „alterius opem exquirunt.

12. „Sed fortaſſe diviſa iſta indiga eſſe con„fitentur ethnici, ſed in magnum corpus om„nia redigentes Univerſum illud Deum eſſe di„cent. Verum ſi ſingula conjuncta totum ex„plent, & totum ex ſingulis conſtituitur, to„tum erit partium totum: ſed Deus ex parti„bus non conſtituitur, alias enim ſibi ipſi diſ„ſimilis foret, utpote habens partes diſſimiles, „ſolem lunam & cætera. Deinde Deus incor„poreus & inviſibilis eſt, adeoque quæ oculis „ſubjecta ſunt, Deus non erunt. Item Deus „ubique exiſtit, & omnia ſub ejus poteſtate „continentur: qui ergo creaturam in deorum „numerum referunt, eam ubique exiſtere ad„mittere deberent, quod ipſi experientiæ re„pugnat.

Totus mundus non eſt Deus.

13. „Ido-

Anima hominis rationalis eſt.

13. Idololatria refutata modo S. Athanaſius veri Dei unius exiſtentiam probat *primo* ex nobis ipſis, id eſt, „ex anima & mente no„ſtra, per eam enim ſolum Deus ſpectari & in„telligi poteſt, niſi quis animam & mentem ſe „habere infitietur; ſed contra ejusmodi primo „non tenue quoddam indicium, rationalem „eſſe animam humanam, collegeris ex diver„ſitate quæ illi intercedit cum animalibus, „quæ ratione carent. Deinde demonſtratur „ex eo, quod ſolus homo ea, quæ extra ſe „ſunt, ratiocinetur, & cogitet, & quæ præ„ſentia non ſunt, animo complectatur, & rur„ſum rationibus alias rationes accumulet, & „judicio ex cogitatis, quod optimum ſit, deli„gat: nam irrationalia ſola, quæ præſentia „ſunt intuentur, & ad illa incitantur. Deinde „anima ſenſuum judex eſt, & quod illi appre„henderint, ea diſcriminat, memoria repetit, „illisque quid melius ſit, oſtendit, nam & os „venenum deguſtare poteſt, nec tamen an iſta „noceant, intellexerit, niſi mens dijudicet. „Rurſus homo non infrequenter humi decum„bente corpore, ea quæ in cœlis ſunt imagina„tur, & contemplatur, imo & in ſomno, quæ „foris ſunt, ſpectat, & ſubinde futura præſa„git: Item æterna meditatur, mortem virtu„tis gratia contemnit, ſenſus corporis coer„cet, & illis dominari poteſt; unde leges ſunt „hominibus conſtitutæ, ut quæ bona ſunt, „agant, ac mala averſentur: irrationabilibus „contra animantibus in cogitationem mala „non veniunt, nec ulla cenſura dijudicantur, „ut quæ rationis intellectusque expertia ſint.

„Eſſe

„Eſſe igitur animam rationalem in hominibus „ſatis demonſtratum arbitror.

14. „Quod autem immortalis ſit anima „probatur ex corporis intelligentia, ejusque „cum anima diverſitate: ſi enim animam „aliam eſſe a corpore ratio demonſtravit, ne„ceſſum eſt animam immortalem eſſe, eo quod „corpori ſimilitudine non reſpondeat. Rurſus „ſi anima corpus movet, nec ab alio move„tur, conſequens eſt, ipſam a ſe moveri, & „poſtquam corpus terræ inhumatum eſt, ipſam „rurſus a ſe moveri, non enim anima eſt, quæ „moritur, ſed ob ejus diſceſſum corpus mori„tur: ſi igitur illa a corpore moveretur, con„ſequens eſſet, diſcedente motore ipſam mori. „Quodſi anima movet corpus, multo magis „neceſſum eſt, ſibi ſeipſam motricem eſſe, & „quia a ſe movetur, neceſſarium eſt, eam poſt „mortem corporis vivere, motus enim animæ „nihil aliud eſt, quam vita ipſius, ſicut cor„pus vivere dicitur, cum movetur. Deinde „anima ſæpe corpore in lecto jacente ſine om„ni motu ipſa ſuis viribus excubat manens in „corpore, quæ ſupra terram ſunt, imagina„tur: Ergo multo magis abſoluta a corpore „habebit liquidiorem immortalitatis cognitio„nem, & vitam ſuperſtitem, quæ numquam „deſitura eſt, idque ejus opera, qui eam ita „condidit per ſuum Verbum D. N. Jeſum „Chriſtum: ideo enim immortalia ratioci„natur & intelligit, quia & ipſa immorta„lis eſt.

Anima hominis eſt immortalis.

15. „Quodſi

…eus ex …bus …eatis …gnoſci…r.

15. „Quodſi animæ magiſterium non ſuffi„cit, eſt tamen *ſecundo* illi facultas ex illis, „quæ apparent, Dei cognitionem addiſcere, „rerum natura velut litteris Dominum ſuum „conditoremque indicante: Bonus enim cum „ſit Deus, & hominum amans, ſed tamen in„viſibilis, ideo rerum naturam ita inſtruxit, ut „ex operibus ſuis cognoſci poſſit, uti S. Paulus „ait: Inviſibilia ejus ex creatione mundi ipſis „operibus intellecta perſpiciuntur. *Rom.* 1. Quis „enim cœleſtem ambitum, curſum ſolis, lunæ „& ſtellarum ordinem ſuum ſervantem non ſe„cum ratiocinetur, illa non a ſeipſis creata „eſſe, ſed alium eſſe earum rerum conditorem „& gubernatorem, & ſic de cæteris. Certe „in univerſitatis iſtius ordine & harmonia ne„ceſſe eſt, ut animadvertamus, omnium iſto„rum principem eſſe Deum; eumque unum & „non plures, nam ille diſpoſitionis ordo, & re„rum conſentientium harmonia non multos, ſed „unum ſibi ducem principemque eſſe declarat, „nimirum Verbum Dei, non enim ſi plures eſ„ſent principes, ſervaretur iſte univerſitatis or„do, ſed omnia confuſa forent, cum unusquis„que omnia ad arbitrium ſuum traheret, & „cum alieno depugnaret. Deinde oporteret, „ſi plures eſſent principes, plures quoque & „diverſos eſſe mundos, ſiquidem par non eſt, „ut plures unum mundum ædificent, propter „abſurda, quæ exinde ſequerentur: primum „quidem quod imbecillos fuiſſe ejus fabros ar„bitrandum foret, eoquod multorum opera ad „unum opus requiſita eſſet. Porro ridicula res „fuerit, ſi ſingulos ob ambitionem operas ſuas

…nicus …undus.

„con-

„conſociaſſe dicas, ne imbecillis videretur, & „æmulationem ambitioſam in numinibus con„ſtitues, rem longe abſurdiſſimam. Id quo„que ſciendum, ſi mundus a multis creatus „eſſet, multiplices quoque motus ſibique diſſi„miles haberet, quippe qui ad ſingulos aucto„res reſpiceret, in ipſa autem diſſimilitudine „denuo reſurgeret inordinatio univerſitatis. „Verum non quia unus eſt conditor, ideo ne„ceſſum eſt, ut unus ſit mundus, poterat enim „& alios mundos conſtruere Deus, ſed quia „unus eſt mundus creatus, neceſſe eſt, crea„torem ejus unum credere.

16. „Cæterum quis ille ſit jam declaretur. „Arbitror autem neminem in hac re jam dein„ceps ambiguæ eſſe mentis: ſi enim poeticos „deos deos non eſſe ratio demonſtravit, & eos, „qui res creatas pro numinibus habent erroris „convicit, & omnium gentium idololatriam „cultu veri numinis carere edocuit, neceſſum „eſt prorſus ſublatis aliorum religionibus, apud „nos ſolos veram ſupereſſe religionem, & eum „qui a nobis adoratur & prædicatur, hunc ſo„lum eſſe verum Deum: at quisnam is eſt „alius, niſi Chriſti Pater, qui ſua ſapientia & „ratione Domino noſtro Servatore Chriſto ea „quæ ubique ſunt gubernat. Recte autem ſe „habent, prout facta ſunt, aut fieri conſpici„mus, quia ita placuit illius arbitrio: & quia „ratione, & arte & ſapientia conſiſtunt, neceſſe „eſt eum, qui ea ita inſtruat, Verbum, Ra„tionemque Dei eſſe, ſcilicet efficacem Deum, „qui diverſus eſt a rebus genitis, & ab iis, quæ „ſunt

Verus Deus Pater & Verbum.

„ſunt in rerum natura: proprium item & uni„cum boni illius Patris verbum, quod univer„ſitatem iſtam inſtruit ſua providentia, cum „quo & Deus collocutus eſt dicens: *Faciamus „hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* „*Gen.* 1. quod & illi adfuit, cum faciebat cœlum „& terram: quod & ut potentia Patris omni„bus ſoliditatem exiſtendi tribuebat, quemad„modum & a Salvatore dictum eſt: Quæcunque „video Patrem facere, facio & ego *Joan.* 16. „Per eum vero & in eo omnia facta eſſe, ſacro„ſancti illius diſcipuli docent. Potentia au„tem Patris dicitur, & ſapientia & ratio, non „quod iſta aliunde adventitia ejus naturam „imbuant, ſed quod per ſe ſit ipſiſſima Sapien„tia, Ratio, Potentia Patris, illa ipſa lux, ve„ritas, juſtitia, virtus, imago, fructus Patris, „undecunque perfectus ac ſolus Filius Pa„tris ſui.

[A]dhor[ta]tio ad [c]ultum [ve]ri Dei.

17. „Talem igitur Filium habens ex ſe Pa„ter eum quotidie revelat omnibus per omnia, „quæ ab ipſo conſtituuntur, vitamque acci„piunt, & per eum ſeipſum quoque exhibet, „quemadmodum Salvator ait: *Ego in Patre, „& Pater in me. Joan.* 14. Cum hæc igitur ita „ſe habeant, & nihil extra eum ſit, ſed omnia „ab illo pendeant, homines tamen ſtolidi pro „vero Deo ea, quæ nulla eſſent, deos ſtatue„runt, creaturæ potius quam creatori ſervien„tes, Deum ignorantes, & Verbum ejus non „colentes, Salvatorem inquam D. N. Jeſum „Chriſtum, per quem omnia Pater regit & con„tinet, in quem cum tu fidem habeas & amo-

„rem

„rem o Chriſti ſtudioſe, gratulare tibi, & certo perſuadeas, in mercedem iſtius in ipſum „fidei & religionis immortalitatem & regnum „cœlorum tibi deſtinatum eſſe, modo ſecundum leges illius anima tua exornata fuerit. „Ut enim iis, qui ſecundum illius præcepta „vivunt, æterna vita pro præmio eſt, ita eos, „qui non per viam virtutis incedunt, probrum „ingens, & periculum inexpiabile manet in „die judicii, eoquod cum cognitam haberent „virtutis viam, contraria his quæ perſpecta & „nota habebant, fecerunt.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI ORATIO

DE HUMANA NATURA A VERBO ASSUMTA, ET DE EJUS PER CORPUS AD NOS ADVENTU SIVE INCARNATIONE.

§. I.

Argumentum.

Sanctus Athanaſius in hoc tractatu oſtendit cauſam & neceſſitatem Incarnationis Chriſti; & a cauſis Incarnationis tranſit ad ejus effectus, & expoſitis beneficiis illius de Chriſti morte & reſurrectione loquitur, & Judæos & gentiles refellit: ac demum Macarium amicum ſuum, cui hæc oratio inſcripta eſt, admonet, ut ad ſacram Scripturam confugiat, quam

ut intelligat, vitam ſacrorum Scriptorum imitari ſtudeat. Hanc orationem præter alios citat ſub nomine S. Athanaſii Theodoretus *dial.* 3. & illa juxta Basnagium Annal. tom. 3. circa annum 330 conſcripta eſt.

§. II.
ANALYSIS.

Deus mundi creator. 1. Athanaſius ut Incarnationis cauſas explicet, ipſa mundi primordia repetit, & ait „opificium mundi, & univerſitatis creatio„nem multi multifariam tractavere: aliqui enim „fortuito omnia nata eſſe prædicant, ut Epi„curei. Verum ſi omnia ſine providentia ex„orta ſunt, oportuit omnia ſimpliciter exori„ri, & ſimilia eſſe, neque ullo modo differre, „& in toto mundi iſtius corpore, nihil niſi vel „ſolem, vel lunam &c. eſſe. Videmus autem „aliud ſolem & lunam &c. eſſe, qui ordo do„cumento eſt, non ſponte res creatas prodiiſ„ſe, ſed cauſam effectricem præceſſiſſe, ex qua „autorem omnium Deum intelligas. Alii inter „quos eſt Plato, ex præexiſtente ingenitaque „materia feciſſe Deum univerſa arbitrantur. „Sed hi non ſentiunt, ſe Deo imbecillitatem „injungere, qui citra materiam nihil eorum, „quæ fieri debent, poſſit condere, quemadmo„dum fabri imbecillitas in eo eſt, quod nihil „poſſit ſine lignis conficere, eritque juxta ho„rum opinionem non conditor rerum, ſed arti„fex. Hæretici porro alium ſibi rerum opifi„cem fingunt extra Patrem D. N. Jeſu Chriſti, „cum tamen Dominus ad Judæos loquatur:

„An

„An neſcitis, quod ab initio ille qui conditor „eſt, marem & fœminam eos crearit: dein„de indicium adjunxit, quisnam ille conditor „eſſet, cum ait: *Quod igitur Deus conjunxit*, „*homo non ſeparet. Matth.* 15. Quomodo ergo „iſti alienam a Patre procreationem rerum in„ducere poterunt, ſi ſecundum Joannem Evan„geliſtam *omnia per ipſum facta ſunt*, *Joan.* 1. „quomodo alius fuerit opifex præter Chriſti „Patrem? qui hanc univerſitatem rerum ex „nihilo per Verbum ſuum fecit, cum ad iſtum „modum loquatur per Moyſen: *In principio fe„cit Deus cœlum & terram. Gen.* 1. Item ex „utiliſſimo Paſtoris libro: Primum crede, unum „eſſe Deum qui condidit omnia & abſolvit, fe„citque ea, quæ non erant, ut eſſent. Quod „& Paulus teſtatur dicens, Verbo Dei perfe„cta eſſe ſæcula *Hebr.* 11. Deus enim bonus „eſt, & nullius rei invidia tangitur, unde nulli „eſſentiam invidens ex non entibus univerſa „creavit per ſuum Verbum, inter quæ præ om„nibus humanum genus miſericordia proſecu„tus eſt, & ad ſuam ipſius imaginem illud effi„guravit, deditque illis rationis dotem: & rur„ſum animadvertens, arbitrium hominis utro„que vergere, hanc gratiam, quam ipſi dede„rat, legis & loci præſidio communitam vo„luit. Introduxit igitur eos in ſuum ipſius „Paradiſum, edictumque præſcripſit, ut ſi gra„tiam illam conſervarent, fruerentur in pa„radiſo, ſine mærore & dolore hilariſſima vi„ta, præter etiam id, quod ipſis in cœlo im„mortalitas deſtinata erat: ſin autem prævari„cationem facerent, cognoſcerent ſe per mor-

Liber Paſtoris.

 „tem

„tem pro ipſorum natura corruptionem ex-
„tra paradiſum ſubituros. Tunc igitur homi-
„nes ſpreta Dei cognitione prænuntiatam mor-
„tis condemnationem acceperunt.

Incarnationis cauſa & neceſſitas.

2. „Cum vero indecorum eſſet, Dei artem „in hominibus extingui, vel per eorum incu-„riam, vel per dæmonis impoſturam, quid „quæſo Deum, qui bonus erat, oportebat fa-„cere? permitteretne corruptionem contra eos „vim ſuam habere, ac mortem ipſis domina-„ri? At quid neceſſum fuit, eos creari? præ-„ſtabat eos non genitos quam genitos negle-„ctui dari, nam ex ejuſmodi incuria magis im-„becillitas Dei quam bonitas appareret. Sed „e diverſo obſtabat lex, quæ de hominum in-„teritu promulgata fuit, & abſurdum erat, ob „noſtram utilitatem Deum mendacem videri. „Quid igitur a Numine agendum erat? Pœ-„nitentiamne ſuper prævaricatione ab homini-„bus exigere? Atqui iſta pœnitentia non ex „æquo & bono cum Deo egiſſet, nam nec ſic „quidem ille verax fuiſſet, ſi non perpetuo „mortales in mortis detentione permanſiſſent. „Pœnitentia enim rem a ſua natura non ab-„ducit, ſed ſolummodo ceſſationem in peccan-„do facit. Quid ergo aliud decuit fieri aut cu-„jus opera ad reparandam amiſſam per præ-„varicationem imaginis Divinæ gratiam requi-„rebatur, niſi ſolius Verbi, quod ab initio „omnia ex nihilo condiderat: Ejus enim fuit, „id quod corruptibile erat, ad incorruptibili-„tatem reducere, & pro omnibus id quod „æquum rationique conſentaneum erat, Patri

„præ-

„præſtare. Cum enim Patris ſit ratio, ſolus „omnia recuperare & pro omnibus apud Pa„trem intercedere potuit. Hac igitur de cau„ſa Verbum Divinum ſe ſua humanitate ad nos „demiſit, ſeque ipſum exhibuit, & cum vi„deret rationale genus oppetere, mortemque „vi corruptionis tyrannice dominantem, ſimul„que conſpiciens, abſurdum eſſe, legem an„tequam impleretur abrogari, & ſua quæ ar„chitectus eſſet, aboleri, hominumque ſcelera „in immenſum creſcere, miſertus generis no„ſtri noſtrum corpus aſſumpſit, idque non „quodvis, ſed quod purum ex illibata ac viri „neſcia virgine coaleſceret, atque ita a nobis „ſimili corpore mutuato, eoquod omnes mor„tis corruptioni obnoxii eſſemus, pro nobis „omnibus idipſum in mortem deditum Patri „ſuo ſacrificavit, ut lex de corruptione homi„num ſolveretur, & ut homines ad incorrupti„bilitatem converteret, & a morte in vitam „corpore ſuo revocaret, reſurrectionis gratia „mortem in illis quaſi ſtipulam conſumens; „non enim jam ut condemnati morimur, ſed „ut excitandi: communem omnium reſurre„ctionem expectantes.

3. „Secundo Dei ad nos adventum bona „ratione procuratum fuiſſe vel iſthinc cogno„veris primum quod Deus cum in creando hu„mano genere per Verbum ſuum intueretur „imbecillitatem naturæ noſtræ, & quod ea „non ſufficereet ad cognitionem opificis ſui, „eoquod ille ingenitus, ipſa vero e nihilo pro„diiſſet, miſertus noſtri generis, non reliquit „illud *Altera Incarnationis cauſa.*

„illud deſtitutum ſui intelligentia, ne illi ſua „exiſtendi natura inutilis redderetur. Quamobrem ne hoc fieret, ſuam imaginem D. N. „Jeſum Chriſtum illis impertitus eſt, creavit„que illos ſecundum ſuam ipſius imaginem, ut „per eam Patris Rationem agnoſcentes etiam „ad Patris intelligentiam contenderent, eoque „cognito vere beatam vitam viverent. Verum „ſtulti miris modis ſeſe a Deo averterunt, ut „non ſolummodo in oblivionem venerint cog„nitionis divinæ, ſed etiam idola & dæmones „pro diis coluerint. Prorſus omnia ſcelerum „plena erant, ſolus autem Deus & ejus Ratio „ignorabatur, quamvis ille multifariam multis„que modis ſe explicarit, gratia enim imagi„nis ad ſimilitudinem Dei hominibus impreſſa „idonea ſatis fuit, quæ Verbi notitiam faceret, „idque per Verbum Patris. Attamen cum ſci„ret Deus hominum imbecillitatem, etiam „huic negligentiæ remedium prævidit, ut ſi„quando negligerent ex ſui ipſorum intuitu „Deum agnoſcere, poſſent ſaltem ex naturæ „operibus opificem intelligere. Sed cum pau„latim negligentia hominum in pejus pro„cederet, Deus ad eos legem & Prophetas „miſit, ut haberent de proximo doctrinam. „Cæterum cum homines victi præſentariis vo„luptatibus dæmonumque præſtigiis pluribus „adhuc ſceleribus ſe ingurgitarent, quid Deo „conveniebat ut faceret, niſi ut exemplar ima„ginis renovaret, ut per id denuo ipſum ho„mines cognoſcere poſſent. Id autem quomo„do confici potuit, niſi ipſa imago Dei Salva„tor noſter Chriſtus ſuperveniret: per homi-

„nem

„nem ſane id agi nequibat, quandoquidem & „ipſi ad imaginem creati erant: ſed neque per „angelum, nam Angeli imagines non ſunt: „Ergo Dei Ratio ipſa advenit, ut imago Patris „in homine recuperaretur. Sed ne hoc quoque „ſucceſſiſſet, niſi & mors intercederet, & cor„ruptio extereretur: unde mortale corpus aſ„ſumpſit, ut mors impoſterum in ipſo delere„tur, & imago inſtauraretur. Nullius igitur „id negotium fuit, niſi imaginis Patris.

4. Tertio „bifariam ſua incarnatione ſuum „in homines ſtudium amoremque exhibuit Ser„vator noſter, tum quia mortem a nobis amo„litus eſt & nos renovavit, tum quia antea in„viſibilis per opera ſua ſe viſibilem præſtitit, „certoque oſtendit, ſe Verbum Patris eſſe, om„niumque Ducem & Regem, non enim cum „in corpore aderat, alibi deerat, ſed omnia a „nemine contentus continebat, & in ſolo Pa„tre totus & integer permanet, & homo fa„ctus quamvis in corpore latens minime con„ſpicuus ſit, tamen ex operibus cognoſcitur, „eum non purum hominem, ſed Verbum Dei „eſſe: nam expellere dæmones, morbos ſana„re, cœcos a nativitate illuminare & reliqua „ſatis demonſtrant, eum creatorem natu„ræ eſſe. *Tertia cauſa.*

5. Quarto „quandoquidem vero debitum „pro omnibus ſolvendum erat, ſcilicet ut om„nes morerentur, quæ cauſa Verbo potiſſima „fuit, huc proficiſcendi, ideo poſt edita per „facta divinitatis ſuæ monumenta reliquum, *Quarta cauſa.*

uare ſtus cruce rtuus.

„ut pro omnibus ſacrificium offerret, pro om-
„nibus templum ſuum morti tradens, quo
„omnes liberos a veteri prævaricatione effice-
„ret, ſeque declararet mortis victorem, ſuum-
„que corpus immortale redditum primitias
„omnium reſurrectionis eſſe. Cæterum iſthic
„aliquis objecerit: ſi neceſſum erat, ejus cor-
„pus pro omnibus in mortem dedi, cur non
„ut homo communi lege naturæ mortem op-
„petiit, ſed eousque devenit, ut crucifigere-
„tur Verum quod a Salvatore geſtum eſt, di-
„vinitate ipſius dignum eſt, idque multis de
„cauſis: primum enim mortem hominibus per
„imbecillitatem naturæ ingruere certum eſt:
„contra in Domino nihil imbecillitatis, ſed
„ipſiſſima vita eſt; ſi igitur ſecundum conſue-
„tudinem hominum corpus in lecto depo-
„ſuiſſet, creditum fuiſſet, per infirmitatem hoc
„ei accidiſſe, eumque nihilo plus, quam cæ-
„teros homines poſſediſſe: cum igitur mors
„pro omnibus neceſſario requirebatur, ideo
„corpus ſuum ut vita corroborabat, quatenus
„autem mors debebatur, eatenus non ex ſe
„ſed aliunde rationem immolandi mutuatus
„eſt. Quanquam neque morbo laborare Do-
„minum decebat, qui aliorum morbos ſanabat.
„Quare ergo non etiam mortem quemadmo-
„dum & morbos ſuſtulit? Ideo nimirum quia
„moriendi cauſa corpus aſſumpſerat, nec fas
„erat mortem arceri, ne reſurrectio impe-
„diretur. At dixerit aliquis; vitatas eſſe
„oportuit Judæorum inſidias, ut corpus ſuum
„immortale conſervaret, ſed id Domino nequa-
„quam congruiſſet: uti enim abſurdum erat

„Dei

„Dei Verbum, quod vita erat, mortem ſuo „corpori ſua opera inferre, ita quoque inde„cens erat, eam aliunde illatam defugere, quo „moriendi facultas ſuppeditaretur, ut non tam „ſuam ipſius, quam omnium mortem conſum„maret. Deinde ſi occultim corpus ejus ex„tinctum fuiſſet non propalam exhibita ejus „morte, neque coram teſtibus obita, obſcura „quoque & inconteſtata ipſius reſurrectio fuiſ„ſet, nec ejus diſcipuli cum fiducia de reſur„rectione ejus diſſeruiſſent, ſi de morte ejus ni„hil certi afferre potuiſſent, nam ſi ejus tempo„ris Phariſæi reſurrectionem ejus credere tunc „noluerunt, quot cauſificationes non creden„di commenti eſſent, ſi iſta omnino occultim „fieri contigiſſet. Quomodo porro aut finis „mortis aut victoria de morte oſtendi potuiſſet, „niſi illam ſub oculis cunctorum in ſe provo„catam mortuam reddidiſſet. Sed forſitan & „hoc aliquis dixerit, ſi coram omnibus opor„tebat fieri ejus mortem, par fuit, ut hone„ſtam ſibi mortem comminiſceretur, & ſaltem „ignominiam crucis defugeret. Atqui ſi hoc „feciſſet, plenam ſuſpicionem de ſe præbuiſſet, „quod non in omne genus mortis, ſed dunta„xat in eam, quam ipſe excogitarat, vim ſuam „haberet: unde ipſe corpori mortem, quam „inimici ſui gravem & turpem exiſtimarunt in „cruce exceptam ſuſtinuit, & præter inimico„rum ſuorum expectationem ignominioſum il„lud moriendi genus converſum eſt in tro„phæum devictæ mortis. Quocirca nec Joan„nis mortem ſuſtinuit capitis truncatu, nec ut „Eſaias ſerra diſſectus eſt, ut & in morte ſine

„mutilatione integrum corpus ſervaret, & cau„ſa ſubduceretur iis, qui Eccleſiam in partes „cupiunt diſcindere. Et hoc quidem ad eos „reſponſum velim, qui extranei ab Eccleſia „hujusmodi ratiocinationes coacervant.

Crucis myſteria. 6. „Quod ſiquis etiam ex noſtris ſtudio „diſcendi percunctetur, cur non aliud potius „quam crucem ſuſtinere voluerit: Audiat ille, „nulla alia ratione id nobis utile futurum fuiſ„ſe: nam ſi ideo venerat, ut noſtra piacula „execrationesque portaret, quomodo alia ra„tione piaculum aut execratio fuiſſet, niſi exe„crabilem mortem in ſe reciperet? Eſt autem „hoc ipſum Crux *Deut.* 21. Deinde in ſola cru„ce mors extenſis manibus toleratur, ideo„que quoque par erat, ut Dominus hoc modo „mortem ſuſtineret, manusque ejus extende„rentur, ut hac quidem, veterem populum, „illa vero gentiles attraheret, & ambos in ſe „conjungeret. Uti ipſe dixit: *cum exaltatus „fuero omnes ad me traham. Joan.* 12. Et rur„ſus: Si Dominus ideo venit, ut diabolum „circa imum aerem vagantem præcipitaret, „aeremque purificaret, ut viam ad cœlum no„bis muniret: quanam alia morte iſtud fieri „poterat, niſi ea quæ in aere ſeu cruce tole„raretur. Recte igitur decenterque mors ejus „in cruce peracta fuit.

Reſurrectio Chriſti. 7. „Cæterum ne ſic quidem vel in cruce „ſe obſcurum ignotumque reliquit, neque cor„pus ſuum in ea conditione diu permanere „ſuſtinuit, ſed duntaxat ubi id mortuum ex

„con-

„conflictu mortis oſtendiſſet, tertio die ſtatim „excitavit, trophæa victoriæ de morte ferens, „corporis nimirum incorruptibilitatem. Po„terat quidem ſtatim a morte corpus ſuum „excitare, ſed hoc ex provida cautione face„re nolebat; dixiſſet enim aliquis, eum ne„quaquam mortuum fuiſſe, aut non plene a „morte perſtrictum, ſi continuo a morte reſur„rectionem ſuperinduxiſſet, & gloria incor„ruptibilitatis in incerto hæſiſſet. Poſt tri„duum autem illud excitavit, ne ſi inibi in „longum detentum putrefactumque ſerius ex„citaſſet, objiceret quisquam, ipſum non „idem, ſed aliud corpus circumferre, ea de „cauſa ultra tridui moram eos, qui ipſum au„dierant de reſurrectione ſua promittentem „non diſtulit, ſed cum adhuc verba illius in „eorum auribus obſtreperent, oculique ejus „ſpeciem retinerent, tum iis, qui ſe occide„rant, tum illis, qui ejus mortis conſcii erant, „corpus quod mortuum erat immortale & in„corruptibile oſtendit, quo intelligeretur, il„lud non imbecillitate naturæ, ſed ideo extin„ctum eſſe, ut mors aboleretur: mortem enim „extinctam eſſe non tenue documentum, ſed „certa fides eſt, quod illam omnes Chriſti di„ſcipuli contemnant, ac ſigno crucis & fide „in Chriſtum, eam ut mortuam conculcent. „Olim ante adventum D. N. Jeſu Chriſti formi„dabilis erat Sanctis mors, nunc autem qui „in Chriſtum fidem habent, eam ut rem ni„hili pedibus terunt, ac potius mortem dele„gerunt, quam Chriſti fidem inficientur, cer„to enim ſciunt, mortuos incorruptibiles re„ſurrectione fieri. 8. „Quod

Reſurrectio Chriſti probatur.

8. „Quod autem Chriſtus a mortuis reſur„rexerit patet etiam ex eo, quod falſa numina „extrudat, perſequatur, & profliget, ubi enim „nominatur vel Chriſtus vel fides ejus, dæ„mones in fugam avertuntur. Signo item „crucis omnia magica compeſcuntur, venefi„cia inefficacia fiunt, idola deſerta relinquun„tur, omnis irrationabilis voluptas conquie„ſcit. Qui quæſo eum mortuum dixeris, qui „res tantas agat. Si vero quia oculis non ap„paret, ideo non credatur reſurrexiſſe, ſciant „increduli, Dei proprium eſſe, ut oculis non „conſpiciatur, eum tamen ex operibus co„gnoſci.

Incarnatio verbi contra Judæos prob.

9. „Igitur age jam Judæorum incredulita„tem & gentilium ſubſannationem redargua„mus. Et Judæi quidem in ſua incredulitate, „habent ex ſuis ſcripturis, quod eos de Incar„natione Verbi redarguat: Nam Prophetæ „jam olim miracula de Virgine ejusque partu „prædicaverunt, dicentes: *Ecce Virgo conci„piet &c. Iſ.* 7. Rurſus: *Parvulus enim natus „eſt nobis &c. Iſ.* 9. Moſes vero de Incarna„tione Salvatoris ita fatur: *Orietur ſtella ex „Jacob, & homo ex Iſrael &c Num.* 24. Quid „quod mors illius clare in ſacris litteris de„monſtratur *Iſ.* 53. Quin & de cruce tacitum „non fuit, primus enim Moſes id antea de„nuntiavit, dicens: *Vitam veſtram ſuſpenſam „ante oculos veſtros videbitis Deut.* 28. Item: *Fo„derunt manus meas & pedes meos &c. Pſ.* 22. „Et quod Salvatoris noſtri adventu omnes „gentes cæperint Deum agnoſcere Iſaias præ-

„dixit;

„dixit: *Erit radix Jeſſe, & qui exurgit ad im-
„perandum gentibus.* Iſ. 11. Huiusmodi teſti-
„moniorum tota Scriptura plena eſt refutans
„Judaeorum incredulitatem.

12. „Verum & ethnicos admirere ea irri- *Contra Ethnicos.*
„dere, quae nequaquam ludibrioſa ſunt: unde
„age, & iſtos legitimis rationibus in pudorem
„conjiciamus, maxime ex rebus quas ipſi con-
„ſpicimus. Quid quaeſo aut irriſu dignum, ſi
„Verbum in carne apparuiſſe referamus. Mun-
„dum enim corpus magnum ſapientiores eth-
„nicorum dicunt: Si igitur in mundo Ratio
„Dei ineſt, cunctaque & ſingula praeoccupat,
„& inſidet, quid abſurdi, ſi eam etiam in ho-
„mine inſediſſe aſſeveremus, qui enim conce-
„dit & credit, Rationem Dei in univerſitate
„exiſtere, omniaque ab illa illuſtrari & mo-
„veri, non debet abſurdum putare, aliquod
„corpus humanum ab ea moveri & illuſtrari.
„Sin vero quia creatum eſt genus humanum,
„ideo nos de Servatoris in carne apparitione
„indecora loqui exiſtiment, hi Rationem a re-
„rum univerſitate excludunt, nam & illa ex
„non ente per Rationem ſeu Verbum producta
„eſt. Certe quodcunque de toto ſentias, hoc
„ipſum de parte ſentire neceſſum erit: Pars
„autem univerſitatis homo eſt, quapropter
„non plane abſurdum eſt, verbum in homine
„conſiſtere, & omnia ab eo illuſtrari & move-
„ri, ſicut etiam ipſorum ſcriptores dicunt: in
„eo vivimus movemur & ſumus. Quid igitur
„ludibrio dignum aſſerimus, ſi id, in quo ſe
„collocavit Verbum, pro inſtrumento uſurparit
„ad declarationem ſui.

11. „Cur

Cur Verbum hominem aſſumſerit.

11. „Cur igitur, inquiunt, non per alias „mundi partes præſtantiores ſeſe oſtendit, ac „cur non pulchrius inſtrumentum, ſolem, lu„nam vel aſtra adhibuit potius, quam homi„nem. Sed cognoſcat talis percontator, non „ad oſtentationem veniſſe Dominum, ſed ut „mederetur & doceret eos, qui in malis „erant: nihil autem ex rebus creatis errabat „in Numine intelligendo præter ſolum homi„nem, unde merito factum eſt, ut humanum „ſibi corpus in inſtrumentum aſſumeret, ut ex „corpore illius, corporisque operibus divinis „ipſius Patrem omnipotentiamque illi cogno„ſcerent, facile dijudicantes, non eſſe homi„nis, ſed divini Numinis opera, quæ ab illo „fiebant. Quodſi ſecundum eos abſurdum eſt, „ex operibus corporis Verbum Dei omnipo„tentis cognoſci, abſurdum etiam fuerit, eam „ex univerſitate rerum deprehendi: Sed for„taſſe dicent Deum cum docere & ſervare ho„mines vellet, oportere nutu id duntaxat fa„cere, ſicut olim fecerat, cum eum ex nihilo „crearet. Ad hanc vero objectionem dici po„terit; olim cum nusquam quisquam exiſte„ret, nutu opus fuiſſe & ſola voluntate ad „univerſitatis architecturam: cæterum cum „jam homo factus eſſet, neceſſitas exigebat, „ut iis, qui jam exiſterent, remedium dare„tur, ad procreata conſervanda. Poſtremo „& id quoque ſciendum, luem corruptionis „non extra corpus hæſiſſe, ſed corpori agna„tam fuiſſe, & neceſſum erat, emota corrup„tione vitam ei infarciri: & quia mors per ſe „nonniſi in corpore exiſtere poterat, ideo Ver-

„bum

„bum corpus induit, ut mortem ibi inventam „aboleret. Quodſi ſolo præcepto mors a cor„pore depulſa fuiſſet, nihilo tamen minus „mortale & corruptibile pro ratione ſuæ natu„ræ remanſiſſet, ſed ne hoc fieret, induit „corpus incorporalem Dei omnipotentis Ratio„nem, neque jam inde corruptionem aut mor„tem exhorreſcit, cum habeat vitam pro in„dumento, & per id corruptionem amoliatur.

12. Porro Verbi divinitatem opera ejus, *Divinitas Verbi.* „& potentia probat, qualem nullam in cæte„ris hominibus videbis: ſi enim ad dæmones „te vertas, intuere eum, qui illos expulit, & „eum ipſorum Dominum judicabis, quin etiam „undecunque circumcluſus homo in cœlo, in „inferno, in homine, in terra, explicatam „Verbi divinitatem intuens hunc ſolum ado„rat, & per eum rite Patrem intelligit. „Quodſi has rationes ethnici nondum idoneas „arbitrantur, ſaltem ex iis, quæ oculis ſubje„cta ſunt, fidem colligant. Quando idolorum „cæremonias cæperunt abjicere, oracula ceſ„ſaverunt, Poetarum dii pro mortalibus ha„beri, dæmonum fraus contempta fuit, ars „magica & ſcholæ præſtigiarum inceperunt „ſordeſcere, ethnicorum ſapientia infatuata „eſt, niſi quando verum Verbum Dei inter ho„mines apparuit. Et quod inprimis admira„bile eſt, cum olim ſingula idola ſuos habe„rent peculiares adoratores, nunc ſolus Chri„ſtus apud omnes unus & idem adoratur, & „quod non potuit idolorum imbecillitas præ„ſtare, ut vicinis ſuis perſuaderent, hoc Chri-

„ſtus

„ſtus præſtitit, qui univerſo orbi perſuaſit, ut „ſe unum pro Domino haberent, & propter „ipſum ipſius Patrem venerarentur. Cæte„rum de Græcanica Philoſophorum ſapientia „neminem arbitror verba requirere, cum in „oculis ſit ipſum miraculum, tot enim a Græ„corum Philoſophis ſcriptis voluminibus ne „paucos quidem adducere potuerunt, ut ſua „de immortalitate animæ dogmata & placita „de vita ſecundum virtutem inſtituenda am„plecti vellent, ſolus Chriſtus vilibus verbis, „ac per homines nequaquam eruditæ linguæ „in orbe terrarum plurimis id Eccleſiis perſua„ſit, ut mortem inter contempta, immortalia „in pretio haberent, nihili putarent gloriam „in terra, ſolummodo autem affectarent im„mortalitatem. Et hæc quidem non verbote„nus a nobis jactantur, ſed veritatis experi„mentis demonſtrantur. Spectet enim, qui „velit inſignia virtutis in Chriſti virginibus, & „in adoleſcentibus pudicitiam conſecratam, ac „immortalitatis fidem adſtructam in tanto „Martyrum choro: & in ipſis præſtigiis dæ„monum, vaticiniorum, & magiæ utatur ſigno „crucis ab ethnicis deriſo, nomenque Chriſti „invocet, & videbit, quomodo dæmones fu„giant, vaticinia conquieſcant, veneficia ir„rita jaceant. Quis igitur & quantus eſt hic „Chriſtus, qui ſolo ſui nominis vocabulo or„bem terrarum ſua diſciplina adimplet.

riſtus
gus
fuit.

13. „Si vero magum illum dicant ethnici, „quomodo per magum omnis magia oblitera„tur, ac non potius conſtituitur. Sed fortaſſe

„dicent

„dicent Chriſtum quoque dæmonem eſſe fa„ctum. Verum qui fieri poteſt, ut dæmon ſit, „qui dæmones propellit. Dicunt, etiam Æſcu„lapius morbos curavit, ſed ille herbas medi„cinales non ſicut Chriſtus creavit. Hercules „pro deo ab ethnicis adoratur, quia contra ho„mines & belluas pugnavit: ſed Verbum divi„num morbos, dæmones & ipſam mortem „propulſavit.

14. „Hæc pauca pro documento fidei in „Chriſtum, illiusque ad nos divini adventus „comprobatione dicta ſufficiant, tu autem ſi „ſacras litteras evolvas omnia plenius depre„hendes, illæ enim a viris rerum cœleſtium „peritis & ab ipſo Deo conſcriptæ ſunt. Si„mul te latere nolim alterum Chriſti adven„tum illuſtrem & divinum & gloria magnifi„cum in expectatione eſſe, cum non ut patia„tur rediturus ſit, ſed ut fructus ſuæ crucis „omnibus retribuat, immortalitatem videlicet „& reſurrectionem, & incorruptibilitatem: non „ut judicetur, ſed ut judicet ſecundum ea, „quæ quisque in corpore ſuo geſſerit ſive bona „ſive mala ſint, ubi bonis regnum cœlorum „deſtinatum eſt, malis vero ignis æternus „*Matth.* 26. Cæterum ad ſcripturæ indaginem „verumque intellectum opus eſt vita proba, „animo puro, & virtute, quæ ſecundum Chri„ſtum eſt, ut mens per ejus tramitem decurrens „ea, quæ expetit, adipiſci poſſit; nam ſine San„ctorum imitatione nemo comprehenderit San„ctorum verba, ut illis conſuetudine paris vi„tæ familiaris redditus, quæ a Deo ipſis re-

Quomodo S. Scriptura recte intelligatur.

„velata ſunt, cognoſcat, & una cum illis in„flammatus peccatorum quidem pericula eo„rumque ignem in die judicii effugiat, ea ve„ro percipiat, quæ ſanctis ſunt repoſita in regno „cœlorum, & quæ præparata ſunt iis, qui ſe„cundum virtutem vivunt, Deumque diligunt „& Patrem in Chriſto Jeſu Domino noſtro, per „quem, & cum quo ipſi Patri una cum Filio „in Spiritu ſancto honor, potentia, ac gloria „in omnia ſæcula ſæculorum Amen.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI EXPOSITIO FIDEI.

§. I.

Monitum.

Expoſitio fidei, quam Facundus Expoſitiotionem ſymboli vocat, puram & Catholicam de ſanctiſſima Trinitate doctrinam conti„net, & errores Sabellianorum, Patripaſſia„norum, Tritheitarum & Arianorum refellit. „Tempus, quo compoſita fuit a S. Athana„ſio, incertum eſt.

§. II.

ANALYSIS.

„Credimus in unum ingenitum Deum Patrem „omnipotentem, omnium creatorem vi„ſibilium & inviſibilium, qui ex ſe habet, quod

„eſt.

„eſt. Et in unum Unigenitum Verbum, Sa„pientiam, Filium ex Patre ininitialiter & per„petuo genitum. Verbum porro non elocu„tione pronuntiatum, aut cogitatione in ani„mo conceptum, non derivatum a perfecto, „neque item ſegmentum, aut partem impati„bilis illius naturæ, neque quod inde produ„ctum ſit, aut emanaverit, ſed Filium perfe„ctum, viventem, vi agendi præditum, ve„ram imaginem Patris, Deum verum ex vero „Deo proſatum. Hic eſt verus Deus & vita „æterna, omnipotens ex omnipotente, & to„tus ex toto, ſimilis Patri: genitus autem eſt „ineffabiliter & incomprehenſibiliter. Qui in „conſummatione ſæculorum deſcendens e ſinu „Patris ex impolluta Maria Virgine noſtrum aſ„ſumſit hominem Jeſum Chriſtum, quem pro no„bis paſſioni tradidit ſponte ac ſua ipſius volun„tate. *Joan.* 19. In eo igitur homine cruci affi„xo & mortuo pro nobis reſurrexit a mortuis „aſſumptusque eſt in cœlum, in quo etiam ho„mine judicaturus eſt vivos & mortuos. Cre„dimus itidem in Spiritum ſanctum omnia „operantem, excommunicantes omnes, qui „contra hæc dogmata ſentiunt. Neque Filio „Patrem eum eſſe ſentimus, ut Sabelliani, qui „dicunt, eum unius ſubſtantiæ non conſub„ſtantialem, eoipſo tollentes Filium, neque „patibile corpus, quod Filius geſtavit pro uni„verſi mundi ſalute, Patri attribuimus, neque „tres ſubſiſtentias ſeorſim diſtinctas, ut corpo„raliter in hominibus fit, cogitamus, ne deo„rum pluralitatem ad inſtar gentium ſapere „videamur, ſed veluti ex fonte fluvius exor-

„tus non dividitur, tametſi duæ ſint ſpecies, „duo ſint nomina. Neque enim Pater Filius „eſt, neque Filius Pater: nam & Pater Filii „Pater eſt, & Filius Patris Filius eſt, ex Pa„tre quippe in Filium Deitas perenniter & in„diviſim continuatur, ait enim Dominus, *ex Pa„tre egreſſus ſum Joan.* 15. apud Patrem tamen „ſemper exiſtit, qui eſt in ſinu Patris, num„quam autem exinanitus eſt Filii Deitate Pa„tris ſinus. Cæterum abſit, ut opinemur con„ditum aliquid eſſe aut creatum conditorem „omnium Deum, eumdemque Dei Filium exi„ſtentem ab exiſtente, & unicum ex unico, cui „ut ab æterno ex Patre genito par gloria & po„teſtas. *Joan.* 14. Liquet igitur omnia a Filio „creata eſſe, ſed Filium nequaquam creaturam „eſſe, nam Paulus *Rom.* 11. dicit, eum *ante „fuiſſe*, id eſt, ante omnia exiſtere, non vero „ante omnia creatum fuiſſe. Verbum certe „creationis de omnibus dictum eſt, eſſe autem „ante omnia ſoli Filio congruit. Genitum igi„tur quiddam ſecundum naturam, & perfe„ctus ex perfecto exiſtit, ante omnes colles „natus, hoc eſt, ante omnem ſubſtantiam ra„tionalem, & Primogenitus omnis creaturæ, „ubi illum primogenitum, non creaturam di„cit, ſed fœtum Patris; alienum enim eſt a „Trinitate, ſi dicatur creatura, quoniam omnia „creata ſunt a Patre per eum, & ſolus Filius „e Patre genitus eſt, ideoque primogenitus eſt „omnis creaturæ Deus Verbum incommutabi„lis ex incommutabili: Ipſum autem corpus, „quod propter nos geſtavit, creatura cenſen„dum eſt, de quo loquitur Hieremias: *Crea-*

„vit

„*vit Dominus novum in fœmina*, hoc eſt in Ma„ria. Cæterum Spiritus ſanctus progreſſio Pa„tris ſemper eſt in manibus Patris, qui eum „mittit, & in manibus Filii, qui eum geſtat „per quem omnia replevit. Pater continens „in ſe eſſendi facultatem genuit Filium non „condidit, quaſi fluvium quemdam e fonte, & „germen ex radice, & radium e lumine, quas „res ipſa natura agnoſcit indiscretas eſſe, per „quem Patri gloria & imperium in ſæcula ſæ„culorum. Amen.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI

IN HOC DICTUM: OMNIA MIHI TRADITA SUNT A PATRE MEO, ET NULLUS COGNOSCIT FILIUM NISI PATER, AUT PATREM NISI FILIUS, ET CUI VOLUERIT FILIUS REVELARE.

§. I.

Monitum.

Oratio hæc eſt refutatio Arianorum, qui citato textu Evangelii *Matth.* 11. ad ſua falſa dogmata confirmanda abutebantur. Tempus, quo ſcripta fuit exacte determinari nequit, illud ſolummodo certum eſt, quod a S. Athanaſio ante mortem Euſebii Nicomedienſis, adeoque ante annum 343 exarata fuit.

§. II.

ANALYSIS.

ꝑplica- illius mnia hi tra- ta ſunt.

1. „Sectatores hæreſeos Arianæ Euſebius, cæ„terique ejus gregarii ex citato textu; „*Omnia mihi tradita ſunt &c. Matth.* 11. ajunt; „Si omnia illi tradita ſunt, fuit igitur, quan„do non habebat hæc omnia; ſi autem non „habebat, non eſt ex Patre, ſi enim ex Patre „fuiſſet, habuiſſet hæc omnia, utpote qui ex „ipſo Patre minime eſſet indigus, ut illa ac„ciperet. At ex illo ipſo dicto illorum inſa„nia refutabitur: non enim dominatus in res „creatas, ſed ſignificatio nonnulla diſpenſatio„nis denotatur: ſi enim cum hæc diceret, tunc „illi iſta tradita fuiſſent, nulla tum temporis „per Verbum creatio eſſe potuiſſet contra illud: „*Omnia in eo conſtituta ſunt:* ſin autem eodem „tempore, quo creabantur, data ſunt illi om„nia, non opus fuit traditione, ſiquidem om„nia per eum facta ſunt, & ſuperfluum erat „tradi illa Domino, quorum ipſe opifex erat. „Si poſt creationem tradita ſunt illi, Paterque „gubernaculis deceſſit, quo Filius rerum im„perium acciperet, in quorumdam fabulas „præcipitamur, nimirum eum, qui tradidit, „a traditione imperio defunctum eſſe. Aut ſi „habente Filio habet & Pater, dicendum erat: „aſſumptus ſum ut ſocius & particeps: cæte„rum illud multo magis abſurdum, non enim „indigus eſt Deus, neque per neceſſitatem aſ„ſumpſit Filium in opitulatorem, ſed quia Pa„ter Verbi eſt, ideo omnia per eum facit, &

„non

„non tradit illi res creatas, ſed per eum & in „eo res creatas procurat.

2. „Quapropter impiorum ſententia vana & „futilis eſt, & ſub iis verbis diſpenſatio re„rum per carnem gerendarum ſignificatur. „Poſtquam enim lapſus eſſet homo, & mors „invaluiſſet ab Adam usque ad Chriſtum, tunc „Deus hominum amator locutus eſt: quem „emittam, & quis proficiſcetur? tunc locutus „eſt Filius: Ecce ego, emitte me: quo tempo„re illi reſpondit Pater: Vade ergo. Tum de„dit illi hominem, ut ipſum Verbum caro fie„ret, carnemque aſſumptam in omnibus in„ſtauraret. Tradita enim ſunt illi ut medico, „qui ſanaret morſum ſerpentis, & ut vitæ, qua „excitaret mortuum: & ut luci, qua illumina„ret tenebras, & ut rationi, qua redintegra„ret vim rationalem. Poſtquam igitur factus „eſt homo, correcta ſunt omnia; terra benedi„ctionem obtinuit, paradiſus reſeratus eſt, in„fernus ſe metu contraxit, monumenta aper„ta ſunt reſurgentibus mortuis, portæ cœli „elevatæ ſunt, ut intraret ille ex Edom. Cer„te qua ratione ſibi omnia tradita eſſent. „Salvator indicavit per Matthæum, dicens: „*Venite ad me omnes, qui laboratis & one„rati eſtis, & ego reficiam vos.* Conſentit „cum iſtis etiam illud dictum: *Pater diligit Fi„lium, & omnia dedit in manus ejus. Joan.* 3. „dedit enim, ut quemadmodum per eum fa„cta ſunt, ita in eo omnia refici poſſint. De„cebat autem exordium creaturæ per eum fie„ri, ut eſſe poſſet; & inſtaurationem in eo fieri, „ut corrigeretur.

Quomodo omnia Chriſto tradita.

 3. „Quod-

3. „Quodſi denuo reſumendus eſt intelle„ctus iſtorum verborum, tradita ſunt illi, quæ „non habebat, antea enim homo non fuit, ſed „ideo factus eſt homo, ut hominem ſervaret; „& in principio Verbum caro non erat, ſed „poſtmodum factum eſt, & cum quod prius „non erat, factus eſſet, tradita illi ſunt om„nia. Cæterum ubi ſuam cum Patre indica„re vult unitatem, *omnia*, inquit, *quæcunque* „*habet Pater, mea ſunt*: non dixit: quæcunque „habet Pater, mihi dedit, ne aliquando non „habuiſſe argui poſſet; ſed dixit: *omnia mea* „*ſunt*, cum enim omnia conſtituta ſint in Pa„tris poteſtate, quæ eadem eſt Filii, in Filio „quoque conſtituta fuerint. Sicut ergo Pa„ter eſt ante omnem creaturam, ita etiam „ante creaturam habuit, quæ habet, quæ etiam „Filii quoque eſſe credimus, ſi enim in Patre „eſt Filius, ergo ſequitur, ut omnia, quæ Pa„ter habet, Filii ſint.

Quæ habet Pater, habet Filius.

4. „Sed dicunt ſi omnia tradita ſunt Filio, „deſiit ergo Pater eorum habere poteſtatem, „quæ in Filium alienavit. Verum ita ſegre„gant manifeſte unigenitum Dei a Deo, a quo „inſegregabilis eſt natura, verbisque illum di„rimunt homines inſani, qui non intelligunt „fieri non poſſe, ut lux a ſole disjungatur, in „quo naturaliter conſiſtit; nam illa verba: *quæ*„*cunque habet Pater*: Patris dominatum oſten„dunt: is vero: *mea ſunt*: inſeparabilem uni„tatem demonſtrant. Neceſſum igitur eſt, ut „intelligamus, in Patre eſſe æternitatem & „immortalitatem, eaque eſſe in illo non ut

„alie-

„aliena, ſed in eo & in Filio veluti in fonte „ſuo reſidentia. Cum ergo didiceris, quænam „in Patre ſint, tum te credere oportet, ea quo„que in Filio eſſe. Si igitur Pater creatura „eſt, idem de Filio ſentias: & ſi fas eſt dice„re de Patre: fuit, quando non erat, aut eum „ex nihilo prodiiſſe, dicantur eadem de Filio, „quodſi iſta impia ſunt, quæ de Patre dican„tur, impium quoque habeatur, eadem de Fi„lio ſentire, quæ enim Patris ſunt, eadem „ſunt Filii, & quemadmodum Pater habet vi„tam in ſemetipſo, ita dedit & Filio habere vi„tam in ſemetipſo: expreſſit autem hoc ver„bum, *dedit*, ut muneratorem Patrem intel„ligeres. Cæterum, uti in Patre eſt vita, ita „& in Filio eſt vita, ut indiviſibilitatem & æter„nitatem doceret: ideo enim bona cum cau„tione dictum eſt; *quæcunque habet Pater*, ut „Patrem nominans ipſe pro Patre non habere„tur, utpote qui non dixit: Ego ſum Pater, „ſed quæcunque habet Pater. Patrem igitur „habet o Ariani, & ipſe unigenitus Filius a „Patre appellatur, licet ſubinde etiam *Pater* „*futuri ſæculi* appelletur *Iſ.* 9. ita ſcilicet, ut „& Patris ſui Filius, qui ipſum genuit, ma„neat; unaque voluntas Patris & Filii, „idemque in rebus ſtatuendis conſilium ſit, „quoniam una natura eaque indiviſibilis eſt in „ambobus. Fruſtra igitur Ariani ſeipſos ſti„mulant, non intelligentes illud: *omnia quæ* „*habet Pater, mea ſunt*: ex eo enim Sabellii ſub„vertitur ſtoliditas, & Judæorum redarguitur „amentia: Inde enim fit, ut habeat vitam in „ſe Unigenitus ſicut Pater, & ſolus noverit

„Patrem, cum in ſe habeat Patrem, utpote „illius imago, ſermo vivus, potentia, ſapien„tia, ſanctificatio. Mirum igitur eſt, impios „iſtos nefaria audere garrire, qui nequidem „quæ in terra ſunt, queunt explicare: Ho„mines protervi, qui non tremunt eam glo„riam, in quam cupiunt angeli proni aſpicere, „& Cherubim ac Seraphim obvelata facie Ma„jeſtatem Dei labiis numquam ceſſantibus ex„tollunt, divinam & ineffabilem naturam tri„plici titulo ſanctitatis glorificantes.

iſagii nctus c. excatio.

5. „Sed dicunt: Angelos illos in primis vi„cibus exclamandi, Sanctus, maxima voce „uſos eſſe, in ſecundis autem non æque magna, „in tertiis autem ſubmiſſiori: & primam ſan„ctificationem propriam legitimamque eſſe, ſe„cundam autem inferioris notæ, tertiam au„tem gradatim deterioris conditionis eſſe. Ve„rum Apage hanc dementiam execrabilium „hominum, Trinitas enim undecunque lauda„bilis & venerabilis & adoranda una eſt & in„diviſibilis: conjunguntur autem una hæ ſan„ctificationes pro inſecabili illa unitate, in eo „enim ipſo, quo ampliſſima illa animantia ter„tio proferunt glorificationem, dum ajunt: „Sanctus, ſanctus, ſanctus triplici numero „tres perfectas, abſolutas integras perſonas „oſtendunt, quemadmodum ſub unica voce, Do„minus, unam ſubſtantiam declarant. Hæc eſt „vera doctrina, & verum ſignum argumentum„que, quod ita iſta inter ſe conſentiunt, neque „diſſident vel inter ſe vel inter Patres. Quæ „enim Moyſes docuit, eadem illa Abraham,

„Noe,

„Noe, Abel, Adam, qui ea ex Deo audie„rat, obſervarunt. Sancti igitur inter ſe con„ſonant, nam etſi temporibus diſtent, in id „tamen omnes contendunt, unius enim Dei „prophetæ ſunt, unumque & idem Verbum „concorditer prædicant.

6. „Nec obſtat, quod Sabbatum & circum„ciſio olim in veteri lege ſanctis præcepta non „amplius in nova lege obſerventur: nam „quamdiu prior ætas & creatio vim ſuam ob„tinebat, tamdiuo Sabbata ſuam obſervatio„nem habuerunt, verum ubi ſucceſſerat alia „generatio, aliusque populus jam creatus erat, „non neceſſe fuit, hunc novum populum prio„ris nationis obſervare finem, ſed exordium „potius ſecundæ creationis, eo ſcilicet tempo„re, quo Dominus reſurrexit. Priorem igi„tur creationem cum abſolviſſet Deus, quieti „ſe dedit, ac propterea Sabbatum in die ſepti„mo obſervabant homines illius generationis, „ſecunda vero creatio finem non habet, ideo„que neque quietem aſſumſit, ſed usque in „præſens operatur. Et ſane non principaliter „otii cauſa dedit Deus hominibus Sabbatum, „alias non imperaſſet proponere, offerre, ma„ctare Levitis, ſed ut Deum cognoſcerent, & „requieſcerent a peccatis. Sicuti igitur prio„ribus temporibus Sabbati diem ſervari voluit „in monumentum finis priorum, ita Domini„cum diem veneramur ut exordii monumen„tum ſecundæ reparationis. Quocirca & in „ſalutifera paſſione non apparuit ſol, indicans „finem prioris creaturæ adeſſe, & principium „alte-

Dies Dominica Sabbato ſubſtituta.

„alterius ſupervenire, quæ exortum ſuum
„Salvatore conſecuta eſt.

Circumcisio per Baptismum abrogata.

7. „Præterea circumciſio nihil denotabat,
„depoſitionem exuviasque detractæ nativit
„*Coloſſ.* 2. nam circumciſio figura erat e
„viarum, quæ per Baptismum deponuntur
„lamque in membris genitalibus juſſit fieri
„animadverterent circumciſi, circumciſio
„ſignum eſſe exuendæ vetuſtatis, Abrah
„enim, ubi Deo crediderat, circumciſionem
„cepit pro nota regenerationis, quæ per B
„tismum conficitur. Quapropter ubi ve
„rat res, quæ figura denotabatur, figura
„conquievit. Arbitror autem circumciſio
„ideo datam eſſe, quod Adamo dictum fi
„*Terra es, & in terram reverteris. Gen.* 3. Et q
„propterea corpus moriebatur, inde eſt, q
„partem corporis procreatricem juſſi ſunt n
„ctare, unde totius hominis circumcidendi
„cumciſio particularis delineatio fuit. Re
„autem conſtitutis videtur in totum circum
„ſio data eſſe, ut auferatur vituperium ter
„ſtemmatis ab Abrahamitis. Ablatum eſt e
„opprobrium delicti ad figuram ejus Baptis
„tis, quod in Chriſto perficitur, tunc enim
„parte fiebat, utpote ad umbram, nunc au
„ſicuti Apoſtolus ait, terrenam originem
„uentes per lavacrum Baptismi regeneran
„ne ulterius pro ratione priorum natali
„mortem oppetamus, ſed circumciſione
„qua corpus exuitur, & quæ nonniſi lava
„Baptismatis conficitur, viveremus: u
„quemadmodum dixit Dominus Joſue, *ab*
„v

„*vituperium Ægypti* (id eſt præputium) *hodier-*
„*na die a vobis*. *Joſ.* 5. Ita multo magis dici
„poterit unicuique eorum, qui baptizantur:
„In hac die abſtuli convitium terrenæ regene-
„rationis & opprobrium corruptionis mortis a
„te in hoc ipſo die.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI
EPISTOLA ENCYCLICA AD EPISCOPOS, SEU AD UBIQUE ORTHODOXOS CUM PER ARIANOS PERSECUTIO FIERET.

§. I.
Monitum.

Poſtquam S. Athanaſius ex ſuo exilio in Gallia reverſus fuerat, Euſebiani Imperatoris Conſtantii authoritate freti, Piſtum Arianorum Epiſcopum Alexandriæ conſtituebant. Cum vero S. Athanaſius & reliqui Ægyptii Epiſcopi acerbas contra hoc attentatum ubique querelas moverent, audientes hoc Euſebiani anno 341 Concilium Antiochiæ celebrabant, in quo in locum Piſti alium Arianum Epiſcopum Alexandrinum nomine Gregorium, vel ut alii vocant Georgium creabant, quem dux Philagrius Alexandriam deducebat, in cujus ingreſſu nefanda illa ſcelera patrabantur, quæ in hac Epiſtola encyclica ad omnes orthodoxos vivis coloribus a S. Athanaſio depinguntur.

§. II.

§. II.

ANALYSIS.

Canones obſervandi. 1. Sanctus Athanaſius poſtquam hiſtoriam Levitæ in ſua uxore injuriam paſſi ex Judic. cap. 19 attulit, ſubdit „ideo hujus hiſto„riæ mentionem fecimus, ut rebus ejus tem„poris cum præſentibus in comparationem „miſſis, in quibus tam immanis crudelitas eſt, „majorem quam illi indignationem adverſus „homines nefarios conciperetis. Nunc enim „univerſa Eccleſia injuria eſt affecta, & Sa„crarium contumelioſe habitum, & pietas „ab impietate perſecutionem perpetitur: nunc „totius Eccleſiæ membra divulſa ſunt. Obſe„cro itaque vos, ut quisque opem in commu„ne conferat, ne paulatim Eccleſiaſtici cano„nes & Eccleſiæ fides corrumpatur, quæ am„bo in periculum veniunt, niſi Deus veſtra „opera quam celerrime delicta caſtiget. Non „nupera aut novitia res eſt canonum Eccleſia„ſticorum inſtitutio, ſed a primis usque patri„bus per manus tradita eſt, & fundata in Ec„cleſiis. Ne igitur ea, quæ hactenus usque „ad noſtra ſæcula in Eccleſiis obſervata ſunt, „pereant, & quæ nobis concredita ſunt, a no„bis requirantur, agite fratres, ita animo ex„citemini, eumque zelum arripite, qui bonis „diſpenſatoribus myſteriorum Dei congruit, „nullo enim umquam tempore talia in Eccle„ſiam perpetrata ſunt, quæ ad iſtum modum „ſe habent.

2. „So-

2. „Solenniter nobis in pace convenienti- bus, populiſque hoc conventu lætis, & com- miniſtris ſacrorum ſecundum Deum vita & converſatione per Ægyptum, Thebaida, & Africam in melibus proficientibus, mutua- que erga nos charitate affectis, ecce ſtatim præfectus Ægypti publice edictum proponit, quibus declarabat Georgium Cappadocem pro ſucceſſore mihi datum ſatellitio Comitis in Cathedram introducendum. Fama iſtius ne- gotii perturbavit omnes. Major igitur ideo in templa populi confluxus, eoquod nullas querelas contra me habitas ſatis ſcirent, ne- minemque niſi Arianos cum Georgio eſſe, ipſumque Arianum eſſe, & ab Ariano Eu- ſebio miſſum eſſe cognoſcerent; ſcitis enim fratres Euſebium cum ſuis ſocios ſemper hæ- reſeos Arianorum fuiſſe, & per eos nobis perpetuo inſidias eſſe factas, operamque de- diſſe, ut in Gallias exulatum abirem. Po- pulus igitur indignari, & tum ad judices, tum ad univerſam civitatem proteſtari, nul- lam adverſus nos querelam ab Eccleſiaſticis notam eſſe, Arianorum opera hanc legum prævaricationem in Eccleſiam immitti. Sed ut demus, querelam aliquam adverſum me ſuſceptam eſſe, non tamen oportuit, in mei locum Arianum ſurrogari, ſed ſecundum Ec- cleſiaſticos canones congregatis populis una cum Spiritu ſancto, qui Epiſcopum conſti- tuant publice & in præſentia Clericorum Epiſcopum poſtulantium inquiſitionem fieri, atque ita omnia canonice peragi, non autem ad poſtulationem Arianorum, qui ab Eccle- „ſia

Georgius Arianus in ſedem Alex. intruditur.

„ſia alieni Epiſcopale nomen non verentur „emere, ſucceſſorem mihi dari, & per vim „judicum extraneorum in hanc dignitatem im„mittere.

Perſecutio Arianorum. 3. „Populis igitur graviter ferentibus iſta„rum rerum inſolentiam, ideoque in Eccleſiis „cætus facientibus, ne Arianorum perfidia „Eccleſiæ fidei admiſceretur, Philagrius jam „olim in Eccleſiam & virgines injurius præfe„ctus Ægypti olim transfuga noſtræ religionis, „Georgii conterraneus, fretus magiſtratus ſui „authoritate ethnicas tribus Judæosque atque „alios protervos homines adhortationibus „magnisque promiſſis perſolutis adverſus Ec„cleſiam inſtigatos cuneatim cum gladiis & fu„ſtibus contra populos in Eccleſias immittit. „Tunc Eccleſiis & Baptiſteriis flammæ injectæ. „Magnus igitur luctus per civitatem, cives „occlamare præſidi, eoquod virgines ſanctæ „nudatis corporibus nefaria paterentur, & ſi „obſiſterent, periculum capitis ingereretur, „monachi pedibus obtriti expirarent, alii fiſco „addicerentur, alii gladiis fuſtibusque macta„rentur, alii vulneribus male mulctati diſcede„derent. In ſacroſanctam autem menſam proh „quanta impietas commiſſa: vidiſſes. enim eos „aves & nuces pineas immolare, idola ſua „laudibus efferre, in D. N. Jeſum Chriſtum „convitia jacere; in ſacrum Baptiſterium Ju„dæos & ethnicos eam verborum factorumque „turpitudinem nudatis corporibus deſignare, „ut pudendum ſit relatu: nec defuere, qui vir„gines injectis manibus traherent, raptarent,

„&

„& ad blaſphemiam Dominique abnegationem „compellerent recuſantes conciderent, & pe- „dibus obtererent. In hoc genere introitus „Georgius lætus pro mercede Judæis & ethni- „cis in prædam Eccleſiam dabat: unde factum „eſt, ut & iſti obvia diriperent, illi in cellis „repoſita dividerent, magnamque copiam vini „aut ebiberent, aut effunderent, aut aſporta- „rent, oleum prædarentur, cancellos tanquam „rejectamenta geſtarent, candelabra ad parie- „tem deponerent, & cereos idolis immola- „rent.

4. „Præterea vidiſſes Presbyteros & laicos „in jus trahi, & in carcerem conjici, alios fiſ- „co addici, alios flagellis cædi, panes ſacrifi- „ciorum miniſtris & virginibus interdici. Hæc „autem ſub Paſcha in ſacra quadrageſima acta „ſunt, ubi Georgius arrogatis ſibi moribus „Caiphæ cum Præſide Pilato contra pios Chri- „ſti cultores debacchabatur. Certe ipſo die „Paraſceves ingreſſus in quamdam Eccleſiam „cum duce ethnicorum populorum, authorem „ſe illi præbuit, ut eadem hora triginta qua- „tuor virgines & matronæ, itemque viri inge- „nui publice flagellis cæderentur, & in vincula „conjicerentur, inter quos virginem quamdam „Pſalterium manibus retinentem publice fla- „gellari juſſit, ereptus virgini a carnifice liber, „ipſa autem in carcerem recluſa eſt.

5. „Præterea in ea Eccleſia, in qua ego „potiſſimum per eos dies commorabar, nihil „non egerunt, ut me interceptum de medio tol- *Perſecutio contra S. Athanaſium.*

 „le-

„lerent, nec aliter eveniſſet, niſi gratiam Chri„ſti auxiliatricem expertus fuiſſem, ego enim „me furtim populis ſubduxi, memor verbi „Salvatoris noſtri: Si vos perſecuti fuerint in „hac civitate, fugite in aliam: noveram enim „ex iis, quæ adverſus primam illam Eccleſiam „perpetraverant, nihil ſceleris eos in iſtam „Eccleſiam omiſſuros, ubi ne ipſam quidem „Dominicam diem ſanctiſſimi feſti ulla in reve„rentia habuere, quo minus eoipſo tempore, „quo Dominus omnes ex mortis vinculis aſſe„ruit, homines ejus Eccleſiæ in vincula conji„cerent, nam Georgius, credo ex mandatis „Euſebii, vinculis Chriſtianos ad luctum com„plorationemque cogebat. Hoc genere vio„lentiæ Præſes Eccleſias diripuit, direptas„que Georgio & furioſis Arianis tradidit. „Quin & naucleris non exigua vis adhibita eſt „a Georgio, dum alios opera Præſidis in tor„mentis habet, alios vero in carcerem conji„cit ea de cauſa, ut & ipſius ſceleribus me„tuerent contradicere, & literas ab eo defe„rendas acciperent. Inſuper induxit crude„liſſimum præſidem, ut decretum ſub populi „nomine adverſum me odioſiſſimis verbis con„ſcriptum ad pientiſſimum Imperatorem Con„ſtantinum mitteret, unde non ſolum exilium, „verum mille mortes expectandas putes. Is „autem, qui decretum ſcripſit, transfuga eſt „noſtræ religionis, & idola gentium adorat, „qui autem litteris iſtis ſubſcripſerunt, ethni„ci ſunt: verbo talis perſecutio adeſt, qualis „numquam antea adverſus Eccleſiam obor„ta eſt.

6. „Nam

6. „Nam in ſuperioribus perſecutionibus „non deerat Baptismi copia, hæc autem Ba„byloniorum impietatem æmulatur: uti enim „illi Danielem, ita Georgius eos, qui domi „orationes faciunt, ad Præſidem defert, & „miniſtros ſacrorum infenſiſſime obſervat, adeo „ut ex iſta violentia multi deſtituti inopia Bap„tismatis periclitentur, multique ſine viſitato„ribus agrotent & lamententur, acerbiorem „ſibi calamitatem quam morbum arbitrantes, „populique ſacrorum miniſtris abactis præop„tant potius, ita ægrotare & periclitari, quam „ut Arianorum manus ſibi imponi ſuſtineant. *Sacramenta Catholicis ſubtracta*

7. „Uti igitur Arianus eſt Georgius, ita & „ab Arianis miſſus eſt, eumque nemo in Epi„ſcopum poſtulavit niſi ſoli Ariani, isque meri„to a vobis excommunicatus eſt, eaque cauſa „eſt, cur eum Ariani pro Epiſcopo mittant & „Eccleſias in ſuam poteſtatem redegerint, ut „Arianismi ſuſpicionem vitarent. Verum hic „quoque fruſtrati ſunt, nemo enim Eccleſiaſti„corum hominum Georgio ſe adjunxit excep„tis hæreticis, cæterisque ob crimina ſua ab „Eccleſia ejectis, iisque qui metu Præſidis „communionem ſimulant. Certe fratres noſtri „Romæ anno ſuperiori, cum necdum ſcelera „iſta acceſſerant, pro ultione ſumenda Conci„lium celebrari voluerunt, & rem perfeciſſent, „niſi Euſebiani Eccleſiam turbaſſent, nosque „intercipere conati eſſent, ut libere ſine repre„henſore in ſceleribus ſuis pergerent. *Georgius excommunicatus.*

8. „Obſecro igitur vos, ne tanta facinora „negligenda putetis, neve inclytam Alexan-

„drinorum Eccleſiam hæreticorum pedibus „conculcari ſinatis. Certe iſta indignitas re„rum in cauſa eſt, quod populi ſacerdotesque „ſeorſim ſine Synaxibus vivant; taciti quidem „ob vim præſidis animo tamen impietatem „Arianorum execrantes. Si igitur aut ipſe „Gregorius, aut alius quis ipſius nomine ad „vos ſcribat, ne recipiatis, fratres, illorum „litteras, ſed oblatas disrumpite, eorumque „tabellarios ut impios adminiſtros ejicite. „Quodſi formulam pacificatoriam ſcribat, ne „illam quoque recipiatis, metu enim præſidis „violentiaque Georgii ad eas perferendas com„pulſi ſunt, qui ſane quod Arianus ſit, inſi„tiari non poterit, Ammon enim litterarum „ejus ſubſcriptor jam olim a B. Alexandro an„te me Epiſcopo ob multa mala ab Eccleſia „ejectus eſt. Ob hæc omnia quæſo reſcribite, „& impios condemnate, ut ſacerdotes, qui „hic ſunt, populique orthodoxam veſtram re„ligionem zelumque veſtrum adverſus malos „conſpicientes de veſtra gaudeant concordi „fide, iſtique ſcelerum Authores veſtris litteris „vel ſero errorem ſuum dedoceantur, & pœni„tudine capiantur.

S. ATHA-

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI APOLOGIA CONTRA ARIANOS.

§. I.

Monitum.

Apologia hæc contra Arianos in omnibus manuſcriptis codicibus Apologia ſecunda intitulatur, licet ante reliquas apologias brevi tempore ante ſecundum ſuum ex exilio reditum conſcripta fuerit; quæ vero de exilio Liberii & Hoſii in fine leguntur aliena manu adjecta ſunt. Occaſio ſcribendi hanc apologiam hæc fuit. Poſtquam S. Athanaſius ex decreto Concilii Sardicenſis, & Imperatorum Conſtantis & Conſtantii Alexandriam ad ſuam Eccleſiam redux expertus fuiſſet, quod Ariani antiquas ſuas calumnias de occiſo a ſe Arſenio, fracto calice, & reliqua recoquerent, & ubique divulgarent, hanc apologiam edidit, in qua diverſas epiſtolas & acta publica ad vindicandam ſuam innocentiam collegit, unde hæc apologia in duas partes dividi poſſet, prima continet Epiſtolas ſynodales, & alias cauſam S. Athanaſii concernentes, ſcriptas ab anno 340 usque ad annum 350 in quibus calumniæ Euſebianorum in conciliabulo Tyrienſi contra eum confictæ refutantur. Altera pars complectitur hiſtoriam Meletii, Iſchyræ, Arſenii ab anno 300 usque ad annum 338, ab Euſe-

bianis contra eumdem S. Athanaſium in vulgus ſparſam, quorum mendacia hic refelluntur.

§. II.

ANALYSIS.

Athaſius in- cens clara-

1. „Ego arbitrabar poſt tanta pro noſtra defenſione documenta adverſarios meos latitaturus, cæterum quandoquidem damnati & convicti erubeſcere queunt, neceſſarium video, ut vobis me purgem, quo repudiatis ſuſurris ſcelera & falſas illorum criminationes condemnetis. Vobis quidem ſinceris hominibus ratio meæ innocentiæ reddenda, litigioſis vero ſua ipſorum argumenta opponenda ſunt. Nam quod ad nos attinet judicatum eſt ſæpius ſecundum nos. Primum quidem in noſtra provincia, cum ad id coiſſent propemodum centum Epiſcopi. Secundo Romæ nobis cæteriſque adverſariis Euſebii ad ejus criminoſas litteras in judicio comparentibus. Tertio iterum in magno Sardico Concilio ad edictum Religioſiſſimorum Principum Conſtantii & Conſtantis, in quo judicio ita ceciderunt adverſarii, ut habiti pro calumniatoribus depoſitionem exauctorationemque ordinis ſui retulerint, noſtram vero innocentiam plures quam trecenti Epiſcopi comprobarint, qui ex multis provinciis Ægypti, Libyæ, Pentapolis, Palæſtinæ, Arabiæ, Iſauriæ, Cypri, Pamphyliæ, Lyciæ, Galatiæ, Daciæ, Myſiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epiri, Theſſaliæ, Achajæ, Cretæ, Dalmatiæ, Siſciæ Panno-

„nia-

„niarum, Norici Italiæ, Picini, Thuſciæ, „Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutiorum, „Siciliæ, Africæ univerſæ, Sardiniæ, Hiſpa„niarum, Galliarum, Britanniarum eo ſe ad „Concilium contulerant, adeo ut Urſatius „quoque & Valens cum antea ſe pro calum„niatoribus geſſiſſent, pœnitere ſe ſui facti „proteſtarentur. Quæ igitur pro noſtra inno„centia ſcripta ſunt ab Epiſcopis in diverſis „Synodis, & primum in Ægyptiaca, ſunt „hæc.

Sancta Synodus Alexandriæ congregata ex Ægypto, Thebaide, Lybia, Pentapoli, omnibus ubique Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopis ſalutem.

2. „Poteramus quidem ſtatim ab initio con„flatæ in Athanaſium criminationis, „deinde poſt ejus Alexandriæ ingreſſum re„ſpondere ſuper fictis criminibus Euſebiano„rum: ſed quia arbitrabamur, eos vultum „ſubmittere maxime poſt viri exilium, & tan„ta pericula, quibus minimo minus perierat, „niſi humanitas Imperatoris obſtitiſſet. Ve„rum tot malis necdum exſatiari potuerunt, „ſæviunt denuo & in Eccleſiam & in Athana„ſium, ægre ferentes illius liberationem: Ec„ce enim rurſus Imperatoris aures contra nos „irritant, quo Athanaſium e medio tollant, ho„micidia ei objicientes, quæ numquam facta „ſunt. Rem igitur aggrediemur, eorumque „calumniis occuremus. Cædes omnino nulla

S. Athanaſius homicidii non eſt reus.

„neque ab Athanaſio neque per Athanaſium „commiſſa eſt: carnifici neminem unquam „Athanaſius dedidit, neque carcerem vinctis „tradendis fatigavit, neque cædem ulli aut „exilium irrogavit, ipſe autem ab iſtis in exi„lium actus eſt, quinimo judicum acta & dam„natos a Præfecto, ut ipſi ſuis ſcriptis faten„tur, ad Athanaſii culpam referunt, cum „tamen Athanaſius per id tempus nondum „Alexandriam ingreſſus fuiſſet, & per Syriam „in itinere ab exilio reverteretur. Quodſi lon„ginqua abſentia excuſationem affert, nequis „reus habeatur, quin præfectus Ægypti ali„quid facit. Quid Athanaſio remotius a cri„mine, qui ſi vel in ipſa Alexandria fuiſſet, quid „tamen illi quæſo cum negotiis præfecti? at„qui in illis locis non erat, neque ad ea, quæ „acta ſunt a præfecto, res eccleſiaſticæ oc„caſionem dederunt, uti ex actis vobis trans„miſſis apparet. Igitur id ſolum agunt, ut tol„lantur e medio orthodoxi, quo jam inde cum „ſecuritate prædicent, quidquid libuerit, im„pietatis Patronis.

thana- ıs cano- ce ele- is.

3. „Et certum rem ita ſe habuiſſe, cum „enim Arius ab Eccleſia per Epiſcopum Alexan„drum ejectus eſſet, Euſebiani diſcipuli pariter „& ſocii impietatis ſemetipſos ejectos eſſe ar„bitrantes multis adhortationibus Alexandro „ſcripſerunt, ne Arium extra Eccleſiam relin„queret. Alexandro autem hominem impium „non recipiente in Athanaſium ejus diaconum „iras avertunt, & quia eum aſſiduum eſſe „apud Alexandrum animadverterent, & quia

„jam

„jam antea ejus pro Chriſto pietatem in Syno-
„do Nicenſi, ubi cum magna libertate contra
„Arianam hæreſin diſſeruerat, experti eſſent,
„in graviſſimum odium exarſerunt: ubi vero
„Deus eum ad Epiſcopatum provexerat, vete-
„rem malitiam refoventes, veriti illius ortho-
„doxam mentem, & in reſiſtendo robur, con-
„jurationes in eum coquebant, Princepsque
„hac in re Euſebius fuit. Cæſarem igitur
„contra Athanaſium irritant, & poſtremo Ty-
„ri in concilium coierunt, & conſtitutionem
„Athanaſii Epiſcopatus tamquam non legiti-
„me celebratam arrodunt, & ajunt, poſt obi-
„tum Epiſcopi Alexandri ſex aut ſeptem Epis-
„copos clanculum eum in Præſulem elegiſſe.
„Hæc Imperatoribus ſcripſere, nos autem con-
„tra cum tota civitate, & univerſa provincia
„teſtamur, omnem populum catholicæ Eccle-
„ſiæ in unum coactum clamoribus poſtulaſſe,
„Athanaſium Eccleſiæ Epiſcopum dari. Por-
„ro quod noſtrum plerique Athanaſium Epiſco-
„pum creaverint, nos ipſos in teſtes offeri-
„mus, quibus major quam illis, qui tunc ab-
„erant, & nunc mentiuntur, fides haberi de-
„bet, quamquam nihil ea re impeditus Euſe-
„bius creationem vituperat, homo qui ipſe
„potius Epiſcopus creatus non eſt, aut ſi um-
„quam jus Epiſcopi habuit, idipſum rescidit,
„utpote qui relicto Beryto Nicomediam ſe
„transtulerit, illam cathedram præter legem
„deſtituens, iſtam vero nulla lege invadens.
„Ejusdem etiam vanitatis ſunt, quæ fingunt,
„fuiſſe ſcilicet in Athanaſii introitu ſeditiones
„& populorum lamentationes indigne feren-

 „tium

„tium illius creationem; nihil tale contigit, „ſed potius omnia contraria, gaudia ſcilicet „populorum & gratulationes ad Dominum: „Miniſtri autem & Clerici ita eum intueban„tur, ut illum diem omnium fauſtiſſimum ar„bitrarentur, noſtram autem, qui Epiſcopi „ſumus, jam antea teſtati ſumus lætitiam, „cum quidquid ei acciderit, nobis videtur ac„cidere.

ynodus yrienſis ncilia- dum.

4. „Jam cum ipſi in re certa contraria di„cant, quam fidem merebitur illorum Syno„dus (*Tyrienſis*) quam pro ſe tantopere jacti„tant, qui ita inſultant actis, quæ nec vide„runt, nec judicarunt, tamquam maxime ea„rum rerum conſcii, quomodo ipſi in ſuis actis, „ob quæ ſe conventus habuiſſe dicunt, veri „haberi poterint? Quis enim ibi conventus „Epiſcoporum veri ſtudioſus? quis non ex „plerisque noſter inimicus? nonne Euſebius „Euſebianique ſtudio Arianismi ad id conci„lium perrexerunt, reliquis ejusdem ſententiæ „ad ſe adductis? nonne Euſebius Cæſarienſis „de immolatione idolorum a noſtris confeſſo„ribus accuſatus fuit? nunquid non de Geor„gio probatum fuit, eum ab ordine ſui Sacer„dotii a beato Alexandro rejectum fuiſſe? „nonne cæteri de aliis criminibus cenſuram „paſſi ſunt? Quo jure igitur iſti contra nos „Synodum conſtituere potuerunt? aut qua „fronte talem conventum Synodum appellare „audent, cui comes præſedit, & ubi ſpicula„tor apparebat, & carcerarius pro diaconis „Eccleſiæ adventantes introducebat: ubi co„mes

„mes verba faciebat, cœteri comiti obſequium „accommodabant: ubi quod communiter Epiſcopis placuit, impediebatur, & Euſebianorum ſententiis ipſe comes inſerviebat.

5. „Jam ſi, quid in accuſando ſit actum, quæras, longe majori admiratione capieris. Arſenium quemdam occiſum ab Athanaſio criminabantur, & poculum myſticum fractum „eſſe. At Arſenius iſte in vita ſupereſt, & „ipſe ſeſe confitetur vivere idque in litteris „ſuis ad noſtrum Athanaſium perſcripſit, quem „Arſenium quoad licuit in alium orbem transtulerunt, occiſuri illum libenter, ut Athanaſium de certa cæde convictum occidere poſſent; ſed divinæ providentiæ gratiæ agendæ „ſunt, quæ Arſenium ſub omnium oculis vivum „produxit, figmenta eorum ſua præſentia retegentem, & in noſtro grege converſantem.

Athanaſius Arſenium non occidit.

6. „Cum igitur nihil culpæ in Athanaſio „reperirent, comesque ſumma vi plura contra Athanaſium moliretur, ille ad Imperatorem aſcendit, deprecans, ut legitima Epiſcoporum Synodus indiceretur, aut ipſe ſuam „audiret defenſionem. Imperator rei indignitate motus, Synodum indici jubet. Euſebiani autem ubi comparuiſſent nihil inter accuſandum de objectis Tyri criminibus meminere, ſed frumentum ab Athanaſio naveſque „detentas calumniati ſunt, quod frumenti deportationem ex Alexandria Conſtantinopolim „impedire poſſet. Hic cum Athanaſius ad „tantas calumnias ingemiſcens affirmaret, eas „fal-

Athanaſius de frumento retento falſo accuſatur.

„falſas eſſe, nec fieri poſſe, ut homo privatus „& pauper tantum virium haberet, Euſebius „dejeravit Athanaſium perquam opulentum „eſſe, & ſatis virium ad iſta omnia patranda „habere. Sed Dei gratia Principis animum „religioſum ad clementiam retraxit, ut ſatis „haberet, pro morte exilium irrogare.

[A]thana[ſi]us cali[ce]m ſan[ct]um non [fr]egit.

7. „Porro poculum myſticum, quod aut „quonam in loco a Macario fractum eſt? At„qui Athanaſium ne accuſatores quidem auſi „fuiſſent ejus criminis inceſſere, niſi ab ipſis „ſubmiſſi fuiſſent. Sed tamen illi ſummam „ejus criminis in Athanaſium referunt, quod „ne in Macarium quidem, qui victus non eſt, „referri non debet: nec pudet eos coram „catechumenis & ethnicis ita de myſteriis tra„gicari, cum nefas ſit, myſteria gentibus pro„dere, ne per imperitiam ea ſubſannent, aut „catechumeni per curioſitatem ſcandalizentur. „Sed tamen quodnam poculum, quo in loco, „aut apud quos comminuit? Meletiani ſcili„cet ſunt hic accuſatores, homines fide in„digni, & Schiſmatici, & hoſtes Eccleſiæ jam „a temporibus B. Petri & Achillæ ejus ſucceſ„ſoris & Alexandri, quos calumniati ſunt, ſicut „modo Athanaſium calumniantur: Quippe lo„cus, in quo confractum poculum jactitant, „Eccleſia non erat, nec quiſquam Presbyte„rorum ei loco vicinus, nec dies Dominica, „ubi ſolum myſticum poculum aſſervatur, „Presbyter autem, qui fingitur adfuiſſe eſt ille „toties rumoribus jactatus Iſchyras, qui ne„que ab Eccleſia electus eſt Presbyter, neque „cum

cum a Meletio conſtitutos Presbyteros Alexander in Eccleſiam recipiebat, in eo numero habitus fuit. Quo pacto igitur Presbyter Iſchyras? aut quo tandem authore conſtitutus? numquid ſcilicet a Colytho? ſed Colythum in gradu Presbyterii mortuum, omnemque ejus manuum impoſitionem reſciſſam, omnesque ab eo conſtitutos in laicorum ordinem redactos eſſe, apud omnes conſtat. *Iſchyras non fuit Presbyter.* *Colythus invalide ordinavit.*

8. „Cum igitur Iſchyras Tyri pro calumniatore habitus nihil probare poſſet, promittunt, ſe aliquos ex ſuis Mareoten amandaturos, qui rem curioſe ſcrutarentur, quos nos rejiciendos multis de cauſis docuimus, quod Ariani eſſent & nobis infenſi. Verum illi clam emittunt Diognium, Marim, Theodorum, Macedonium, Urſacium & Valentem. Hic igitur cum accuſatore Iſchyra & præfecto Ægypti Philagrio, in Mareotam abſcedunt, & ſoli quæſtionibus incumbunt, ac coram ethnicis hominibus quæſtiones de Eccleſia, de calice, de menſa Domini habuere, ac ethnicos in quæſtione de myſtico poculo in teſtes citaverunt, & ſicuti Tyri comes erat cum militari ſatellitio, nihil quod illis diſpliceret fieri permittens ita & apud Mareotam, nulli permiſit ex vero teſtimonium dicere. Atque hæc res cum Alexandri Theſſalonicenſis Episcopi animum permoviſſet, ſcripſit ad eos, qui Tyri adhuc commorabantur, nihil niſi per conjurationem & calumniam cum Athanaſio agi: quin etiam ipſe Iſchyras in ſua ad Athanaſium epiſtola teſtatur, ſe ſubornatum eſſe, *Mareotica prava inquiſitio.*

„ut

„ut hæc fingeret. Ejusdem rei teſtes ſunt om-
„nes Mareotæ Presbyteri, qui comites Atha-
„naſio in itineribus fuere, & qui tum contra
„Iſchyram ſcripſere, quibusque nec tunc, cum
„Tyrum veniſſent, permiſſum fuit, volunta-
„tem loqui, neque cum Mareotæ remanerent,
„conceſſum fuit, ut Iſchyram calumniatorem
„refellere liceret. Quin etiam in epiſtola Pa-
„tris Imperatorum Conſtantinus non ſolum ca-
„lumniam de Arſenii morte confictam deteſta-
„tur, verum etiam in crimine myſtici poculi
„valde admiratur tam verſipellem calumnian-
„di inconſtantiam qua nunc Macarium pres-
„byterum, nunc Athanaſium Epiſcopum de
„calice confracto incuſarint, ac proinde Mele-
„tianos iterum calumniatores, Athanaſium
„vero innocentiſſimum pronuntiat. Quomo-
„do non pro calumniatoribus Meletiani haben-
„di ſunt, & præcipue Joannes, qui ubi ipſe
„ſuam de calice confracto Sycophantiam agno-
„viſſet, advertens Euſebianos cum Meletianis
„coire, obtulit ſuam veluti in ſcena hiſtrioni-
„cam operam ad eam fabulam agendam, cu-
„jus argumentum erat Arianorum Agon.

Athanaſius frumentum pauperum ſibi non arrogavit.

9. „Verum quid ulterius obtrectationum
„paſſus ſit Athanaſius neceſſarium relatu eſt,
„ut vel hinc deprehendatis, nihil illos aliud
„niſi cædem viri quærere. Frumentum daba-
„tur a Patre Imperatorum in alimentum vi-
„duarum partim Libycarum partim Ægyptia-
„rum, quod etiamnum accipiunt, Athanaſio
„nihil inde niſi laborem referente. Interim
„accuſatur Athanaſius, quod univerſum fru-
„men-

„mentum divenditum in ſuos uſus ſepoſuiſ-
„ſet : certe hoc Imperator iſtorum calum-
„niis inductus in ſuis litteris conqueritur. Qui
„igitur calumniatores niſi Arianorum fautores,
„qui ab Eccleſia frumentum abalienare, &
„transferre ad alienos ſatagunt, quo viro ne-
„cem molirentur, & a Clero Eccleſiæ alimen-
„ta averterent, ut ea hæreticis in prædam ce-
„dant, quod etiam teſtimonia comminiſtrorum
„noſtrorum, qui in Libya, Pentapoli, & Ægy-
„pto degunt, confirmant.

10. „Nos igitur veſtræ prudentiæ gratias
„agimus, quod ſæpius anathemate Arianos
„notaſtis, in proximo autem jam eſt, ut ex
„rerum documentis appareat, quales Euſebia-
„ni ſunt: Ecce enim poſt prima eorum de
„Arianis ſcripta aperte jam Arianos contra Ec-
„cleſias irritant, Epiſcopumque illis conſti-
„tuunt, eaque paſſim ſcribunt, quæ & hæ-
„reſin commendant, & Eccleſiam convitiis
„lacerant, ut ex litteris eorum ad Romano-
„rum Epiſcopum ſcriptis deprehendere pote-
„ſtis. Oramus ergo veſtram in Chriſto pru-
„dentiam, ut recipiatis hanc de Athanaſio
„conteſtationem, communionem ejus admit-
„tite, & zelum contra Euſebianos induite, nec
„illis aurem præbeatis, ſi denuo ad vos con-
„tra Athanaſium ſcribant, quidquid enim ab
„illis proficiſcitur falſum eſt, etiamſi Ægyptio-
„rum Epiſcoporum nomina epiſtolis ſuis aſcri-
„bant, certum enim eſt, eſſe Meletianos ſchis-
„maticos & ſeditioſos. Quin & Euſebiani ad
„Julium Romanum Epiſcopum ſcripſerunt, &
„Syno-

Athanaſi ab omni bus com municandum.

„Synodum juſſerunt convocari, & ipſi arbi-
„trium cauſæ detulerunt. Cum igitur Ro-
„mam perveniſſemus, Julius continuo ad Eu-
„ſebianos ſcripſit, miſſis duobus Presbyteris
„Elpidio & Philoxeno; illi vero ubi noſtram
„Romæ præſentiam audiviſſent, rejecto itine-
„re inanes tergiverſando cauſificationes com-
„menti ſunt, eoquod ingenti metu detineren-
„tur, ne de iisdem criminibus, quæ Valens
„& Urſatius confeſſi erant, ipſi quoque con-
„vincerentur. Presbyter deinde Viton plu-
„res Epiſcopos quam quinquaginta in conci-
„lium adduxit, ubi & noſtra defenſio recepta
„eſt, nosque digni habiti ſumus communione
„& agape, magnaque indignatio exorta eſt
„contra Euſebianos, quibus Julium ſcribere
„juſſerunt. Scripſit igitur Julius & miſit lit-
„teras per Gabianum comitem.

Epiſtola Julii

Julius Diacono Flacillo, Narciſſo, Euſebio, Mari, Macedonio, Theodoro, cæterisque, qui nobis ex Antiochia ſcripſerunt ſalutem.

Euſebiani concilium Rom. ſubterfugerunt.

11. „Legi epiſtolam veſtram, miratusque
„ſum, contentioſe a vobis & non ut
„decuit, reſcriptum eſſe. Faſtus enim ſcri-
„bentium in epiſtola apparebat. Atqui alie-
„na ſunt iſta a fide in Chriſtum. Ecce certe
„cum litteras veſtras evolverem, eas ſuppri-
„mendas putavi, ea ſpe, quod crederem ali-
„quos ſaltem veſtrum adventuros: cæterum
„ubi

„ubi nullus ſupervenerat, neceſſum fuit, ut „eas proferrem. Credite mihi, omnes admi„ratione pleni vix induci poterant, ut crede„rent, iſtiusmodi litteras a vobis profectas „eſſe, in quibus rixandi potius, quam chari„tatis affectus eminebat. Certe ſiqui etiam „offenſi eſſent, non oportuit, ut offenſiones „ſuas ſcriptis proderent. Et ſane qua in re „vobis, quibus ſcripſi ſuccenſionis cauſam præ„bui? an quia adhortati vos ſumus, ut ad Sy„nodum occurreretis. Atqui illud potius cum „gaudio excipi oportuit, qui enim bene ſen„tiunt de iis, quæ egerunt, non indignanter „ferre ſolent, ſi quod ab ipſis judicatum eſt, „ab aliis excutiatur, quippe qui ſecuri ſunt de „juſtitia ſui judicii: quocirca Epiſcopi in „magna Synodo Nicææ congregati non ſine „Dei conſilio permiſerunt prioris Synodi acta „in alia Synodo examinari. Deinde ipſi ve„ſtri legati Martyrius Presbyter & Heſio„chus concilium indici poſtularunt, litteras„que ad Euſebianos & Athanaſium Alexan„driam, quibus convocarentur mitti, ut co„ram omnibus juſto judicio de cauſa cognoſci „poſſet: ſi ergo hi, qui a vobis pro gravibus „viris habiti fuere, authores mihi fuerint, ut „vos convocarem, certe id a vobis ægre ferri „non debuit, ſed potius alacriter ad citatio„nem occurrere.

12. „Deinde ſi ut ſcribitis inconcuſſam ha„bet authoritatem quælibet Synodus, & con„tumelioſe agitur cum judice, cujus judicium „ab aliis examinatur, conſiderate quinam ſint, *Nicæna Synodus non reprobanda.*

„qui Synodum improbant & aliorum judicata „reſcindunt. Certe Ariani a B. Alexandro „Alexandrino Epiſcopo ob impietatem ad cau„ſam dicendam citati non ſolum a ſingulis ci„vitatibus rejiciebantur, ſed ab omnibus in „concilio Nicæno congregatis anathemate fe„riebantur, & tamen iidem nunc denuo in „Eccleſias recipi perhibentur. Athanaſius con„tra & Marcellus plurimos habent, qui eorum „innocentiam tuentur, Marcelli enim fides Ni„cææ ſpectata eſt, cum Arianis contradiceret; „ibidem quoque Athanaſii ſinceritas in tuenda „fide ſpectata fuit, qui nec Tyri condemnatus „eſt, nec Mareotæ præſens fuit, ubi contra „eum abſentem in lite contra jus proceſſum „eſt. Non igiturr a nobis vilipenditur Syno„dus, ſed ab illis qui Arianos in ea condem„natos recipiunt.

[A]riani [a]lios [E]piſcopa[tu]s ſe [tr]ansfe[re]nt.

13. „Præterea nos flammam discordiæ ac„cendiſſe falſo in veſtris litteris objicitis, qui „compatimur cum patientibus fratribus, & „omnia ſecundum canonem facimus, ſed illi „accendunt, qui contentioſe violato canone „trecentorum Patrum decreta prævaricantur, „& per omnia Synodum Nicænam contemtui „habent, cnm non ſolum Arianos recipiant, „ſed jam in uſu habeant de loco in locum ad „Epiſcopatus capiendos tranſilire. Si igitur „parem honorem in omnibus Epiſcopatibus „cenſetis eſſe, neque ex magnitudine civitatum „honorem ejus creſcere arbitramini, oportuit „eum cui concredita eſt parva civitas, perma„nere, & huc accedere, ut res ad finem de„ducatur.

14. „Sed

14. „Sed fortaſſe dies conſtituti temporis „brevior, quam par erat, impedimento fuit, „hanc enim querimoniam in litteris veſtris „facitis. Sed hoc pro mera cavillatione pu„tandum eſt, ſi enim aliquos in itinere dies „oppreſſiſſet, brevitas temporis accuſari po„tuiſſet: jam cum illi, qui nec ipſi venire vo„luerunt, & Presbyteros usque ad menſem „Januarii, ne venirent, detinuerunt, liquido „ápparet, iſtam cauſam eorum hominum eſſe, „qui ſibi non ſatis confidunt. Sed eſto tem„pus in cauſa fuerit, cur non venerint, non „oportuit illis ipſis temporibus vos præbere „authores ſchiſmatis, luctus & lacrymarum „in Eccleſia, nam qui talia agunt, oſtendunt, „non tempora ipſorum profectioni, ſed con„ſcientiam obſtitiſſe. *Terminus Synodi celebrandæ non brevis fuit.*

15. „Admiror quoque eam partem epiſto„læ, & neſcio quomodo ſcribere potuiſtis, id „vobis ægre eſſe, quod Euſebio cum ſuis dun„taxat, & non omnibus vobis ſcripſerim. Ve„rum cum non aliunde litteras contra Atha„naſium accepiſſem, quam a Martyrio & He„ſychio, neceſſario illis reſpondi, qui ſcripſe„rant contra Athanaſium. Tametſi vero ſolus „ſim, qui ſcripſi, non meam tamen ſolius ſen„tentiam, ſed omnium Italorum Epiſcoporum „ſcripſi. *Julii litteræ ſententiam omnium Italorum referunt.*

16. „Quod autem non temere aut injuſte „ſuſceperim in communionem Athanaſium & „Marcellum, ratio eſt. Scripſere prius Euſe„bius cum ſuis contra Athanaſium, ſcripſiſtis *Julius juſte Athanaſium in commu-*

 „&

nem „& vos in præſentiarum: ſcripſere etiam plu-
cepit. „rimi ex Ægypto & ex aliis provinciis Epiſ-
„copi pro Athanaſio: litteræ vero veſtræ ad-
„verſus Athanaſium inter ſe pugnant. Quodſi
„veſtris litteris fidem dari poſtulatis, æquum
„eſt, & litteris eorum, qui pro eo ſcribunt,
„fidem non abnegare, & maxime quod vobis
„a patria ejus longe diſtantibus, illi qui in iiſ-
„dem locis cum Athanaſio degunt probum te-
„ſtimonium de vitæ ejus innocentia perhibent,
„affirmantes eum nonniſi fictis criminibus op-
„primi. Quin & Arſenius dictus ab Athana-
„ſio interfectus, quem jam cognovimus in vi-
„ta eſſe, & cum Athanaſio amicitiam fovere,
„affirmat, ea quæ acta ſunt Mareotæ, in ab-
„ſentia alterius partis acta fuiſſe, neque enim
„ibi adfuiſſe Macarium Presbyterum, qui rea-
„tum ſuſtinebat, neque ejus Epiſcopum Atha-
„naſium, uti ex monumentis actorum per Mar-
„tyrium & Heſychium allatis cognovimus,
„oportebat autem non ſolum accuſatorem
„Iſchyram ſed & reum præſentem ſiſti. Ac-
cedit teſtimonium Alexandri Theſſalonicenſis
Epiſcopi, & aliorum Presbyterorum & Dia-
conorum, unde juſtum erat, „ut Athana-
„ſium con condemnaremus, & pro vero Epiſ-
„copo haberemus, maxime cum etiam annum
„totum & integros ſex menſes apud nos hæſit,
„qui ſane judicio non ſtetiſſet, niſi ſui fiduciam
„habuiſſet.

gorii 17. „Qui igitur contra canones agunt niſi
tio non „illi, qui ſolum ad triginta ſex ſuffragia An-
onica. „tiochiæ externum hominem Epiſcopum ſalu-
„tarunt,

„tarunt, eumque militari manu Alexandriam „deduxerunt, & tunc quidem cum Athanaſius „ab exilio jam rediiſſet? Non eſt iſtud pie fa„ctum, non ex jure, non Eccleſiaſtice. Quin„imo quæ feruntur acta in introitu Gregorii, „oſtendunt, qualis fuerit ordo in ejus ordina„tione, ubi virgines denudatæ & alia patra„ta, ut vi cogerent nonnullos ad conſtitutio„nem Gregorii approbandam. In Mareote „quoque quæſtionem habitam fuiſſe de calice „& menſa in præſentia præfecti & ejus co„hortis aſſiſtentibus tum Ethnicis tum Judæis. „Atqui ne Presbyteris quidem adeſſe permit„titur in myſteriis, cum tamen ipſi quoque ſa„crorum adminiſtri ſint. Jam quis non exe„cretur coram Ethnicis & Judæis quæſtionem „de ſanguine & corpore Chriſti haberi? nam „ſi delictum perpetratum fuiſſet, oportebat de „eo in Eccleſia inquiri ſub legitimis Clericis.

18. „De Marcello autem vobis ſtudui ſigni„ficare, eum, cum huc veniſſet affirmaſſe, „falſa eſſe, quæ de ſe in litteris veſtris ſcripta „eſſent, ſed tamen, cum a vobis poſtularetur, „ut de fide diceret, tanta cum fiducia per ſe „reſpondit, ut nemo non perciperet, eum ni„hil a veritate profiteri alienum, quod & no„ſtri Presbyteri in Concilio Niceno præſentes, „conteſtati ſunt. Anne ergo eum non merito „pro Epiſcopo habemus? Dico ergo ea quæ „a vobis acta ſunt, non eſſe pacis ſed ſchisma„tis, non enim ſolus Athanaſius & Marcellus, „ſed & alii Epiſcopi ex Thracia, Cæloſyria, „Phænicia, & Palæſtina huc convenere ad

Marcellu orthodoxus.

„Concilium & inter reliqua conqueſti ſunt,
„vim & injurias Eccleſiis illatas eſſe.

'thana- us a oncilio rdi- nſi reci- tur.

19. „Hæc cum Romæ Synodus per Julium „Romanum Epiſcopum ſcripſiſſet, improba ite„rum audacia Euſebiani in Eccleſiis pertur„bandis uſi ſunt. Quod cum reſcitum eſſet „a religioſiſſimis Imperatoribus Conſtantio & „Conſtante juſſi ſunt Epiſcopi orientis & occi„dentis Sardim convenire; verum Euſebius „interea diem ſuum obiit. Nos igitur pluri„mis convenientibus, eos qui cum Euſebio „communicaverant, in judicium provocavi„mus, illi vero, quibus in oculis erant ſua „delicta, conſpectis ſuis accuſatoribus magno„pere judicium exhorruere: cum enim omnes „ſe legitime ſiſterent, Euſebiani ſecum comi„tes Muſonianum, Heſychium & Caſtritium „adduxerunt; ſed cum ſine comitibus conci„cilium ageretur, diu eos nobis provocantibus „metu prohibiti, ne ſe in conſpectum darent, „fugitatione cum dedecore ſuas ſycophantias „manifeſtarunt. Synodus autem ſancta dam„nata illorum ſuſpecta fuga noſtram excuſatio„nem recepit, cognitumque eſt eos concilium „ne coram in facie convincerentur, exhorruiſ„ſe, dictumque a pleriſque, ideo eos fortaſſe „ex oriente ad Concilium veniſſe quod Athana„ſium minime venturum arbitrarentur, nunc „vero quia illum cum ſuis præſto vident judi„cio ſe committere non audent. Nos igitur in „communionem receperunt, ſocios autem Eu„ſebii depoſuerunt, Theodorum Heraclienſem, „Narciſſum ex Neroniade, Acacium Cæſarien-

„ſem,

„ſem, Urſacium & Valentem ex Pannoniis, & „Manophantum Epheſum, Georgium ex Laodicea, & ſcripſerunt ad omnes ubique terrarum Epiſcopos, & ad ſingulas paræcias „eorum, qui injuriam paſſi erant ad iſtum modum.

Epiſtola Concilii Sardicæ congregati e Roma, Hiſpaniis, Galliis, Campania, Calabria, Apulia, Africa, Sardinia, Pannoniis, Daciis, Norico, Siscia, Dardania, ſecunda Dacia, Macedonia, Theſſalia, Achaja, Epiro, Thracia, Rhodope Palæſtina, Arabia, Creta, Ægypto.

20. „Etiam antequam reciperemus litteras „veſtras nobis compertum fuit, anteſignanos Arianorum multa & gravia magis „in exitium ſuarum animarum, quam in Eccleſiam molitos eſſe. Certe fratris noſtri & „Coepiſcopi Athanaſii innocentiam vi opprimere conati ſunt, & jam coram intuentes, „quam non poſſent de iis rebus juſta documenta afferre, cum eſſent in urbe Sardica, non „auſi ſunt in concilio Sanctorum Epiſcoporum „apparere. Qua ex re æquitas judicii fratris „& Coepiſcopi noſtri Julii apparuit, adeo ut „nihil relinquatur dubii de communione fratris noſtri Athanaſii, adducentis octoginta „Epiſcopos veros teſtes pro ſe in judicium. „Illud quoque veſtra charitas conſpiciat, poſt „Athanaſii ad Synodum Sardicenſem adventum orientales citatos fuiſſe, verum illos ſua

„conſcientia prædamnatos tergiverſari incepiſſe, poſcentes, ut innocentes quaſi nocentem a noſtra communione ſummoveremus; „atque adeo acta Mareotæ nonniſi a ſceleratis „per abſentiam alterius partis confecta eſſe. „Quin & alia calumnia de Arſenio occiſo manifeſte refutata eſt. Valete igitur, & recipite „veſtrum Epiſcopum Athanaſium, & Aphtonium, & Athanaſium Capitonis filium, & „Platum & Plutionem compresbyteros noſtros, „ut innocentes crimine liberatos. Quæ autem „decreta ſunt a ſancta Synodo in Theodorum, „Narciſſum, Stephanum, Acacium, Demophantem, Urſacium, Valentem & Georgium „anteſignanos Arianæ hæreſeos, ex iis quæ „ſubjuncta ſunt cognoſcetis. Quæ epiſtola Synodi cum ſubſcriptione plurimorum Epiſcoporum hic recenſetur.

Epiſtola Synodi Sardic. ad Africanos.

Tres epiſtolæ Conſtantii Imp. ad Athanaſ.

21. „Hæc igitur cum præcepiſſet religioſiſſimus Imperator Conſtantius, nos ad ſe accerſiri juſſit, & ſeorſim ad fratrem ſuum beatum Conſtantem ſcripſit, ad nos quoque ſemel, iterum ac tertio litteras miſit, in quarum prima S. Athanaſius invitatur, ut ſecure conſpectui quamprimum ſuam præſentiam „offerat, ut ſuis reſtituatur, quod idem in ſecunda & tertia epiſtola repetitur.

S. Athanaſ. ſedi ſuæ reſtituitur.

22. „His igitur litteris acceptis, pergit „S. Athanaſius, Romam aſcendi, Eccleſiam „& Epiſcopum aditurus, nam Aquilejæ tum „temporis eram, cum has litteras accepi. Ingens igitur gaudium in Eccleſia fuit, Pontifexque Julius, ut gratularetur noſtræ reſtitutio-

„tutionis litteras ad Eccleſiam miſit, nos au-
„tem quacunque tranſivimus, cum pace ab
„omnibus Epiſcopis deducti ſumus. (ſequuntur
„hic litteræ gratulatoriæ Julii) Cæterum cum
„jam ad Imperatorem veniſſem, ait Athanaſius,
„ille nos ſereno ſinceroque vultu intuitus in
„patriam & Eccleſiam remiſit, cum iſtis lit- *Epiſtola Conſtantii pro reſtit. Athanaſii.*
„teris, quarum primæ datæ ſunt ad Epiſcopos
„& Presbyteros Catholicæ Eccleſiæ: Secun-
„dæ directæ ſunt ad populum Alexandrinæ
„Catholicæ Eccleſiæ; in tertiis ad Neſterium,
„& Auguſtamnicæ Thebaidis & Africæ Præfe-
„ctos directis, ea quæ prius adverſus Athana-
„ſium decreta erant per calumnias Euſebii,
„jubentur abrogari, & tolli de tabulis ducis &
„Præfecti Ægypti, miſſusque ea de cauſa Eu-
„ſebius decurio, qui de tabulis ſuſtulit. De-
„ductus igitur cum ſuis ad hunc modum Atha-
„naſius in peragranda Syria Syros & Palæſti-
„nos Epiſcopos convenit, qui Synodo Hiero-
„ſolymis coacta ſinceriter eum cum ſuis exce-
„perunt, & cum pace deduxerunt, ſimulque
„litteras ad Africanos & Ægyptios Epiſcopos
„& Alexandrinos Presbyteros ſcripſerunt, &
„Athanaſium recommendaverunt, quæ litte-
„ræ hic ab eo referuntur.

23. „His conſpectis de ſe jam deſperantes
„Urſacius & Valens Romam profecti peccata
„ſua cum pœnitentia confeſſi ſunt, gratiamque
„facti poſtularunt, litterasque & ad Julium ve-
„teris Romæ Pontificem, & ad nos quoque
„(Athanaſium) miſerunt, quorum exempla mi-
„hi transmiſſa ſunt a Paulino Epiſcopo Tybu-

„ris. Quas ambas Epiſtolas hic iterum S.
„Athanaſius refert, & deinde pergit.

rigo hismatis Ieletiani & Aria- æ hære- s.

24. „Scripta igitur hujusmodi fuere; tale-
„que Epiſcoporum judicium pro nobis datum
„eſt. Ut autem ſciri poſſit, nihil per gratiam
„in mea cauſa actum eſſe, neque quemquam
„ad id per vim coactum, rem ab ipſo primor-
„dio repetam. Petrus apud nos ante perſecu-
„tionem Epiſcopus, & in perſecutione Mar-
„tyr declaratus Meletium Epiſcopum Ægypti
„nominatum multis convictum criminibus &
„inprimis quod idolis ſacrificaſſet, in communi
„Epiſcoporum Synodo depoſuit, Meletius au-
„tem non ad Synodum confugit, ſed ſchisma
„fecit, adeo ut illius ſectatores etiam nunc
„pro Chriſtianis Meletiani vocitentur, ac jam
„tunc in Epiſcopos convitia dicere cæpit, &
„primum Petrum, deinde ejus ſucceſſorem
„Achillam calumniatus eſt, & poſt Achillam
„Alexandrum. Interim dum hæc ageret
„Meletius, etiam Ariana hæreſis emerſit.
„Cæterum ea in Synodo anathemate damnata
„eſt, Arianique rejecti ſunt, Meletiani autem
„aliquo modo recepti ſunt, neque neceſſum
„eſt, ut ejus rei cauſam dicam. Nondum
„quinque menſes præterierant, cum B. Ale-
„xander mortem obiit; Meletiani autem rur-
„ſus Eccleſias perturbare cæperunt. Euſebius
„igitur propugnator Arianæ hæreſeos re cogni-
„ta ad illos litteras dat magnisque promiſſis
„ſocietatem clanculum init. Quapropter pri-
„mum ad nos litteras hortatorias ſcribit de
„Ario recipiendo, ſed ita ut ſine ſcripto mina-
„retur,

„retur, ſcriptis autem ſpeciem rogantis præ„ſeferret. Verum ubi illi reſponſum eſſet, hæ„reſeos inventores damnatos ab univerſi orbis „Concilio minime recipiendos eſſe, Cæſarem „beatæ memoriæ Conſtantinum inducit, ut mi„hi cum minis ſcriberet, ut niſi Arium reci„perem, mitteret continuo cum ſuis mandatis, „qui me deponerent, & in alium locum de„portarent.

Athanaſius a Conſtantino in patriam remittitur.

25. „Hic cum ego Cæſari perſuaſiſſem, nul„lam eſſe debere Eccleſiæ Catholicæ cum hæ„reſi Chriſti oppugnatrice communionem, tunc „tempus obveniſſe arbitratus Euſebius litteras „ad Meletianos ſcribit, ut ſcelera ea de nobis „fingerent & ſpargerent, quibus ſe adverſus „Petrum, Achillam, & Alexandrum exacue„rant. Sed cum plurima captantibus nihil re„periretur, ex ſententia Euſebianorum tale „crimen per Iſionem, Eudæmonem, & Callini„cum de ordinariis linteis ementiuntur, quaſi „ego canonem hunc tributi Ægyptiis induce„rem, & primus omnium exigerem. Sed id „fruſtra fuit; Presbyteri enim noſtri Apis & „Macarius, qui ibi forte præſentes aderant, „eos audiente Imperatore de calumnia vice„runt. Imperator autem damnato Iſione me „datis litteris ad ſe accerſit: re vero cognita „Euſebius iis author eſt, ne loco ſe moveant. „Ex ejus proinde conſilio rem apud Cæſarem „novis criminibus tentant, accuſantes Maca„rium de calice: mihi autem non quodvis „crimen, ſed quod maximum omnium eſt im„poſuere, quaſi hoſtis Imperatoris crumenam

„auri

„auri cuidam Philumeno miſiſſem. Imperator „igitur Pſammathiæ cauſa audita illos quidem „merito ut calumnioſos rejecit, nos autem in „patriam redeuntes, cum ejusmodi epiſtola ad „populum Alexandrinum data & hic relata re„miſit.

Hiſtoria de calice fracto.

26. „His ita actis cum aliquantisper quie„viſſent Meletiani denuo infeſtius inſurgentes „conſilium tale inierunt. Mareotis regio quæ„dam Alexandrina eſt, ubi Meletius quondam „ſchisma inducere non potuit. Cum igitur ibi „Eccleſiaſtici certas ſuas ſedes obtinerent, & „Presbyteri Synaxes in Eccleſia celebrarent:, „populusque in quiete eſſet, Iſchyras quidam „uti nequaquam Clericus ita moribus impro„biſſimus conatus eſt ſui pagi incolas decipe„re, jactans ſeſe clericum eſſe. Id ubi reſci„viſſet ejus loci Presbyter, mihi tunc Eccle„ſias perluſtranti renuntiavit. Ego igitur il„lum cum Macario Presbytero ablego ad Iſchy„ram accerſendum, quem cum morbo de„cumbentem in cubiculo inveniſſent, patri in„junxere, ut filio denuntiet, ne tale quod de „eo ferebatur, tentaret. Ille autem, ubi a „morbo ſurrexiſſet, & ab amicis atque a ſuo„metipſius patre coerceretur, ad Meletianos „confugit, qui re cum Euſebianis communi„cata hujusmodi calumniam compoſuerunt: „calicem a Macario fractum, Arſenium autem „Epiſcopum a me interfectum eſſe, Arſenium„que ut calumnia ſuccederet in abditis ha„bent, quo ſi nusquam appareret, occiſus eſſe „crederetur: interim illi manum cujusdam

„tam-

„tamquam ex ejus corpore reciſam ad oſten„tationem circumferebant, & Iſchyram, quem „noverant, ut Presbyterum celebrare, ut cum „de calice loqueretur, authoritate tituli com„modior ad fraudem eſſet. Ibi cum Iſchyras „a ſuis reprehenderetur, ad nos lamentabun„dus acceſſit, nihil quidpiam inquiens tale fa„ctum eſſe a Macario, qualia jactitabant, ſed „ſe ſubornatum eſſe a Meletianis ad iſtud flagi„tium comminiſcendum, quapropter & iſta „quoque ſcriptis protulit, in quibus fatetur „vim ſibi factam eſſe ab Heraclide; ab Iſaac „porro Letois & ſociis ejus etiam verberibus „cæſum eſſe.

27. „Hæc cum ita confeſſus eſſet Iſchyras, „adverſarii mei rem ad Imperatorem Conſtan„tinum detulerunt, qui rejecta de calice Sy„cophantia Antiochiam litteras ad Dalmatium „Cenſorem miſit, ut cognoſceret de cauſa ho„micidii Arſenii. Cenſor igitur mihi perſcri„bit, ut me pararem ad criminis defenſio„nem; ego autem certiores ejus rei facio „comminiſtros noſtros in ſacris per Ægyptum, „& Diaconum amando, qui de Arſenio co„gnoſceret, quem intra quinque vel ſex an„nos omnino non videram: is primum qui„dem in Ægypto, dum ibi occultaretur, re„pertus eſt, poſtmodum eumdem Tyri ſe ab„ſtrudentem noſtri invenerunt, & quod mire„ris, repertus noluit ſe agnoſcere Arſenium „eſſe, niſi in judicio a Paulo ejus loci Epiſco„po convictus ſeipſum negare non eſt auſus. „Cum igitur ſcripſiſſem Cæſari, Arſenium re- *Calumnia de nece Arſenii.*

„per-

„pertum eſſe, inhibuit judicium Cenſoris, lit-
„teraſque miſit, quibus noſtri calumnias im-
„probabat, Euſebianoſque ad ſe in Oriente
„contra nos venientes re infecta abire juſſit.
„Quod autem me de cæde Arſenii accuſarint,
„teſtatur Alexandri Theſſalonicenſis Epiſcopi
„epiſtola hic relata. Eum vero occultatum
„fuiſſe, ut cædem veriſimilem facerent, te-
„ſtantur ejus familiares, quorum Pinnes Pres-
„byter domicilii Ptemengyris reperto Arſenio
„ad Joannem hiſtrionem Arſenium vivere
„ſcripſit. Idem teſtatur Imperator Conſtanti-
„nus, & ipſe Arſenius in ſuis epiſtolis ad Atha-
„naſium ſcriptis & hic relatis. Majus autem
„argumentum nos calumniis impetitos fuiſſe,
„Joannis pœnitentia demonſtrat, cujus teſtis
„fuit ipſe Imperator Conſtantinus, qui cum
„ſciret, qualia crimina Joannes ad ſe detuliſ-
„ſet, litteraſque ejusdem jam pœnitentis ac-
„cepiſſet, reſcripſit, laudans eum quod cum
„Athanaſio in concordiam venerit.

Acta in concilio Tyri. 28. „Hunc finem habuit conſpiratio. Me-
„letiani igitur cum pudore receſſerunt, Euſe-
„biani autem ne ita quidem quieſcere potue-
„runt, ſed Meletianos denuo in nos exaſpe-
„rant, iterum Imperatori Synodum Tyri in-
„dicendam perſuadentes, ad quam & comes
„Dionyſius miſſus eſt, Euſebianisque ſatelli-
„tium militare additum: Eodem Macarius ſed
„vinctus deductus eſt, mihi ſcribitur, ut ad-
„ſim, & niſi venirem invitus adducerer: fue-
„runt autem ex Ægypto & Lybia & Penta-
„poli Epiſcopi prope centum, quorum nemo
„nos

„nos inſimulavit, neque Presbyter ullus con-
„queſtus eſt, neque quisquam nobis ex po-
„pulo obtrectavit, ſed Meletiani & Ariani ita
„inſidias inter ſe partiti ſunt, ut iſti accuſa-
„ſationem, illi officium judicandi ſibi vendi-
„carent. Nos igitur Euſebianos ut inimicos
„nobis ob hæreſin ab hac lite rejecimus, &
„accuſatorem noſtrum Iſchyram docuimus,
„nullo modo Presbyterum haberi potuiſſe, uti
„ex Breviario Meletii Epiſcopo Alexandro
„dato apparet, in quo nulla eſt Iſchyræ men-
„tio. Proinde gratia Dei victoriam retulit,
„neque enim de calice Macarium convincere
„potuerunt, & Arſenius vivus aſtabat: Pres-
„byteri item Alexandriæ & Mareotes de
„falſitate confracti calicis teſtati ſunt, &
hoc idem Philagrio Præfecto Ægypti, Epi-
ſcopis Tyri congregatis; item Dionyſio comiti
nuntiatum, uti ex epiſtolis hic relatis mani-
feſtum eſt.

29. „Cum res ita ageretur ab iis tamquam *Athanaſius relegatur & reſtituitur.*
„e concilio injurioſorum receſſimus, quod enim
„libuit fecere: ſed tamen ea, quæ inaudita
„altera parte fiunt, nihil habere roboris nemo
„mortalium ignoraverit. Euſebiani autem
„hanc legem mutare auſi ſunt, non enim ſta-
„tim a principio iſta ſeorſim ſine reliquis age-
„re tentaverunt, ſed tunc demum cum coram
„a me in præſentia refutati ſuccubuiſſent; quo
„cognito Conſtantinus Epiſcopos Tyri congre-
„gatos ad inſtantiam Athanaſii ad ſe accer-
„ſivit. Quibus cognitis conſcii ſuorum faci-
„norum, cæteris Epiſcopis a profectione re-
„ten-

„tentis ſoli Euſebius, Theognius, Patrophi-
„lus & alter Euſebius, Urſacius & Valens
„principem adierunt absque ulla mentione ca-
„licis aut Arſenii, deerat enim illis ejus rei
„fiducia, ſed aliud crimen commentitium de-
„tulerunt, Athanaſium ſcilicet minatum eſſe
„ſe impediturum, quo minus frumentum ex
„Alexandria in patriam cæſaris deveheretur,
„idque Epiſcopos Adamantium, & alios ex eo
„audiviſſe. Emicuit ibi Cæſaris ira, ut inau-
„dita cauſa efferbuerit & nos in Gallias rele-
„garit: quæ relegatio eorum ſcelera magno-
„pere oſtendit: Certe beatus Conſtantinus mi-
„nor memor ſcriptorum patris ſui, dum nos
„patriæ reſtitueret, de eorum impietate in ſua
„epiſtola clarum teſtimonium dedit. Nihil au-
„tem in mea cauſa per gratiam factum eſſe,
„ſed omnia bono jure & merito oſtendunt
„eximiarum urbium Epiſcopi, qui & verbis
„mihi patrocinati ſunt, & exilia ſuſtinuerunt,
„in quorum numero eſt & Romanus præſul
„Liberius, qui quamquam non usque ad finem
„exilii mala perpeſſus eſt, biennium tamen in
„ea transmigratione perduravit, non ignarus
„ſycophantiarum, quas patiebamur. Nec non
„& Hoſius ille magnus, nam etſi Oſius minis
„Conſtantii conterritus von videbatur Euſebia-
„nis contradicere, vis tamen illa & tyrannica
„Conſtantii poteſtas ſatis oſtendunt, minime
„eum in noſtri condemnationem conſenſiſſe, ſed
„Senii imbecillitate imparem verberibus ad
„tempus ceſſiſſe. Teſtimonia igitur tot ac ta-
„lium Epiſcoporum digna ſunt fide & abunde
„ſufficiunt ad noſtram innocentiam oſtenden-
„dam. S. ATHA-

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI EPISTOLA DE NICÆNIS DECRETIS.

§. I.

Monitum.

In hac epiſtola ſeu potius libro circa annum 354 ſcripto S. Athanaſius defendit decreta Concilii Nicæni, & ejus circumſtantias notatu dignas obſervat, & defendit vocabulum Conſubſtantialis, quod Concilium Nicænum merito in ſua fidei formula adhibuit.

§. II.

ANALYSIS.

1. „Sciſcitanti tibi quæ in Concilio Nicæno „acta eſſent, nullam moram interponendam putavi, quin ſtatim uti res geſta eſſet „perſcriberem. Ita nimirum in Nicæna Synodo cum Euſebio, ejusque gregalibus actum „eſt, cum principio in hæreſi ſua contumaces „in Deum bella meditarentur. Epiſcopi contra qui convenerant (erant autem illi plus „minus trecenti) placide poſtulabant, ut ſuorum dictorum rationes redderent; illi autem „vix inceperant hiſcere, cum jam improbarentur. Epiſcopi igitur, formulam ſanæ fidei „conceperunt, omnibusque ſubſcribentibus, „ſub- *Formulæ Nicænæ Euſebiani ab initio ſubſcripſerunt.*

„ſubſcripſerunt & ipſi Euſebiani iis verbis, quæ „nunc culpant; loquor autem de vocabulis „ſubſtantia & conſubſtantialitate, approbantes „Dei Filium nullo modo creaturam eſſe, ſed „fœtum Verbumque ex Patris ſubſtantia. „Quodque majoris admirationis eſt, Euſebius „ex Cæſarea Palæſtinæ, cum pridie abnegaſ- „ſet, in eamdem tamen ſententiam poſtridie „ſubſcripſit. Qnapropter ex revocatione ſub- „ſcriptionis nihil niſi pertinaciam Euſebiano- „rum colligas, quos in ſingulis ipſorum verbis „profligemus.

nſub- ntiali- s Filii ſendi- r.

2. „Ajunt igitur: non ſemper Filius, quo- „niam non erat Filius priusquam exiſteret, „quin ex non entibus & ipſe quoque extitit, „quapropter Deus non ſemper fuit Filio ſuo „Pater, ſed tunc demum Pater factus eſt, ubi „Filius & eſſe incepiſſet, & creatus eſſet. Crea- „tura ſiquidem eſt verbum, externum diſſimi- „leque Patri, quantum ad ipſius ſubſtantiam „pertinet: neque enim verbum naturalis & ve- „rus Filius Patris eſt, ſed res condita quique „abuſive nuncupatur Verbum & Sapientia, ea- „dem enim ratione in Deo fuit, quam cætera „omnia, ac proinde verus Filius haberi non „debet. Sed mihi ante omnia libet ex iſtis „ſciſcitari, cujus rei ſignificationem nomen Fi- „lii offerat, nam ſacræ Scripturæ duplicem „innuunt, unam, cujus mentionem facit Jo- „annes cap. 1. *Dedit illis poteſtatem Filios Dei* „*fieri.* Altera ſignificatio eſt, qua Iſaac Abra- „hæ filius appellatur. Si ſecundum priorem „ſignificationem Filium Dei eſſe Filium vo-

„lunt,

„ſunt, nihil diverſum a nobis habuit Chriſtus: „nam tametſi, uti ajunt, eoquod prædeſtinatus fuerit eum talem evaſurum, anticipaverit „ſtatim cum exortu ſuo nomen Filii, nihil tamen ab illis differet, qui poſt virtutis profectum eamdem appellationem conſecuti ſunt. „Sed fortaſſis dicent, ſe ad iſtum modum putare Filium prærogativam præ aliis habere, „unigenitumque appellari, eoquod unus ille „a ſolo Deo conditus ſit, cætera vero omnia „a Deo per ipſum creata ſint. Verum quis affirmet, Patrem ſuamet opera Filium ſolum condidiſſe, cætera autem non item? Ipſe eſt, „qui per Verbum ſuum omnia & magna & parva „facit, nec res creatæ diſtinguendæ, ut dicas, „has eſſe creaturas Patris illas Filii, cum omnia ſint unius Dei Verbo quaſi manu propria „omnia facientis. Si autem ideo Filius Dei „creatus eſt, quia cætera indomitam vim manus Dei in fingendo perferre nequiverant, ut „a Filio quaſi ſuccenturiato ſubminiſtraque vel „miniſtro crearentur, quomodo ergo Filius ſolus potuit vim divinæ manus dum ipſe crearetur perferre? Jam ſi ut creaturæ exiſterent, „opus fuit mediatore, & creatura quoque eſt „Filius, oportuit etiam ante ipſum Filium mediatorem aliquem interceſſiſſe, ut Filius in rerum naturam venire poſſet: huic vero rurſum mediatori utpote creaturæ alius mediator adhibendus fuit, ut & ipſe quoque procrearetur, & ſic mediatorum ſeries in infinitum abibit. Quodſi dicunt: Filium tametſi „creaturam idoneam tamen fuiſſe, qui ab ingenito crearetur. Verum ſi hoc concedas,

 „neceſ-

„neceſſario ſequitur, omnes creaturas ab ipſo„met ingenito condi potuiſſe.

Verbum a creaturis differt.

3. „Nunc age videamus num ipſorum im„pium commentum longe quam reliqua abſur„dius videri debeat. Adam ſolus a ſolo Deo „per Verbum ejus factus eſt, non tamen ideo „plus eum habere quam cæteros homines di„xeris; nec obſtat, quod tempore prior eſt, „quamdiu certum habetur, nos omnes eadem „manu Dei creatos eſſe. Si ergo Ariani eo„dem modo de Filio ſentitis, quod eadem ra„tione creatus ſit, nihil certe ei, quod ad na„turam attinet, eximium a cæteris rebus tri„buetis, cum & ipſe aliquando non fuerit, & „jam ſit, atque ex virtute Filii nomen obti„nuerit: quandoquidem unus eorum haberi „debet, de quibus dicitur: *Ipſe mandavit & „creata ſunt.* Quis enim ille eſt, cui Deus „mandavit, ut Filius crearet, cum in eo ope„ra omnia condantur? Atqui aliud Verbum „non poteritis oſtendere, præter id, quod ab„negatis, niſi novum iterum ſophisma exco„gitetis.

Chriſtus non eſt Filius Dei per participationem.

4. „Quin jam, inquiunt, excogitatum ha„bemus: ſcilicet ideo Chriſtum prærogativas „præ aliis habere, Deique Filium & unigeni„tum appellari, eoquod ipſe ſolus ſit particeps „Patris, cætera vero de ipſo participent. Ve„rum cum & nos ejusdem Dei, cujus ille, filii „appellamur, certum eſt, nos quoque ejus Pa„tris conſortes eſſe, cum ita loquatur: *Filios „genui & exaltavi:* quodſi ille nos genuit, ejus

„con-

„conſortes ſumus: neque differentiam addit, „quod ille plus adeptus ſit, & prius genitus, „nos autem minus, & ſerius, quamdiu ejus- „dem Dei participes cenſebimur.

5. „Reſtat igitur ut vocabulum Filii in „alium intellectum interpretemur, & ſicut „Iſaac Abrahæ filius intelligitur, ita quoque „Chriſtum Filium Dei intelligamus: quod „enim naturaliter ex aliquo naſcitur, neque „aliunde adoptatur, id pro filio agnoſcit na- „tura: Atqui Deus Pater non quidem huma- „no more ſed impartibiliter Filii ſui Pater exi- „ſtit, & Filius & unigenitus eſt, & ſolus dun- „taxat in ſinu Patris, eumque ſolum ex ſe ge- „nitum eſſe Pater declarat, cum inquit: *Hic* „*eſt Filius meus dilectus.* Idem ille Ratio & „Patris ſui eſt, in quo eamdem illam impati- „bilitatem & impartilitatem, quæ in Patre eſt, „intelligere debemus, ſua enim hominibus „ratio nec per paſſionem nec per diviſionem na- „ſcitur, tantum abeſt, ut Dei rationem ita na- „tam eſſe arbitreris; ideoque & ipſe ſedet ad „dextram Patris, ut Verbum illius & Ratio, „ubi enim eſt Pater, ibi & ejus Ratio. Igitur „quod ex Deo ut propria ejus ſoboles naſcitur, „dici non poteſt ex non entibus exiſtere: De- „inde natalium fides maxime in ea ſimilitudi- „ne, quæ parentibus cum liberis eſt, conſti- „tuitur: Verum quia nemo Filium novit, niſi „Pater, nemo Patrem quiſquam niſi Filius, „ideo ſancti viri, quibus id revelatum eſt a „Filio ſimilitudinem ex rebus viſibilibus nobis „reliquerunt, cum dixerunt, eum ſplendorem

Chriſtus eſt Filius Dei naturalis.

„gloriæ, & formam ſubſtantiæ Patris eſſe. „Quis autem vel cogitare poterit, non fuiſſe „aliquando ſplendorem ſoli, ut auſit dicere, „non ſemper fuiſſe Filium, nec antea fuiſſe, „quam naſceretur? aut alienum a Patris ſub„ſtantia eſſe, cum audit filium loquentem: *Qui* „*videt me*, *videt & Patrem meum.*

Illud: Dominus creavit me, explicatur.

6. „Sed fortaſſe reſpondebunt: nos legi„mus in Proverbiis: *Dominus creavit me initium* „*viarum ſuarum. Prov.* 8. Verum vox illa „*creari* de Chriſto dicitur homine facto: ut „enim Filio Dei convenit perpetuo eſſe, & „in ſinu Patris eſſe, ita quoque homini facto „probe conveniebat ea vox: Dominus creavit „me. Quemadmodum ergo dum audimus eum „Dominum & Deum & lumen verum eſſe, in„telligimus eum ex Patre eſſe: Ita quoque „æquum eſt, dum audimus de eo hanc vocem, „creavit me, illud non imputari Divinitati, „cum id minime conveniat, ſed carni admeti„ri, quam propter nos geſtavit. Et hæc qui„dem ſufficiant ad hæreſin Arianorum tradu„cendam.

Ratio in Deo non merum nomen eſt.

7. „Sed tamen quia Rationem & Sapien„tiam nonniſi mera nomina Filii Dei eſſe ob„ganniunt, neceſſum eſt, ut ab ipſis quæras: „ſi iſta duntaxat ſunt nomina Filii, igitur ille „diverſus fuerit a ſignificatu horum vocabulo„rum: quapropter ſi major eſt, quam iſta no„mina, nefaria res eſt, eum qui major ſit, mi„noribus vocabulis deſignari: ſin autem infe„rior ſit, iſtis nominibus, prorſus non abeſt

„in

„in verbis culpa, cum excellentiori nomencla-„tura, quam par eſt appelletur. Quodſi pro-„fectu virtutis impleverit menſuram nominis „ſui, tunc illum, qui in Patre eſt, & in quo „Pater eſt, & qui dicit: *Ego & Pater unum* „*ſumus*: & qui videt me, videt & Patrem „meum, illum inquam dicere aliqua re extra-„nea majorem fieri, profectumque capere, om-„nem inſaniam tranſcendit.

8. „Dicunt: multa verba profert Deus, quod-„nam igitur ex iſtis verbis Filium & Verbum „unigenitum Patris eſſe recipiemus? Sed ſtulti „talia de Deo fabulantur, ut Deum hominem „eſſe ſuſpicentur, quem ita inducunt loquen-„tem, quaſi qui priora verba poſterioribus mu-„tet, & quaſi unum ex Deo Verbum non ſuffi-„ciat, quod univerſam mundi ex voluntate „Patris creationem curamque & providentiam „ſuſtineat: ſi enim Deus multa verba loqui-„tur, in omnibus ejus verbis erit quædam im-„becillitas, & aliud ſemper novum requiri-„tur: ſi vero uno Verbo utatur, uti revera uti-„tur, id & ejus potentiam, & Verbi ex eo na-„ti perfectionem declarat, & contra ſentientium „impietatem coarguit, qui ſi conceſſerint Deum „etiam nonniſi ſemel Verbum proferre, fieri „non poteſt quin agnoſcant, eum ita loquen-„tem Verbi ſui Patrem eſſe. Jam mihi vi-„deant, quæſo, quod dum nolunt concedere, „unum eſſe Dei Verbum, multorum Verbo-„rum Patrem Deum eſſe mentiantur.

Deus unum ſolum Filium genuit.

rbum liusDei. 9. „At illi porro, quin ſit Dei Verbum non
„inficiantur, ſed id pro Filio Dei non agnos-
„cunt. Atqui ea ipſa eſt veritatis ignoratio:
„ſi enim omnino Deus Pater Verbi eſt, cur
„non quod gignitur Filius haberi debeat? Por-
„ro Filius Dei quisnam fuerit niſi Verbum
„ejus? non enim multa verba ſunt, ne unum-
„quodque eorum inſufficiens habeatur, ſed
„unum Verbum, ut illud ſolum perfectum eſſe
„intelligatur. Et quandoquidem unus eſt Deus,
„neceſſarium eſt, unam eſſe Dei imaginem,
„quæ ipſius eſt Filius, quid enim ſimile Deo,
„niſi ſua ipſius Progenies?

rbi rnitas. 10. „Cæterum quia Ariani nihil aliud ſtu-
„dio habent, quam ut Synodum Nicænam læ-
„dant, dicant mihi, ex quibusnam Scripturis
„addidicere voculas iſtas, quas ſibi congeſſe-
„runt: *Ex non entibus*, &: *non erat* priusquam
„gigneretur: Et: *erat aliquando, quando non*
„*erat*: & illud: *convertibile*: &: *præexiſtere*: &:
„*voluntate*: quibus ludis adverſus Dominum
„cavillantur, cum B. Paulus: *Hebr.* 11. dicat:
„*Per fidem intelligimus Dei verbo perfecta eſſe ſæ-*
„*cula, ut ex non apparentibus viſibilia exoriren-*
ber Pa- ris. „*tur*: ſed tamen nihil eſt Verbo commune cum
„ſæculis, ipſum enim eſt, quod ante ſæcula
„præexiſtit, per quod & ipſa ſæcula condita
„ſunt. In Paſtore quoque ſcriptum habetur,
„nam & inde quanquam is liber ex canone
„non ſit, allegationes faciunt, ante omnia cre-
„de, quod unus ſit Deus, qui omnia creavit,
„& abſolvit, & qui fecit ex non ente ut eſſent
„omnia: quod rurſus ad Filium nihil ſpectat,
„loqui-

„loquitur enim de omnibus per Filium crea-
„tis, a quibus ipſe utpote creator a creatis di-
„verſus eſt. Cur igitur ipſi vocabula in ſcri-
„pturis non uſurpata ad impietatem excogitan-
„tes illos accuſant, qui verba non ſcripta ad
„pietatem producunt?

11. „Quæ autem a Synodo Nicæna ſunt *Filius ex ſubſtantia Dei eſt.*
„ſcripta & ſtatuta contra eos, ſiquis diſcutiat,
„inveniet in iis abſolutiſſimum ſenſum verita-
„tis contineri, & cauſam utendi certis voca-
„bulis recta ratione niti. Cauſa autem hujus-
„modi fuit. Cum Synodus in hoc eſſet, ut
„Arianorum impia vocabula tolleret, & voces
„adhibere vellet, quæ ſine controverſia ſacra-
„rum litterarum eſſent, nimirum eum Filium
„eſſe, & nequaquam ex non entibus eſſe, ſed ex
„Deo; eumque & Verbum eſſe & Sapientiam,
„& nequaquam creaturam, ſed germen pro-
„prium ſui Patris; tunc Euſebiani volebant,
„illud ex Deo eſſe, etiam ad homines pertine-
„re. Tunc Patres coacti ſunt, clarioribus ex-
„ponere, quid ſit ex Deo eſſe, & ſcribere, Fi-
„lium ex ſubſtantia Dei eſſe, quod nulli creatu-
„rarum datum eſt. Certe cum Paulus dixiſ-
„ſet, omnia ex Deo eſſe, ſtatim ſubintulit: *Et*
„*unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia.*
„*Hebr.* 1. ut oſtenderet, Filium eſſe alium a
„cæteris rebus a Deo creatis.

12. „Epiſcopis rurſum affirmantibus, & *Filius Patri conſubſtantialis.*
„hoc quoque ſcribi debere, eum veram eſſe
„potentiam, & imaginem Patris, & ſimilem
„Patri, & indemutabilem per omnia, & in-

„convertibilem, & æternum, & indiviſum in „Patre ſubſiſtere: numquam enim non erat, „ſed ſemper erat, ſubſiſtebatque perpetuo apud „Patrem ut ſplendor lucis. Iſta quidem eate„nus ſuſtinebant Euſebiani nihil auſi contradi„cere ob probrum, quod in dictis ſuis refuta„tis paſſi erant. Sed ita ut deprehenderen„tur inter ſe muſſitare, & oculis ſibi applaude„re, quaſi illud: ſimile eſſe, & in eo eſſe, & „ejus potentiam eſſe communia Filio nobiſcum „eſſent. Cæterum Epiſcopi conſiderata illo„rum vafricie ipſi quoque neceſſitate coacti „ſunt, ſententiam earum rerum ex ſcripturis „colligere, & quæ prius dixerant apertioribus „verbis repetere & ſcribere, Filium conſub„ſtantialem eſſe Patri, ut non ſolum ſimilem „ſimilitudine, ſed eundem ea voce, qua ex Pa„tre eſſe dicitur, ſignificarent, atque aliam „eſſe Filii ſimilitudinem & inconvertibilitatem „declararent, diverſumque ab ea, quæ in nobis „eſt imitationem, quam ex virtute per obſer„vationem mandatorum conſequimur: Filius „quippe non ſolum ſimilis ſed indiſſeparabilis „eſt a Patris ſubſtantia, & quia ambo unum „ſunt, ſemperque in Patre eſt, & Pater in eo, „& quia ſplendor eſt reſpectu lucis, ideo Syno„dus recte eum conſubſtantialem eſſe tradidit, „ut & hæreticorum ſubverteret malitiam, & „oſtenderet, eum alium eſſe a rebus creatis, „quippe quæ ſtatim poſt decretum illud addi„dit: illos autem, qui dicunt Filium Dei ex „non entibus extitiſſe, aut creatum eſſe, aut „vertibilem eſſe, aut opus eſſe conditum, aut ex „alia ſubſtantia prodiiſſe, eos anathemate per-

„cutit

:it ſancta & catholica Eccleſia. Cauſa igitur his verbis uſi ſint Patres, talis eſt, & his verbis: ex Patre eſſe, & conſubſtantialem eſſe vim peremptoriam Patres voluere atineri.

13. „Quodſi rurſus quia voces iſtæ in ſcripturis ſolennes non ſint obmurmurent, uum profecto eſt, ut eadem de cauſa ipſi iciantur, utpote logodædali novorum vopulorum, & quod magis eſt, ſanis ſenten; non utentes. Sed tamen cognoſcet, isquis eſt ſtudioſioris animi, has voces, netſi in ſcripturis non reperiantur, habere nen eas eam ſententiam, quam ſcripturæ lunt, uti jam antea demonſtratum eſt. hoc vere eſt credere, verbum Patris eſſe, trique proprium, unicum & naturalem fon, cum Pater per Davidem loquatur: *uctavit cor meum Verbum bonum* Pſ. 44. Et: *utero ante luciferum genui te* Pſ. 109. & Fis hoc de ſe Judæis oſtendit. Joan. 10. *ro ex Patre egreſſus ſum.* Et: *Ego & Pater um ſumus.* Et: *Pater in me eſt, & Ego in tre*, idem eſt, ac ſi dicas: Ego ex Patre n & indiviſibilis ab illo. Cum igitur iſte mo religioſus & pius appareat, non debent Chriſto rebelles inſolentia vocabuli conſtantialis offendi, cum illud & ſanum inlectum & certam demonſtrationem habeat. enim ex ſubſtantia Dei Verbum Dei eſſe ıtimus, ſupereſt, ut vox illa, quæ hoc um ſignat, ab illis agnoſcatur. Quidnam im aliud ex eo intelligas, quam æternita-

Vox conſubſtantialis juſte abhibita.

„tem

„convertibilem, & æternum, & indiviſum in „Patre ſubſiſtere: numquam enim non erat, „ſed ſemper erat, ſubſiſtebatque perpetuo apud „Patrem ut ſplendor lucis. Iſta quidem eate„nus ſuſtinebant Euſebiani nihil auſi contradi„cere ob probrum, quod in dictis ſuis refuta„tis paſſi erant. Sed ita ut deprehenderen„tur inter ſe muſſitare, & oculis ſibi applaude„re, quaſi illud: ſimile eſſe, & in eo eſſe, & „ejus potentiam eſſe communia Filio nobiscum „eſſent. Cæterum Epiſcopi conſiderata illo„rum vafricie ipſi quoque neceſſitate coacti „ſunt, ſententiam earum rerum ex ſcripturis „colligere, & quæ prius dixerant apertioribus „verbis repetere & ſcribere, Filium conſub„ſtantialem eſſe Patri, ut non ſolum ſimilem „ſimilitudine, ſed eundem ea voce, qua ex Pa„tre eſſe dicitur, ſignificarent, atque aliam „eſſe Filii ſimilitudinem & inconvertibilitatem „declararent, diverſumque ab ea, quæ in nobis „eſt imitationem, quam ex virtute per obſer„vationem mandatorum conſequimur: Filius „quippe non ſolum ſimilis ſed indiſſeparabilis „eſt a Patris ſubſtantia, & quia ambo unum „ſunt, ſemperque in Patre eſt, & Pater in eo, „& quia ſplendor eſt reſpectu lucis, ideo Syno„dus recte eum conſubſtantialem eſſe tradidit, „ut & hæreticorum ſubverteret malitiam, & „oſtenderet, eum alium eſſe a rebus creatis, „quippe quæ ſtatim poſt decretum illud addi„dit: illos autem, qui dicunt Filium Dei ex „non entibus extitiſſe, aut creatum eſſe, aut „vertibilem eſſe, aut opus eſſe conditum, aut ex „alia ſubſtantia prodiiſſe, eos anathemate per-

„cutit

„cutit ſancta & catholica Eccleſia. Cauſa igi„tur cur his verbis uſi ſint Patres, talis eſt, & „in his verbis: ex Patre eſſe, & conſubſtan„tialem eſſe vim peremptoriam Patres voluere „contineri.

13. „Quodſi rurſus quia voces iſtæ in „Scripturis ſolennes non ſint obmurmurent, „æquum profecto eſt, ut eadem de cauſa ipſi „rejiciantur, utpote logodædali novorum vo„cabulorum, & quod magis eſt, ſanis ſenten„tiis non utentes. Sed tamen cognoſcet, „quisquis eſt ſtudioſioris animi, has voces, „tametſi in ſcripturis non reperiantur, habere „tamen eas eam ſententiam, quam ſcripturæ „volunt, uti jam antea demonſtratum eſt. „Et hoc vere eſt credere, verbum Patris eſſe, „Patrique proprium, unicum & naturalem fœ„tum, cum Pater per Davidem loquatur: „*Eructavit cor meum Verbum bonum* Pſ. 44. Et: „*ex utero ante luciferum genui te* Pſ. 109. & Fi„lius hoc de ſe Judæis oſtendit. Joan. 10. „*Ego ex Patre egreſſus ſum.* Et: *Ego & Pater* „*unum ſumus.* Et: *Pater in me eſt, & Ego in* „*Patre*, idem eſt, ac ſi dicas: Ego ex Patre „ſum & indiviſibilis ab illo. Cum igitur iſte „ſermo religioſus & pius appareat, non debe„bant Chriſto rebelles inſolentia vocabuli con„ſubſtantialis offendi, cum illud & ſanum in„tellectum & certam demonſtrationem habeat. „Si enim ex ſubſtantia Dei Verbum Dei eſſe „ſentimus, ſupereſt, ut vox illa, quæ hoc „ipſum ſignat, ab illis agnoſcatur. Quidnam „enim aliud ex eo intelligas, quam æternita-

Vox conſubſtantialis juſte abhibita.

„tem

„tem ſubſtantiæ, ex qua genitus eſt Filius, „qui non eſt diverſus ſpecie, ſed unius ejusdemque cum Patre ſubſtantiæ, quam identitatem & naturalem proprietatem, quonam „quæſo alio nomine quam conſubſtantialem „progeniem appellaveris? aut quidnam inde „intellexeris proprie niſi Verbum, Sapientiam „& Poteſtatem, quam neque externam eſſe a „Patre fas eſt dicere, neque eam non æternaliter apud Patrem eſſe.

Vox conſubſtantialis a Patribus uſurpata.

14. „Hoc igitur intellectu Patres qui Nicææ „convenerant, iſtas voces uſurpare voluerunt: „ipſos porro non ex ſe, quod adverſarii objiciunt, hæc vocabula finxiſſe, ſed ab aliis „olim accepiſſe, age in præſentia declaremus. „Diſcite igitur Ariani Theognoſtum virum diſertum non abhorruiſſe a vocabulo ſubſtantiæ „in libro ſecundo Hypotypoſeon (*vid. Analyſ. „tom.* 5. *pag.* 519.) Dionyſius porro Epiſcopus „Alexandriæ Filium Patri conſubſtantialem „confitetur in Elencho & Apologia ſcripta ad „Dionyſium Epiſcopum Romanum. (*vid. Analyſ. tom.* 6. *pag.* 391.) En autem & alterum „Dionyſium Romanum Epiſcopum in ſcriptis „ſuis contra Sabellianos idem confitentem „(*vid. Analyſ. tom.* 6. *pag.* 415.) Item verbum „eſſe æternaliter cum Patre neque alterius „eſſentiæ aut ſubſtantiæ, Patrisque ſui proprium Filium licebit denuo ex laborioſo illo „Origene audire: quæ enim diſputandi gratia „ſcripſit, ea non quaſi ipſius ſint verba, aut „quaſi ipſe ita ſentiat, ſed eorum qui cum eo „contentioſius diſputarunt accipienda ſunt.

„Hæc

„Hæc igitur laborioſi illius Origenis ſententia „eſt: ſi eſt ulla imago inviſibilis Dei, ipſa quo„que imago inviſibilis fuerit, imo quoque au„ſim addere, quod cum ille ſit ſimilitudo Pa„tris, fieri non poſſe, ut fuerit, quando non „fuerit. Et alibi dicit: fas non eſt, ſpoliare „Patrem unigenito ſuo ſemper ſecum exiſten„te verbo, ſpoliare item eum ſua ſapientia, „in quo lætabatur, inde enim colligeretur, „eum non ſemper lætatum fuiſſe. Ecce nos „demonſtramus iſtiusmodi ſententiam a Patri„bus ad Patres quaſi per manus traditam eſſe „& fides quæ decretis Synodi ſancita eſt, ea „eſt totius Eccleſiæ.

Pater ingenitus non infert Filium creatum

15. „Verum illi denuo contentionem ſuam „verbis in ſcriptura non receptis renovant, & „Deum ingenitum malunt dicere quam Pa„trem, ingenitum autem vocant, quod nul„lum initium exiſtendi habuerit, ac æternus „ſit & incorruptibilis. Cæterum cum hoc di„cunt nihilominus impii habendi ſunt, ſi enim „ingenitum hoc modo intelligunt, & contrario „modo ſe habere Verbum Dei pronuntiaverint, „Filius ex numero genitorum, hoc eſt, facto„rum eſt, ex non entibus & ipſe quoque exti„tit, principiumque exiſtendi ſortitus eſt, nec „erat, priusquam fieret, & ſi æternus non eſt, „erat, quando non erat. Ita vocabulum in„geniti excogitarunt, ut ſub ſpecie benedicen„di Dei diſſimulanter adverſus Dominum blaſ„phemias ſuas tegant & aliis inſinuent. Sed „inquiunt ſcelerati, ſuisque dictiunculis id ad„dunt, eſſe ingenitum ſcilicet, quod ſuæ eſ-

„ſen-

„ſentiæ authorem non habet, quodque aliis „quæ ſunt author fuerit. Verum non ideo „quod Deum ingenitum vocent, Filius de„monſtratur creatus eſſe, cum Filius ſicuti „ſubſtantiæ Patris ſui fœtus eſt, ita æterna„liter apud Patrem ſubſiſtat: non enim hoc „vocabulum naturam Verbi demolitur, ne„que vox ingenitus ſignificationem ſuam ad „Filium; ſed ad ea, quæ per Filium creata „ſunt, protendit, & cum Pater ingenitus ap„pellatur, nihil inde obſtaculi naſcitur, quo „minus & Verbum & imago Patris, & Patri „conſubſtantialis intelligatur.

eus Pa- r melius am in- nitus citur.

16. „Oportuerat ergo eos primum agnoſce„re Deum Patrem eſſe, eumque hoc nomine „potius, quam illo prædicari, quoniam cum „Deum ingenitum, hoc eſt, non factum appel„lant, ex rebus factis illorum conditorem de„ſignant, quo Verbum factitium eſſe declarent: „qui autem Deum Patrem nominat, ſtatim eo„ipſo & Filium innuit, nec ignorat cum Filius „ſit, quin omnia quoque per Filium ſint con„dita. Hinc etiam nullibi in ſcripturis repe„ries, ubi Filius Patrem ſuum ingenitum vo„cet: & cum nos orare doceret, non dixit: „dicite, Pater ingenite, ſed Pater noſter: juſ„ſit etiam nos baptizari, non in nomine geni„ti & ingeniti, neque in nomine increati & „creaturæ, ſed in nomine Patris, & Filii, & „Spiritus ſancti. Non tamen ob hoc quod Pa„trem ſuum noſtrum a nobis conceſſerit appel„lari, æquum eſt, ut noſipſos Filio ratione „naturæ adæquemus, nam quod nobis Filii „appel-

„appellatio indulgetur, id inde profectum eſt, „quod Verbum Dei noſtrum corpus geſtavit, „ac proindè propter Verbum, quod in nobis „eſt, is qui Deus eſt, Pater noſter appellatur: „& quia Spiritus Verbi in nobis eſt, ideo ut „nobis gratificaretur, ſuum Patrem noſtrum „quoque Patrem appellari voluit.

17. „Sed fortaſſe de vocabulo hoc ingeni- „to convicti audebunt dicere, par eſſe, ut „verba, quæ de Domino noſtro Jeſu Chriſto „ſunt ſcripta in diſputationibus adhibeantur, „repudiatis illis vocibus, quæ in ſcripturis „non reperiuntur. Certe id æquum eſſe nec „ego abnuerim; eoquod ſigna veritatis per- „fectiora ex ſcripturis ſanctis, quam aliunde „depromantur, ſed Euſebianorum impietas „Epiſcopos coegit, ut clarioribus verbis ute- „rentur ad eorum impietatem ſubvertendam. „Sed tamen ſatis demonſtratum eſt, ſcripta „Synodi rectam ſententiam continere, & Aria- „norum voculas frivolas eſſe, & ſcopum eö- „rum malitioſum, cum illi hoc vocabulo in- „geniti, quod cum pietate uſurpari poſſet eo „ad contumeliam Salvatoris abutantur. Hæc „quidem tunc in Synodo acta ut potui reci- „tavi.

Ingeniti vocabuli abuſus.

S. ATHA-

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI

EPISTOLA

DE SENTENTIA DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI.

§. I.

Argumentum.

Sanctus Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus ſcripſit contra Sabellianos Pentapolis. Dum vero ipſos impugnavit, adhibuit locutiones, quæ innuere poterant, eum errori Arianorum oppoſito favere. Hujus rei accuſatus fuit in Synodo Romæ anno 263 habita, ſed ille Dionyſio Papæ tractatum ſcripſit ſub nomine Elenchi & Apologiæ, in quo ſe defendebat, & adverſarios ſuos oppugnabat & doctrinam tradidit Arianorum errori prorſus contrariam. Hoc ipſum probat S. Athanaſius in hac epiſtola intra an. 350 & 354 ſcripta locos afferens ex libro S. Dionyſii Alexandrini depromptos.

§. II.

ANALYSIS.

Dionyſ a nullo Arianiſmi convictus

1. „Cum Ariani nihil rationi conſentaneum „aut certi ex ſcripturis ſacris in hæ„reſi ſua habeant, eo audaciæ proceſſerunt, „ut etiam Patres noſtros in calumniam vocent. „Qui

„Qui enim adverſus Dominum & Chriſtum „ſua ſtudia intendunt, quid miri, ſi beatæ „memoriæ Dionyſium Epiſcopum Alexandrum „adſtipulatorem ſuæ ſententiæ fingant. Ve„rum eos impietatis & mendaciorum veritas „convincet, docebitque, Dionyſium Epiſco„pum non fuiſſe Arianicæ ſententiæ, aut veri„tatem ignoraſſe. Magni certe argumenti eſt, „eos calumniis virum premere. quod ille num„quam ab aliis Epiſcopis de impietate convi„ctus eſt, neque hæreſin propugnando ab Ec„cleſia ſeceſſit, ſed in ea cum pietate obdor„mivit, & quod ejus memoria hucusque cum „Patribus celebrata eſt, & in catalogum re„lata.

2. „Cæterum quia occaſionem calumnian„di Epiſcopi ex quibusdam particulis ipſius „epiſtolæ ſeſe habere arbitrantur, age particu„las inſpiciamus, ut inde eorum vanitas appa„reat. Dicunt igitur in epiſtola B. Dionyſii „ſcriptum haberi, Filium Dei opus & quiddam „factitium eſſe, neque Patri naturaliter ſuum „ac proprium, ſed alienum ab illius ſub„ſtantia, qualis eſt vitis a natura agricolæ, „eundemque, quia opus eſt quoddam condi„tum, non fuiſſe, antequam fieret. Verum „ſi non perfunctorie ejus viri ſcripta Ariani le„gerint, indicent mihi quale argumentum epi„ſtolæ ſecutus ſit, quodſi vero tergiverſaturi „ſunt, vel inſcitia ejus ſcopi, vel verecundia, „neceſſarium videtur, ut ego illud dicam. In „Pentapoli ſuperioris Libyæ quidam Epiſco„porum ſententias Sabellii amplectebantur.

S. Dion- ſius qu- modo v- bum al- quando non fui- ſe expl- cat.

„Re cognita Dionyſius legatos miſit, qui autho„res harum rerum ab illis pravis opinionibus „retraherent, illis autem in impietate pergen„tibus coactus eſt in dicta epiſtola humanita„tem Chriſti ex Evangeliis commonſtrare, ut „illis Filium Dei abnegantibus & humana ejus „Patri imputantibus non Patrem, ſed Filium „pro nobis hominem eſſe genitum, & Patrem „non eſſe Filium perſuaderet, & paulatim ad „veram Filii deitatem credendam & Patris „cognitionem evehere poſſit. Hic ſcopus eſt „ejus epiſtolæ. Quid igitur ſimile habet Arii „hæreſis & ſententia in tanto inter utrumque „discrimine: maxime cum hic in aliis ſuis epi„ſtolis purgata ſuſpicione recte ſe ſentire do„cuerit.

Diony-s de [Ch]riſto [ho]mine lo[qu]itur.

3. „Rurſus ſi idem ſe de epiſtola ſua ad „Ammonium, unde ſuſpicio nata eſt, adhibito „remedio excuſarit, neque poſt excuſationem „de ſententia orthodoxa deceſſit, certum eſt „eum ea quæ ſuſpecta fuere ex negotii condi„tione conſcripſiſſe, quæ non oportet maligne „interpretari. Quodſi beatum virum ob hoc „ſcripti genus in culpa ponunt, quid facient „de beatis Apoſtolis, quorum Petrus *Act.* 2. „Jeſum Nazarenum hominem: Paulus *Act.* 13. „virum: Stephanus *Act.* 15. Filium hominis ap„pellat: Jam nimirum ferocient, affirmabunt„que etiam ipſos Apoſtolos cum Ario ſenſiſſe, „cum Chriſtum hominem e Nazaret oriundum „& patibilem eſſe prædicent. An ſuſpican„dum eſt, Apoſtolos his verbis utentes Chri„ſtum tantummodo hominem eſſe exiſtima-

„viſſe,

„viſſe, nec quidquam ſublimius de eo cogitaſ-
„ſe? Abſit, ut hoc cuiquam in mentem ve-
„niat, illi enim non ſine juſta ratione rem ita
„temperarunt: Judæi quippe ejus temporis Je-
„ſum nudum hominem eſſe credebant, neque
„Deum aut Verbum eſſe carnem factum opi-
„nabantur. Hac de cauſa beati Apoſtoli pru-
„denter admodum humana Salvatoris primum
„Judæis attulere, ut eos jam Chriſtum veniſſe
„ex miraculis perſuaſos paulatim ad creden-
„dam ejus divinitatem producerent, demon-
„ſtrantes certiſſimis rationibus, hæc opera non
„hominis ſed Dei eſſe. Certe Petrus cum di-
„ceret hominem paſſibilem Chriſtum, ſtatim
„adjunxit: *Hic author vitæ eſt*, & *Matth.* 16. vo-
„cat eum *Filium Dei viventis*. Et Paulus no-
„minat eum *ſplendorem gloriæ Hebr.* 1. quæ
„omnia divinitatem ejus innuunt. Idem igitur
„Dionyſius ab Apoſtolis edoctus fecit, coactus
„ob Sabellii hæreſin hanc epiſtolam ſcribere,
„verbaque illis quæ humiliter de Servatore ſo-
„nant, objicere, ut rebus humanitatis ejus
„interſepirentur, quo minus Filium eſſe Pa-
„trem dicerent, faciliorem illis viam ad cre-
„dendam Filii divinitatem ſtrueret in aliis
„epiſtolis, ubi ex ſacris Scripturis Verbum
„eſſe ſplendorem Patris demonſtrat.

4. „Cum igitur Dionyſius Epiſcopus certior *S. Diony*
„factus de Pentapolitanis zelo Religionis epiſto- *ſius cri-*
„lam hanc contra hæreſin Sabellii ad Ammo- *men Aria*
„nium & Euphranorem ſcripſiſſet, quidam ex *niſmi in*
„Eccleſia recte quidem ſentientes, ſed tamen *ſua apolo*
„ignari ejus cauſæ, cur ita ab eo ſcriptum eſ- *gia a ſe*
diluit.

 „ſet,

„ſet, Romam aſcenderunt, ibique eum apud „Dionyſium Romanum Præſulem accuſave-„runt. Re comperta Alexandrinus ſimul & „contra Sabellii ſectatores & Arii falſa dogmata „volumen compoſuit, ubi æquales, ſed tamen „contrarias hæreſes eſſe docet in Sabellii dog-„matibus, & blaſphemiis eorum, qui dicunt, „Dei Verbum creaturam eſſe, poſtulavitque a „Romano Præſule, ut objecta ſibi indicarent: „quibus acceptis opus edidit ſub nomine *elen-„chi & apologiæ*, in quo ſceleratam officinam „Chriſti rebellium redarguit. Porro ex Dio-„nyſii Romani Epiſcopi voluminibus clare „oſtenditur, hæreſin Arianorum non jam pri-„mum, ſed ab omnibus damnatam fuiſſe. „Quod autem ad præſulem Alexandrinum Dio-„nyſium attinet, ex apologia ejus ſatis appa-„ret, eum nihil opinionum Arii recepiſſe, imo „potius ſcripta illius efficaciter demonſtrant, „calumnias eſſe, quibus vulgo impetitus ſit, „non enim rixandi animo, ſed ſui purgandi „apologiam ſcripſit. Certe qui ſuam innocen-„tiam purgat, quid aliud facit, quam quod „crimen diluit?

S. Dionyſius æternitatem Filii admittit.

5. „Cæterum ut appareat, Dionyſium libe-„rum eſſe ab Arianorum erroribus, ipſius ver-„ba in medium proponam. Principio epiſto-„læ ſuæ nomen *refutationis* & excuſationis „inditum voluit, ut intelligas, eum & men-„tientes refellere, & ſeſe de ſuis ſcriptis excu-„ſare, & quod magis eſt, conqueritur de ob-„trectatoribus ſuis, quod ipſius ſcripta trunca-„tim adducant, nec bona conſcientia, ſed pro „libi-

„libidine rem tractent, illosque ſimiles pro-„nuntiat B. Apoſtoli obtrectatoribus. Iſta ni-„mirum expoſtulatio eum ab omni ſuſpicione „liberat: ſi enim Pauli calumniatores ſuis ca-„lumniatoribus pares arbitratur, nihil aliud „præ ſe fert, quam ſe pro Pauli opinione „ſua conſcripſiſſe. Certe ad ſingula accuſato-„rum verba occurrit, & Sabellium ſubruit. „Vide mihi igitur quid ad hanc calumniam re-„ſponderit, qua dicunt, eum ſenſiſſe, Deum „non usquequaque Patrem, nec Filium usque-„quaque dum nondum genitus eſſet, Filium „fuiſſe. Sunt autem ea, quæ in primo volu-„mine *Elenchi* & Apologiæ poſt cætera ſcripta „reperias, ſcilicet: *Non erat tempus, quando* „*Deus non erat Pater* &c. (*vid. Analyſ. Tom.* 6. „*pag.* 392. *n.* 1.

6. „Porro de altera ſuſpicione qua S. Dio-„nyſium in crimen vocabant, quod Patrem no-„minaſſet, & non ibidem nominaſſet Filium „rurſumque quod in mentione Filii nomen Pa-„tris reticuiſſet, ac proinde eum dividere Fi-„lium a Patre, redditis rationibus falſum oſten-„dit in ſecundo volumine, ubi hæc verba re-„fert: *Singula itaque nomina a me prolata a ſe* „*invicem nec ſeparari queunt, nec dividi* &c. „(*Analyſ. Tom.* 6. *pag.* 393. *n.* 3.) Idem rur-„ſus in *primo libro* ait Chriſtum eſſe Deo con-„ſubſtantialem. (*vid. Analyſ. Tom.* 6. *pag.* 392. „*n.* 2.) Quis ergo hæc audiens eos ſuſpican-„tes Dionyſium Arianicæ ſententiæ eſſe non „bono jure furoris inſimulaverit?

Filium conſubſtantialem dicit.

Filium non dicit creaturam.

7. „Quod autem Dionyſius non arbitretur „Filium opus aut creaturam eſſe, oſtenditur ex „ejus *ſecundo volumine*, ubi ſic ait: *Siquis au-„tem calumniator* &c. (*Analyſ. Tom.* 6. *pag.* 394. „*n.* 4.) Et quod Verbum ſit verus naturalis „Filius Dei, docet in *primo volumine*, ubi ita „ſcribit: *Sicut mens noſtra eructat a ſeipſa Ver-„bum* &c. (*vid. Analyſ. Tom.* 6. *pag.* 395. *n.* 5.)

Verbum Dei agnoſcit.

8. „Porro adverſus illam Arii inſaniam, „qua dicit, aliud eſſe in Deo Verbum, & aliud, „de quo locutus eſt Joannes Evangeliſta, dum „diceret: *In principio erat Verbum. Joan.* 1. „Dionyſius in *ſecundo* ſuo *volumine* ſcribit: *In „principio erat Verbum, ſed non erat aliud Ver-„bum, quod Verbum produxerit.* (*vid. Analyſ.* „*Tom.* 6. *pag.* 393.) Hæc Dionyſii fides fuit. „Cum igitur res ita ſe habeat, Dionyſiusque ex „ſuis ſcriptis pius appareat, cui mendacia ſua „Ariomanitæ allinent? Sed nemo illis cre-„det, etiamſi ſumma vi calumnientur, ab om-„nibus enim improba eorum hæreſis habetur, „nec eſt, quem ſuffragatorem allegent, niſi „diabolum, unde diabolici erunt, niſi verita-„tem agnoſcant, quod & illis utile fuerit, & „nobis decorum pro omnibus errantibus ex-„optare.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI EPISTOLA AD DRACONTIUM EPISCOPATUM FUGIENTEM.

§. I.

Argumentum.

Dracontius monachus Epiſcopus electus fuerat, ſed ſive perſecutionem reformidans, ſive Epiſcopatu ſe indignum reputans aufugit; & ſe abſcondit, ne ad curam commiſſi ſibi populi obligaretur. illum S. Athanaſius in hac epiſtola circa annum 355 data puſillanimitatis arguit &, & ut ad Epiſcopatum ſuum redeat, adhortatur.

§. II.

ANALYSIS.

1. „Hæſito, ut ſcribam, an recuſantem, an „ut temporis reſpectu & Judæorum „metu temet abſtrudentem incuſare debeam: „ſane non vacat culpa id, quod agis chariſſi„me Draconti, non enim fas eſt, eum, qui hanc „gratiam accepit; in occultum abdi, neque „prudentis eſt, ſuppeditare occaſiones aliis fu„giendi, multi enim iſtis auditis ſcandaliza„buntur, & vereor, ne dum propter te fugis, „propter alios ſis in periculo apud Dominum „Primum enim illa Alexandriæ inexpectata „concordia in te deligendo ob tuum diſceſſum *Epiſcopatus ſuſceptus mal a Dracontio relictus.*

 „neceſ-

„neceſſario diſſipabitur, & Epiſcopatus hujus „loci a multis diripietur, deinde gentiles, qui „promiſerant, ſe in tui Epiſcopatus ordinatio„ne Chriſtianos fore, in gentilitate permane„bunt. Quamnam igitur excuſationem ſuper „iſtis allegabis? quomodo pacem ſemel diſ„ruptam copulabis? pro gaudio mærorem, „pro conſolatione luctum attuliſti. Id enim „ſcire oportet, te priusquam ordinabaris, ti„bi vixiſſe, ordinatum autem illis vivere, qui„bus ordinatus es: Et antequam acciperes „Epiſcopi gratiam, nullus te cognoſcebat, ex „quo autem Epiſcopus factus es, populi te ex„pectant, ut cibum illis feras ex doctrina Scri„pturarum: Cum igitur expectantes iſti in „eſurie ſint, tu autem te ſolum alas, & ve„nerit Dominus Jeſus, quam habebis excuſa„tionem, cum viderit ille proprias ſuas oves „eſurientes? ſi non accepiſſes denarios, nequa„quam ille te incuſaverit, cæterum cum ac„ceperis, eosque infoderis, merito incuſabit.

[M]otiva [E]piſcopa[tu]m non [fu]giendi. [An]im. uti[li]as pro[xi]mi.

2. „Obſecro igitur, ut tibi ipſi & nobis „parcas: tibi ipſi, ut periculum evites; nobis, „ne ſuper te lugeamus. Curam habe tuæ Ec„cleſiæ, ne per te multi ex puſillis detrimen„tum accipiant, aliique ex tuo exemplo occa„ſiones nanciſcantur, ſe ſubducendi. Si igi„tur tempora metuis, & formidine contractus „id feciſti, nequaquam illud virilis eſt animi; „oportebat te in ejusmodi temporibus ſpeci„men tui edere, maxime ea de cauſa, quia „non temporibus nos, ſed Deo ſervire conde„cet: Quodſi ordinatio Eccleſiarum tibi non „pla-

„placet, aut nullam omnino mercedem Epiſcopi „functioni deſtinatam arbitraris, Servatorem„que qui eam ita inſtituit, contemnis, oro te, „ne iſtiusmodi quid in mentem admittas, ne„que authores iſtiusmodi conſiliorum ſuſtineas. „Quodſi omnes eamdem mentem habuiſſent, „qualem nunc habent, qui tibi in conſilio ſunt, „quo pacto Chriſtianus factus eſſes, nullis us„quam repertis Epiſcopis: Noli te ipſum falle„re, repetetur enim a Domino, quod tibi „dedit. Annon audiſti Apoſtolum loquen„tem: *Ne negligas eam, quæ in te eſt gratiam?* „annon legiſti, quomodo eum, qui duplicave„rat talentum, approbet & excipiat Dominus, „& occultantem condemnet? *Secundo merces divina.*

3. „Deinde oportet nos ſecundum ſcopum „Sanctorum vitam moderari, eosque imitari. „Id quoque ſciendum, nos, ſi ab iſtis deficia„mus, alienos reddi ab eorum communicatio„ne. Quem igitur conſiliarii tui te imitari vo„lunt? An beatum Paulum, qui ſimul ac illi „hoc miniſterium injunctum fuit, non adhæſit „carni & ſanguini. Nam tametſi dixerit: *Non* „*ſum idoneus, qui vocer Apoſtolus*, agnoſcens ta„men, quod ſuſceperat ita ſcripſit: *Væ mihi* „*eſt, niſi evangelizem.* 1. *Cor.* 9. Ipſe vero do„cens & prædicans pro gaudio & corona diſci„pulos ſuos habebat. Qua propter etiam ſtu„dium illi fuit usque ad Illyricum, Romam, & „Hiſpaniam prædicare, ut pro graviori labore „frueretur mercede laboris. Igitur dilecte „Draconti, quemnam iſta faciens imitaris, „huncne, an neminem ex hoc genere? Ego *Tertio imitatio ſanctorum.*

 „certe

„certe & te, & meipſum omnium Sanctorum „imitatores eſſe vellem. An forſitan ideo ti„bi conſilium ſuppeditant tui occultandi, quod „dixeris jurarisque non futurum, ut ſtes, ſi „conſtituaris Epiſcopus? Verum ſi legiſſent „ſacras Scripturas, non citra illas conſilium „darent. Quin jam tempus eſt, ut Hieremiam „culpent, & Moſen accuſent, quod ipſorum „conſilium non audierint, ſed Deum veriti of„ficium miniſterii perfecerint, & prohetando „adimpleverint, ſiquidem & illi miſſi accipien„tesque Prophetiæ gratiam initio recuſabant „quidem, ſed poſtea timuerunt, neque emiſ„ſorem ſuum vilipenderunt.

Quarto non obſtat juramentum & imbecillitas.

4. „Jam igitur ſive gracili ſis voce, ſive „impeditori lingua, verere ſemper qui te ita „finxit Deum, ſive te nimis juvenem dicas ad „prædicationem, metue tamen eum, qui prius„quam formareris, noverat te. Quod ſi ver„bum locutus es, & verbum ſanctis pro jura„mento eſt, reminiſcere quæſo Hieremiæ, quo„modo ipſe qui dixerat: non nominabo nomen „Domini, poſtea non ut præoccupatus jura„mento ſe in tenebras abdidit, ſed veritus man„datorem ſuum Prophetiam abſolvit. Annon „audiſti, quod & Jonas quidem fugerit, ſed „tamen denuo poſtea prophetavit. Melius „quippe quam nos noſtra novit Dominus, & „novit, quibus ſuas committit Eccleſias, quodſi „quis dignus non ſit, ille mihi non ad vitam „ſuam, ſed functionem ſuam miniſteriumque „reſpiciat, ne ſimul cum vita ſua etiam negli„gentiæ maledictionem referat. Dilectiſſime

„Dra-

„Draconti revera ſis imbecillis, ſed tamen cu„ram te ſuſcipere oportet, ne Eccleſiam de„ſertam inimici lædant, occaſionem ex tua „fuga mutuantes, oportet te accingi, ne ſolos „deſtituas in hoc certamine, oportet te colla„borare, ut cum omnibus mercedem accipias.

5. „Neque enim tu ſolus ex monachis es „conſtitutus, neque ſolus monaſterio præfui„ſti, neque ſolus e monachis electus es. Noſti „enim Serapionem monachum eſſe, & quot „monachorum præfectum? neque a te igno„ratur, quod monachorum pater fuerit Apol„lonius: noſti Agathonem, neque igno„tum habes Ariſtonem: memor es Ammonii „cum Serapione peregre profecti: fortaſſis „etiam audiſti de Cue in ſuperiore Thebaide: „poteris etiam reſcire de Paulo, qui eſt apud „Latos, & de aliis multis, & tamen iſti Epis„copi conſtituti non contradixerunt, ſed ha„bentes pro exemplari Heliſæum, & conſcii „quid Helias egerit, & eruditi, quid diſcipuli „Chriſti Apoſtolique fecerint, ſuſceperunt hanc „curam, neque propterea ſeipſis deteriores fa„cti ſunt, ſed & laboris mercedem expectant, „proficientes ipſi, alioſque proficere adhortan„tes. Quot ab idolis converterunt? quot ad„duxerunt Chriſto ſervos, adeo ut qui iſta „ſigna conſpiciant, admirentur? An quæſo „non ingens ſignum, puellam inducere, ut vir„go maneat? & adoleſcentiorem, ut ſit con„tinens, & idololatram, ut cognoſcat Do„minum. Ne igitur te impediant monachi, „quaſi teipſo deterior futurus ſis, poteris enim „etiam

Epiſcopatus monachatui non obſtat.

„etiam melior fieri, ſi Paulum imiteris, & San„ctorum acta æmuleris: nec dicas, nec dicentibus credas, Epiſcopatum eſſe cauſam peccati, aut quod inde naſcantur occaſiones delinquendi. Licebit tibi in Epiſcopatu eſurire, „& ſitire ſicut Paulo; licebit & vinum non bibere, ſicuti Timotheus fecit, & jejunare frequenter, ut Paulus ſolet. Ne igitur talia objciant tibi tui conſiliarii: Novimus enim & „Epiſcopos jejunantes, & monachos comedentes: Novimus & Epiſcopos non bibentes vinum, & monachos bibentes: Novimus quoque Epiſcopos ſigna facientes, & monachos „non facientes. Multi quoque ex Epiſcopis „matrimonia non inierunt, monachi contra „parentes liberorum facti ſunt, quemadmodum viciſſim Epiſcopos filiorum patres, & „monachos generis poteſtatem non quæſiviſſe „animadvertas, & Clericos bibiſſe, & monachos jejunaſſe: ſic enim licet, & quiſque „ubi volet, decertet, non enim corona pro locis, ſed pro factis redditur.

Dracontius adrepetendum Epiſcopatum monetur.

6. „Ne igitur ſuſtineas diverſa conſulentes, „ſed potius propera, quia ſanctum feſtum appropinquat, ne ſine te populi illud celebrent, „magnumque periculum tibi contrahas. Quis „enim illis Paſcha evangelizabit, ſi tu abſis? „Quis illis conſilia monſtrabit, ut rite epulentur, ſi tu fugias? o quot apparebunt te adveniente, quot noxam ſentient te fugiente? „Sed quid eſt, quod tibi authores ſunt, ne „Epiſcopatum capeſſas, cum illi ipſi cupiant „habere Presbyteros? ſi enim malus es, ne „ſint

„ſint ſocii tui: ſin autem te idoneum norunt, „ne invideant aliis. Feſtina igitur, vel potius „ad Dominum convertere, ut dum curam tua- „rum ovium geris, etiam noſtri memineris.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI AD EPISCOPOS ÆGYPTI ET LYBIÆ.

§. I.

Argumentum.

Epiſtola hæc in nonnullis Græcis codicibus & Latinis editionibus male inſcribitur: oratio prima contra Arianos, cum eruditi paſſim modo conveniant, hanc epiſtolam encyclicam a quatuor orationibus contra Arianos eſſe diſtinctam. Scripta autem eſt anno 356. & S. Athanaſius in ea Epiſcopos Ægypti & Lybiæ hortatur, ut pravis Arianorum conatibus & verſutiis fortiter ſe opponant, quos ipſe cum Meletianorum impietate energice hic refutat.

§. II.

ANALYSIS.

1. Athanaſius poſtquam fuſe hic præfatus eſt de adventu falſorum Propheta- rum diaboli & hæreticorum in diſſeminandis ſuis

Ariani ad hæreſin Epiſcopos male per-

ſuis erroribus, fraudibus, & aſtutia; tandem ad ſcopum hujus epiſtolæ pergit, dicens: „Audivi, dum in iſtis regionibus commoror, „aliquot jam coiiſſe, qui Ariana ſapiunt, eos„que ſcripſiſſe de fide, quæ illis placuere, vel „potius quæ illis inſpiravit diabolus, volentes „ea mittere ad vos, ut ſubſcriberetis, aut ſi„qui contradicere auſint, exilium ferant. At„que hinc eſt, quod jam nunc Epiſcopos iſta„rum regionum vexare incipiant, unde ſatis „animos ſuos produnt; nam qui iſta ſcribunt, „ut finis ſcriptionis ad exilium vel alias pœ„nas tendat, quales illos quæſo, niſi & alie„nos a Chriſtianismo, & diaboli amicos ſen„tias? Siquidem illi præter mentem Conſtan„tii Imperatoris humani & pii, pro libitu quæ „volunt, promulgant, & magna utuntur vafri„cie duabus potiſſimum de cauſis, quarum una „eſt, ut vobis ſubſcribentibus infamiam Aria„nici nominis interquieſcere faciant, nec ipſi „ſentiantur Arianice ſapere. Altera eſt, ut „iſta ſcribendo obliterent Nicænum Concilium. „Sed hoc ipſum eorum pravas opiniones re„darguit, ſi enim recte crederent, contenti „eſſent fide Nicæna ab univerſi orbis concilio „promulgata.

[Ar]ii do[ct]rina va[r]ietas.

2. „Deinde quæ nunc ſcribunt, non cura „veritatis ſcribunt, ſed technarum gratia id „faciunt, ut mittendis epiſtolis animos popu„lorum circa iſta occupatos teneant, latente„que eorum impietate locum tempusque nan„ciſcantur prorogandæ ſuæ hæreſeos. Cun„cta igitur turbant, neque vel ſuis ipſi decre-

„tis

„tis acquieſcunt: quot annis enim in unum „coeunt, ſimulantque ſe pro fide ſcripta conſi„cere; cum interim ſcripta eorum non modo „ab aliis, ſed etiam ab ipſiſmet explodantur, „nam ſi fidere auſi fuiſſent prioribus ſuis ſcri„ptis, non ſecundo ſcripſiſſent, neque illis de„nuo repudiatis ad tertiam ſcripturam proſi„liiſſent. Ergo dum perpetuo ſcribunt, ſuam„met ipſi ſententiam immutantes, incertam „ſuam fidem, vel potius certam infidelitatem „oſtendunt. Quocirca defatigantur ſuis per„mutationibus, dum alia atque alia ſcribnnt, „ſolum in id intenti, ut tempora lucrentuur „& alios in errorem abducant. Quis ergo eos „ſcribentes non jure averſetur? Qui ideo ab „Euſebianis ad honores evecti ſunt, quoniam „hæreſi in Chriſtum patronos ſe præſtiterunt, „audentque de fide definire, cum ipſi ſint rei, „& nequidem ipſi ſciant quid credant. Cui „enim ignotum, ſecundum Pendapolitam non „ſemel depoſitum gratia Arianæ hæreſis de„ſignatum ab ipſis eſſe. Georgium item, qui „nunc Laodiceæ agit, & cum eo Leontium „ſpadonem electum eſſe, & ante illum Ste„phanum, & Theodorum, qui jam Heracleæ „eſt, qui ab ordine Presbyterorum revulſi „poſtea Epiſcopi appellati ſunt. His accedit „Urſacius & Valens, Acacius, Patrophilus, „& Narciſſus in magno Concilio Sardinienſi „ab Eccleſia rejecti, unaque cum iis Euſta„tius, qui nunc Auguſtæ eſt, & Eudoxius & „Baſilius, item Cecropius, Auxentius, & Epi„ctetus per inimicos Eccleſiæ promoti, qui per „impietatem Epiſcopatus titulum ſibi procura-

„runt,

„runt, eaque de cauſa Georgium Cappadocem „quemdam redemerunt, eo animo, ut eum „ad vos mitterent, qui tamen non ut Chriſtia„num, ſed ut idololatram & carnificem ſe „geſſit.

Hæreticorum ſcripta vitanda.

3. „Igitur denuntio vobis, ut quisque ca„veat, ne ab illis decipiatur, ſed potius ze„lum Domino zelate, & retenta Patrum fide, „quam Patres Nicææ congregati ſcripto pro„feſſi ſunt, non ſuſtinete eos, qui contra eam „novis rebus ſtudent, etiamſi dictiones ex ſa„cris litteris ſcribant, ne ſuſtinueritis hoc ge„nus ſcriptorum, etiamſi voces orthodoxæ fi„dei loquantur, nam quæ Arii ſunt ſapiunt, „quemadmodum hæreſeos princeps diabolus. „Si igitur ſcripta illa ab orthodoxis proficiſce„rentur, qualia ſunt magni confeſſoris Hoſii, „Maximini Galliæ, aut ejus ſucceſſoris, aut „Philogonii & Euſtathii orientis Epiſcoporum, „aut Julii & Liberii Romanorum Pontificum, „aut Cyriaci Myſiæ, aut Piſti & Ariſtei Græ„ciæ Epiſcoporum, aut Silveſtri & Protogenis „Daciæ; aut Leontii & Eupſichi Cappadociæ „Epiſcoporum, vel Cæciliani Africæ, vel Eu„ſtorgii Italiæ, aut Capitonis Siciliæ, aut Ma„carii Hieruſalem, aut Alexandri Conſtanti„nopoleos, aut Pædarotæ Heracleæ, vel magni „Meletii, Baſilii & Longiani cum cæteris Pon„ti Armeniæque Pontificibus, vel Lupi & Ap„piani Ciliciæ, vel Jacobi & reliquorum Me„ſopotamiæ Præſulum, aut noſtri B. Alexan„dri, nihil eſſet, quod in his ſcriptis ſuſpicare„re; nunc autem quia ab illis ſcripta ſunt, qui

„pro

„pro patrocinio hæreſeos gratiam mercedis re„ceperunt, vigilandum eſt, nequa ex magni„ficentia verborum impoſtura fiat.

4. „Cæterum quoniam in abſtruſo habent, „nec audent ſuorum gregalium verba proferre, „neceſſarium eſt, ut nos iſtis hujus impietatis „tectoria detrahamus, hæreſimque ipſam in pu„blicum traducamus. Beatiſſimus igitur Epis„copus Alexander Arium hæc ſentientem, & „pariter verbis profitentem ab Eccleſia rejecit: „Non ſemper Deus erat Pater, non ſemper Fi„lius: nam cum omnia ſint ex nihilo, etiam „Dei Filius ex nihilo emerſit, & cum omnia „ſint condita, ipſe quoque conditum quidquam „haberi debet, & cum omnia prius non eſſent, „fuit, cum Verbum non erat, adeoque princi„pium exiſtendi habuit, cum Deus eum con„ditum voluit, nam inter omnia opera ejus „numerandus eſt, qui & natura mutabilis fuit, „ſed libero arbitrio bonus remanſit, & ideo „Deus cum præcognoſceret, illum bonum fore, „maturavit, ut illi hanc gloriam daret, quam „poſtea ex virtute meriturus fuiſſet. Id quo„que dicunt, non Deum verum Chriſtum eſſe, „ſed participatu deitatis Deum factum, eadem „ratione qua cæteri numina appellantur. „Etiam id quoque addunt eum non natura in „Patre exiſtere, nec proprium eſſe ejus ſub„ſtantiæ Verbum, nec propriam Sapientiam, „in qua ſapientia mundum fecit, ſed aliud „eſſe in Patre proprium Verbum, aliamque pro„priam ſapientiam, in qua iſtud Verbum fe„cit, adeoque ipſum Dominum Chriſtum re-

Arii hæreticum ſyſtema.

„ſpectu rationalium, quæ verbis utuntur, Verbum eſſe nuncupatum, & reſpectu ſapientum „Sapientiam dictum: quinimo ipſum per omnia diverſum eſſe a Patris ſubſtantia. Rurſus idem ait: Deum non nos propter illum, „ſed illum propter nos condidiſſe. Erat enim „ſolus Deus, nec erat Verbum cum eo: deinde cum vellet nos procreare, tunc quoque „iſtum procreavit, quem poſtquam genitus eſt, „Verbum appellavit, & Filium, & Sapientiam, „ut nos per eum conderet: & ut omnia voluntate Filii ſubſtiterunt, cum antea non eſſent, „ita ipſe voluntate Dei cum antea non eſſet „extitit: non enim eſt Patris proprius & naturalis fœtus Verbum, ſed & ipſum gratia extitit. Quin & hoc quoque jactant, non eſſe „Chriſtum naturalem & veram potentiam Dei, „ſed ſicut erucæ & bruchi potentiæ omnipotentis Dei appellantur, ita ipſum quoque appellari potentiam Patris. His adjecerunt, Filio Patrem ineffabilem eſſe, neque cognoſcere integre Patrem poſſe, cum enim exordium „eſſendi habeat, non poteſt eum, qui eſſendi „exordio caret, cognoſcere, ſed pro viribus „capacitatis ſuæ, unde Filius ne ſuam quidem „ipſius ſubſtantiam plene cognitam habet. „Hæc & hujusmodi cum diceret Arius, hæreticus declaratus eſt a Concilio Nicæno.

Verbum divinum ſemper cum Patre erat.

5. „Factumque eſt illud ab iis recte & bono quidem jure, impietas enim hoc modo Judaismus, & gentilitas introducitur, adeo ut „qui ita ſentiat Chriſtianus non debeat appellari, cum omnia iſta Scripturis ſint adverſa:

„quip-

„quippe cum Joannes dicat: *In principio erat* „*Verbum*, iſti contra loquuntur: priusquam „crearetur, non erat. Idem quoque de Chri„ſto ſcripſit: *Hic eſt verus Deus & vita æterna*. „iſti viciſſim dicunt, non eſſe Chriſtum verum „Deum, ſed partiarum ex aliqua portione dei„tatis, quemadmodum numina gentilium. Et „Apoſtolus increpat quidem ethnicos, quod „res conditas venerentur: iſti autem cum Chri„ſtum creaturam pronuntient, illi tamen reli„gionis cultu inſerviunt. Quid ergo ab eth„nicis differunt. Deinde cum Dominus de ſe„ipſo loquatur: *Ego & Pater unum ſumus. Joan.* „10. Et: *Qui videt me, videt & Patrem meum.* „*Joan.* 14. Et Apoſtolus vocet Chriſtum, *Ju*„*bar gloriæ ejus*, & characterem ſubſtantiæ „ejus; iſti contra audent ſeparare eum, & alie„num a ſubſtantia Patris aſſeverare & mutabi„lem fingere. Cæterum cum Pater dicat: „*Hic eſt Filius meus dilectus. Joan.* 2. Scriptu„ræque aſſerant, hunc eſſe *Patris verbum*, iſti „aliud Verbum & Sapientiam inducunt.

6. „Creaturam autem eſſe Verbum plena „impietatis eſt opinio: nam ſi creatura eſt, „quomodo ipſe aut creaturarum conditor, aut „Filius, Sapientia, aut Verbum fuerit? Ver„bum enim non creatur, ſed gignitur, & crea„tura non Filius, ſed opus certum eſt. Quodſi „creaturæ per eum conditæ ſunt, ipſeque „creatura eſt, cujus creatura habenda eſt, ne„ceſſe eſt enim opera per aliquem fieri. Ac „rurſum ſi alia eſt in Patre ſapientia præter „eam, quæ eſt ipſe Dominus, & ſi ſapientia *Verbum, non eſt creatura.*

„in ſapientia facta eſt, & ſapientia eſt Dei Ver-
„bum, ſequitur Verbum in Verbo eſſendi na-
„turam accipere, & ſi Verbum eſt Filius, ſe-
„quitur Filium in Filio eſſe conditum. Qua
„igitur ratione locutus eſt Dominus: *Ego in*
„*Patre & Pater in me*, ſi ſit alius in Patre in
„quo & ipſe Dominicus factus eſt, aut quo
„modo Joannes iſto omiſſo de hoc refert, *om-*
„*nia per ipſum facta ſunt* &c. ſi enim hoc, quo-
„modo is unus creaturarum fuerit? aut quo-
„modo Apoſtolo dicente: *Per quem omnia &*
„*propter quem omnia*: iſti dicunt, non nos pro-
„pter illum, ſed illum propter nos factum
„eſſe?

rbum erſum ivino Deo da-

7. „Præterea ſi audeant dicere, aliud eſſe
„in Deo Verbum, ſaltem vel unum illius opus
„demonſtrent, aut quidpiam quod Pater ege-
„rit, ſeorſim ab hoc noſtro Verbo, veri enim
„Verbi opera manifeſta ſunt omnibus: ut
„enim ex contemplatione rerum conditarum
„Deum conditorem intelligimus, ita videntes
„nihil indiſpoſitum in rebus creatis colligi-
„mus, Verbum ſive Rationem Dei in omnibus
„inſiſtere & gubernatorem eſſe. Dein illius
„Verbi de quo ipſi mentionem faciunt neque
„dictum neque factum ullum oſtenditur: nam
„cum ipſe Pater dicit: *Hic eſt Filius meus dile-*
„*ctus*, nullum alium ſibi Filium eſſe ſignificat.
„Ergo ſecundum iſtam rationem etiam Mani-
„chæis aggregantur Ariani, nam & illi quo-
„que nominetenus bonum Deum induxerunt,
„cujus nullum omnino opus oſtendere potue-
„runt, verum vero Deum creatorem inficiani-

„tes

„tes ad fabulas ſe conferunt. Idem quoqe iſtis „accidere videtur, quippe qui veri Verbi, quod „ſolum in Patre exiſtit opera videant & abne„gent, aliudque ſibi verbum confingant, quod „neque ex factis neque ex fama demonſtrare „poſſunt, niſi compoſitum aliquem Deum ho„minum more verba loquentem, & nunc quæ „locutus eſt immutantem, ac rurſus ita cogi„tantem fabuloſe intelligant, nihil interim „videntes, in quam ſtolidam ſententiam præ„cipites eant; ſi enim verba accidentaria ha„bet, eum hominem conſtituunt: ſin autem „verba ab eo proferri & mox perire exiſti„mant, tunc ea quæ prodeunt ab exiſtente, „in non exiſtens reſolvunt; quodſi vero Deum „gignere opinantur, magis pium eſt dicere, „Deum unius Verbi genitorem eſſe, qui ſit ple„nitudo Divinitatis ejus.

Chriſtus Patrem perfecte cognoſcit

8. „Jam cum dicat Apoſtolus: *Chriſtus po„tentia & ſapientia Dei*, 1. *Cor.* 1. iſti multis „aliis potentiis eum adnumerant, & quod te„terrimum crucis ad cladem aliorum ab eo „immiſſis comparant. Et cum Dominus lo„quatur: *nemo cognoſcit Patrem niſi Filius*, qui „fieri poſſit, ut iſti non veri perduelliones nu„minis habeantur, jactitantes Patrem a Filio „neque videri neque cognoſci ad plenum, ſi „enim Dominus dicit: *Quemadmodum cognoſcit „me Pater, & ego cognoſco Patrem*, neque ex „parte cognoſcit Pater Filium, qui igitur fieri „poteſt, non ſolide Filium cognoſcere ſuum „parentem. Porro de eo quod garriunt, Fi„lium non cognoſcere ſuam ſubſtantiam otio-

„ſum eſt verba facere, nam ſi ipſe ſuipſius „cognitione deſtituitur, qui omnibus intelle-„ctum & de Patre & de ſeipſo largitur, quid „illos incuſat, qui ipſum non cognoſcunt?

riſtus ſus ut mo.

9. „Dicunt, Chrriſtus ſervus in ſcripturis „nominatur, & ancillæ Filius, & agnus & „ovis & fatigatus eſſe, & ſitibundus fuiſſe, & „vapulaſſe, & paſſus eſſe. Sed in his ſacris „Scripturis continuo proditur, cur homo & „Filius hominis ſub ſervili ſchemate factus ſit, „id quod nihil aliud eſt, quam humana caro; „quodſi homo factus eſt, non par eſt, quem-„quam in iſtis verbis ſcandalizari, hominis „enim proprium eſt, creari, gigni, fatigari, „pati, mori, ex mortuis excitari, & ſicuti „quatenus eſt Verbum & ſapientia Patris om-„nia habet, quæ ſunt Patris, ita homo factus „neceſſario creari, fierique incepit, & omnia „quæ ſunt carnis ſubiit. Iſtis de cauſis meri-„to Patres anathemate notaverunt impientiſſi-„mam hæreſin, cui iſti metuentes ut facile re-„futabili in tenebris eam habent, & abſtru-„dunt.

æreſis chnis ale tegi- r.

10. „Verum, inquiunt, valemus vafricie „propugnare noſtram hæreſin. Atqui rectius „haberet eorum apologia, ſi neque technis, „neque Sophismatibus gentilibus, ſed ſimpli-„ci Fide opinioni ſuæ patrocinarentur. Quodſi „igitur ſententiam ſuam ſeſe autument poſſe „defendere, ſcripto promulgent ea, quæ Ver-„bis aſſerunt, aperteque accuſent Alexandrum „Epiſcopum, quaſi qui Arium iſta dicentem

„cum

„cum injuuria ejecerit, incuſentque Nicænum „Concilium, quod veram fidem ſcripto prodide„rint: ſed id eos facturos non eſſe compertum „habeo, quippe qui probe cognitum habeant, „ſe ubique infames futuros, utpote veritatis „inimicos & adverſarios: ſiquidem & Arius ab „Euſebio evocatus ad Conſtantinum Impera„torem, ibique juſſus, ut ſcripto ederet ſuam „fidem, callide ſuppreſſis ſuis impietatibus, „prolatisque, uti diabolus ſolet, ſacrarum lit„terarum ſimplicibus, uti ſcripta erant, ver„bis, formulam ſuæ fidei conſcripſit: deinde „ab Auguſto interrogatus, nihilne aliud in ani„mo haberet, miſer jurejurando reſpondit, ſe „nihil habere, & egreſſus ſtatim pœnam datu„rus corruit, atque ita ſuperius medius dis„crepuit.

11. „Sed hic exitus Arii, quia non vulga„ris eſt, operæ pretium eſt, ut narretur. *Arii mors.* „Cum enim Euſebius cum ſuis jam minitare„tur, ſe eum in Eccleſiam introducturum, & „Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus „contradiceret, Ariusque magnam ſpem in „Euſebii violentia minisque collocaret, quip„pe cum jam ſabbatum eſſet, & poſtridie ſe „ſperaret in communionem recipiendum, ac „magno certamine laboraretur, illis quidem „interminantibus, Alexandro vero precibus „incumbente, Dominus ſe judicem contra im„pios præbuit: nondum enim ſol exortus erat, „cum neceſſitas Arium in eum locum detraxit, „ubi collapſus eſt, communione & vita ſpolia„tus. Tunc Conſtantinus re audita admiratione

„commovetur, & omnibus innotuit, fractas „eſſe Euſebii minas, & Arianorum demen- „tiam incommunicabilem eſſe tum hic, tum in „Eccleſia cœleſti.

12. „Vos igitur fratres adhortor, eos ſi „alias diverſaſque ab Ario voces uſurpent, ut „hypocritas rejicite, quod venenum mentis in „abdito teneant, nam in iſtis ſcribendis ſecum „habent eos, qui cum Ario rejecti ſunt, nimi- „rum Pentapolitem, clericoſque Alexandriæ „repudiatos: iſtis Alexandriæ ſcribunt, & ope- „ram dederunt, ut nos, cæterique, qui no- „biscum ſunt, perſecutionibus divexaremur, „quamvis religioſiſſimus Imperator Conſtanti- „nus curam egerit, ut pacifice in patriam & „ad bonam Eccleſiam deduceremur, illi ta- „men hoc effecerunt, ut iſtis Eccleſiæ trade- „rentur, & omnibus certum documentum edi- „derunt, inſidias omnes contra me, & cæte- „ros inſtitutas eſſe. Igitur & nos uti in certa- „men de ſumma rerum provocati, ubi fides „vel abneganda vel retinenda ſit, quæ acce- „pimus retineamus, cum in manibus noſtris „ſit monumentum Nicænæ fidei, & doceamus „populos, ut penitus refugiant ab impietate „Ariomanitarum, & ab ea quam cum Mele- „tianis inierunt conjuratione.

13. „Hi enim cum antea inter ſe conten- „tioſi eſſent, nunc ut Herodes & Pontius in „blasphemias adverſus Chriſtum conſentiunt, „quapropter merito quis eos exoſos habeat. „Meletiani enim ambitione, ut rebus præſint, „&

„& inſano avaritiæ ſtudio, Ariomanitæ vero „ultro ſua ipſorum impietate incitantur, ut „hujusmodi conſpirationibus mutuo animi ſui „pravitatem promoveant. Erat jam pridem „malitia & calumnia Meletianorum omnibus „nota, nec impietas Arianorum obſcura fuit, „neque enim parum temporis interceſſit: nam „illi abhinc ante quinquageſimum quintum an„num, Schismatici facti ſunt, iſti vero ante „trigeſimum ſextum hæretici declarati. Nos „vero apoſtatis reſiſtamus, mortem tempora„lem non expaveſcentes, ut mihi contingat „una vobiscum has repromiſſiones poſſidere, „quæ omnibus ſervantur, qui diligunt adven„tum Domini & Salvatoris & Dei & Impera„toris Jeſu Chriſti, per quem Patri gloria & „potentia in Spiritu ſancto in omnia ſæcula „ſæculorum. Amen.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI

APOLOGIA AD IMPERATOREM CONSTANTIUM.

§. I.

Argumentum.

Apologia hæc anno 356 poſtquam S. Athanaſius Alexandria ejectus eſt, ad Conſtantium Imperatorem data fuit, in ea calumnias refellit, quos inimici ſui confinxerunt, ut eum Im-

Imperatori exoſum redderent: quarum prima fuit, quod Conſtantio apud fratrem ſuum Conſtantem detraxerit, eumque contra ſe incitaverit. Secunda, quod Magnentio Tyranno epiſtolam ſcripſerit. Tertia, quod in Eccleſia necdum conſecrata ſacra myſteria celebraverit. Quarta, quod mandatis Imperatoris non obtemperaverit, quando illum Alexandria egredi juſſerat, quæ omnia magna libertate & diſcretione refutat.

§. II.
ANALYSIS.

Athanaſius a prioribus calumniis abſolutus.

1. Sanctus Athanaſius ut Imperatoris animum ſibi conciliaret, Apologiam ſuam ita incipit: „Cum multis jam annis ſciam te Chriſtianum & Deo ſtudioſum, non poſſum non „bono eſſe animo, ad me tibi excuſandum, „ſiquidem B. Pauli verbis utens illum apud te „meum interceſſorem facio, cum ſciam, & il„lum veritatis præconem, & te ejus verborum „diligentem auſcultatorem religioſiſſime Au„guſte. De rebus igitur Eccleſiaſticis & factio„nibus adverſariorum contra me, tot Epiſcopo„rum ſcripta abunde pro teſtimonio apud tuam „pietatem fuerint, ſatis etiam Urſacii & Valen„tis pœnitentia oſtendere poterit, nihil in om„nibus, quibus me impetiverunt, veri fuiſſe: „Nec leve etiam momentum documenti eſt, „quod præſentibus nobis nihil docere potue„runt accuſatores Macarii Presbyteri, abſen„tibus autem nobis id egerint, quod libuit, „cujusmodi acta divinæ & veſtræ leges nul-

„lum

„lum robur habere definiunt. Unde tua pietas „ſatis perſpicit, nos liberos eſſe ab omni ſuſpi„cione, & adverſarios noſtros calumniatores „eſſe.

2. „De mea autem in te maledicentia, „qua uſum me fingunt apud piiſſimum Augu„ſtum beatæ memoriæ Conſtantem, primarum „calumniarum falſitas hujus quoque rei vani„tatem facile arguerit, cum enim iidem illi „qui priora finxerunt, hæc quoque commini„ſcantur, qui quæſo fieri poſſet, ut non ab iis„dem eàndem vanitatem expectes? Quare ſi „meam defenſionem dignaberis audire, confi„do fore, ut etiam hac in parte eorum teme„ritatem condemnes. Pudet revera etiam vel „diluendo de iſta re mentionem facere, de qua „ne accuſator quidem ſuſtinuit verba facere, „dum adhuc præſentes eſſemus, utpote qui „ſciat, ſe falſum dicere. Non inſanio ego, „ut vel cogitaſſe unquam me tale quid ſuſpice„ris. Quapropter ne aliis quidem percunctan„tibus reſpondere velim, tuæ autem pietati „magna voce reſpondeo, manuque extenſa, „quod didici ab Apoſtolo: Deum in meam ip„ſius animam teſtor, numquam in malum tui „mentionem feci apud fratrem tuum beatæ „memoriæ Conſtantem Auguſtum, neque il„lum adverſum te irritavi, imo ſi quando „eum convenirem, mentionem ipſe faciebat „de tua humanitate, quod etiam tunc conti„git, quando commoraremur Aquilejæ: Deus „conſcius eſt, quam ego ibi tuæ pietatis me„minerim. Sane non ita obvias aures habuit

Non maledixit Conſtantio.

„cul-

„cultor ille Numinis Conſtans, neque ego „apud eum tantus, ut de iſtiusmodi rebus „verba fuiſſem auſus facere, & de Imperatore „apud Imperatorem criminoſe loqui, imme„mor divinæ vocis ita loquentis: *Et in con„ſcientia tua regem ne execreris, & in receſſibus „cubiculi tui ne obtrectaveris opulento, quoniam „volucres cœli auferent vocem tuam. & alatus re„nuntiabit ſermonem tuum.* Quodſi ea quæ de „regibus ſecreto dicuntur, latebras ad celan„dum non habent, quomodo credibile eſt, „præſente Imperatore & tot in orbem circum„ſtantibus me male de te loquutum fuiſſe? „Numquam ſine comitibus aut arbitris fra„trem tuum vidi, neque ille umquam mecum „ſolus cum ſolo verba miſcuit, ſed ſemper „cum Epiſcopo ejus loci, ubi agebat, aliisque „qui ibi aderant ad colloquium intravi & re„ceſſi. Hujus rei teſtis eſt Fortunatianus „Aquilejæ Epiſcopus, & plenam ejus rei hi„ſtoriam Pater Oſius docere poſſet. Sed refe„ram omnia colloquia meæ profectionis, ut „inde cognoſcas, quam temere traducar. Pro„fectus ſum Alexandria non ad caſtra fratris „tui, ſed Romam, me meaque Eccleſiæ com„mendaturus, quo tempore multus eram in „ſynaxibus celebrandis, nec umquam fratri „tuo ſcripſi, niſi ubi Euſebiani calumnioſas „de me litteras ad eum miſiſſent, neceſſum„que erat, ut me, dum adhuc Alexandriæ „agerem, excuſarem: iterumque ad eum „ſcripſi, dum mihi mandaſſet, ut tabulas ſa„crarum litterarum conficerem, quas confe„ctas ad eum miſi. Poſt triennium quarto an„no

„no litteris juſſit, ut ad ſe Mediolanum veni„rem, quidam enim Epiſcopi eo profecti ab „eo poſtularunt, ut tuæ pietate de Synodo „facienda ſcriberet. Cum igitur veniſſem Me„diolanum, expertus ſum illius mirificam hu„manitatem, dum & me ſuis oculis dignatur, „verbisque indicat, ſe ad te de celebrando „concilio litteras miſiſſe. Idem me rurſus in „Gallias evocavit, eo enim pater Oſius con„ceſſerat, ut inde ad Sardicenſe Concilium „proficiſceremur. Poſt concilium vero Naiſſi „mihi commoranti denuo ab eodem ſcribitur. „Confecto igitur itinere per reliquum tempus „Aquilejæ hæſi, ubi me litteræ tuæ pietatis „deprehenderunt. Inde rurſus a beatæ me„moriæ viro evocatus in Gallias profectus „ſum, atque ita perveni ad tuam Majeſtatem. „Quo igitur loco aut tempore accuſator dicere „poterit me de te male loquutum fuiſſe, aut „quem teſtem invenerit rerum, quæ factæ „non ſunt? Obſecro etiam te, reminiſcere eo„rum verborum quæ tecum habui, cum di„gnatus eſſes, me ſub tuum conſpectum veni„re primum Viminiaci, iterum Cæſareæ in „Cappadocia, tertio Antiochiæ, an vel tunc „de Euſebio vexatore meo quidquam ſiniſtri „dixerim. Si igitur iis, contra quos mihi pro „defenſione dicendum erat, non maledixe„rim, quæ illa fuiſſet mea inſania Imperatori „apud Imperatorem obtrectare, & fratrem „cum fratre collidere?

3. „De ſecunda autem calumnia, quod „ſcripſerim tyranno, nam ne nomen quidem „ejus *S. Athanaſius Magnus*

tio non ſcripſit.

„ejus effari velim, obteſtor te, ut per quos „tibi videbitur, rem exquiras. Cæterum quia „apud Arianos & hoc quoque jactatum eſt, „illique gloriantur, antigraphum epiſtolæ „meæ ſe habere, majorem in modum obſtu„pui: diabolum enim Magnentium (teſtis eſt „mihi Deus & Chriſtus ejus) neque novi, ne„que quidquam de illo compertum habui, „quomodo ergo ad talem hominem litteras „mitterem? quod initium epiſtolæ ſumendum „fuiſſet? illudne bene eum feciſſe, quod vi„rum, apud quem in pretio eram, cujusque „beneficiorum numquam obliviſci poteram, „occidiſſet? an quod hoſpites meos Romæ, „& beatam Materteram tuam Eutropiam di„ctam, & Abucreon ſinceriſſimum hominem, „& Sperantium aliosque complures peremiſ„ſet? Item quæ fiducia mihi in Magnentio „fuiſſet Domini ſui parricida, in amicos per„fido, in violandis juramentis irreligioſo, & „in magis ac incantatoribus fovendis conſcele„rato? Taline monſtro me amicum poſſe fieri „calumniator putat? Ego certe admiratione „calumniæ perculſus hæſito, quid oporteat re„ſpondere, meque in mille mortes condemno, „ſi vel ſuſpicio talis de me uſpiam fuerit. Jam „mihi etiam concede, ut ex obtrectatore meo „paucis ſciſciter, unde dicat, ſe meæ epiſto„læ exemplar habere: Ad hoc nimirum ſpar„ſis rumoribus Ariani laboraverunt. Jam ut „etiamſi litteras exhibeant noſtris conſimiles, „non propterea ſtatim rem certam habent, „quaſi deſint falſarii, qui etiam veſtram Im„peratorum manum ſæpe imitati ſunt, neque

„ſimi-

„ſimilitudo ſcripturæ authoritatem præbet, niſi „qui hoc genere characterum uti ſolent, teſti„monio ſuo ſcriptis adſtipulati fuerint. Hoc „etiam ex criminatoribus meis quærere opta„rem, quis ipſis iſtam epiſtolam dedit, aut ubi „deprehenſa eſt? mei autem amanuenſes præ„ſto ſunt, jam quæſo ne grave ſit, Tyranni „præfectos a libellis accerſere, ex iis cognoſce, „quid de litteris illis actum ſit.

4. „Tertio quia de magna Eccleſia crimen „concinnant, quod ibi Synnaxis habita ſit, „priusquam dedicaretur; factum eſt, agnoſco, „ſed longe aliter quam illi criminantur, res ge„ſta eſt: nam non Encæniorum feſtum cele„bravimus Auguſte, id enim celebrare an„te tuum decretum prorſus nefarium fuiſſet, „neque de induſtria eo devenimus, neque Epis„copus quisquam aut clericus eo nomine evo„catus eſt, neque ulla denuntiatione ad Sy„naxin coitum eſt, ſed Feſtum erat Paſchæ, „& tanta vis populorum aderat, quantum „Chriſtianorum in urbe eſſe Chriſticolæ Prin„cipes optarint. Cum igitur Eccleſiæ paucæ „parvæque eſſent, magnoque tumultu poſce„retur, ut in magna Eccleſia conventus cele„brarentur, ibique preces pro tua ſalute fie„rent, quod & factum eſt, egoque reniterer, „adhortationibus, ut rem aliquousque differ„rent, & in aliis Eccleſiis cætus agerent, mi„hi neutiquam obtemperatum eſt, quin potius „urbem egredi parati erant, ut in deſertis lo„cis & ſub dio conventus facerent. Crede mi„hi Imperator, & in eam rem teſtem verita-

Quare Synaxis in Eccleſ[ia] non conſ[e]crata habita.

„tem

„tem accipe. In Synaxibus Pentecoſtes ob „multitudinem populorum, & in locis anguſtis „plurimos pueros, nec paucas puellas, anicu„las & adoleſcentes afflictos jacuiſſe, ac do„mum delatos eſſe, ita tamen, ut nemo eo„rum benevolentia Numinis perierit. Multa „igitur omnium admurmuratio magnam Ec„cleſiam depoſcentium, nec immerito, quia „multa luctuoſiora accidiſſent, nec fas erat, lu„ctum prò lætitia in die feſto populis inferre, „præſertim cum non ignorarem, iſtiusmodi „exempla apud Patres ſupereſſe: beatæ ſiqui„dem memoriæ Alexander in Eccleſia majore „Theonæ quam ædificabat ob hominum fre„quentiam Synaxes celebrari voluit. Quinimo „frater tuus in hujusmodi templo, cum Aqui„lejæ Synaxis haberetur, eo ſe contulit. Ita „& ego feci, nec tamen celebrata ſunt a no„bis encænia, ſed tantummodo precationum „Synaxis habita eſt.

Preces locum conſecratum neceſſario non requirunt.

5. „Sed objicit calumniator, opus nondum „dedicatum fuiſſe ac proinde illegitime ibi pre„ces conceptas. Dominus autem in contra„rium præcipit, cum dicit: *Tu autem cum ora„bis, ingredieris in penetralia tua, & occludes „fores tuas.* Tu autem Deo dilectiſſime Augu„ſte ſolennia dedicationis perficias, preces enim „omnium pro tua ſalute factæ nihil impediunt „Encæniorum feſtum, ſcimus enim Jeſum Sa„cerdotem, Zorobabelem, & Eſdram cum „templum poſt captivitatem ædificaretur, Fe„ſtum Tabernaculorum in veſtibulo ſpatioſo ce„lebraſſe. Idem illud & a Beatæ memoriæ

„Ale-

„Alexandro aliisque Patribus actum eſt, qui „conventus habuere, & abſoluto opere agendis „Deo gratiis dedicationem celebraverunt.

6. „Age Jam inſpiciamus ad reſpondendum „ad quartam calumniam. Auſi enim ſunt in„ter crimina jactare, quod tuis mandatis, qui„bus injunctum volunt, ut Alexandria exce„derem, non obtemperaverim. Sed nequa„quam reſtiti mandatis tuæ pietatis, non enim „ego is ſum, qui vel quæſtori civitatis reſtitero, „nedum tanto Imperatori. Veniam igitur da„bis, ut totum negotium, uti geſtum eſt, re„texam. Venit Montanus Palatinus cum hu„jusmodi epiſtola, quaſi ego ſcriptis meis a te „jus in Italiam abeundi poſtulaſſem ad ea in„ſtauranda, quæ ibi deficere videbantur. Ve„rum nihil hujusmodi ſcripſi, neque umquam „talem epiſtolam, quæ quidem mea ſit, ad„verſarius inveniet, etiamſi quotidie litteras „miſero, ut bonum vultum tuum aſpiciam: „imo nec fas eſt, Eccleſiam relinquere, aut „tuæ pietati moleſtum eſſe, maxime cum „etiam abſentibus nobis in Eccleſiaſticis poſtu„lationibus annuas. Unde hanc vero epiſto„lam nacti ſint accuſatores, jube ut tibi re„ſpondeant, nam cognoſces, eos eadem fide „hæc finxiſſe, qua calumniam de Magnentio. „Quapropter & ego, quoniam per calumniam „epiſtola ſubjecta erat, nec imperabat quid„quam de itinere ineundo, ſatis intellexi, non „fuiſſe tuæ voluntatis, ut ad te profectionem „inſtituerem: ſcitque ipſe Montanus, me non „profectionem detrectaſſe, ſed inhoneſtum mi-

S. Athanaſius Imperatoris juſſis paruit.

„hi viſum fuiſſe, eo nomine iter arripere, quaſi „ego de adventu impetrando litteras miſiſſem. „Cum ergo nihil ſcriptum eſſet a tua Majeſta- „te, nihilque mihi injunctum eſſet, qua fron- „te dicere poſſunt, me non obſequutum im- „periis fuiſſe? Cum igitur alio Montanus pro- „fectus eſſet, ſupervenit Diogenes notarius poſt „ſex demum & viginti menſes, qui ne ipſe „quoque epiſtolam exhibuit, neque tamquam „mandatum haberet, quidquam mihi præce- „cepit: Quin cum ipſe Syrianus exercitus du- „ctor Alexandriam ingrederetur, & quædam „ab Arianis jactarentur, quærebam, num ejus- „modi litteræ, quales iſti jactitarent, allatæ „eſſent, litteras enim mandati tui, fateor, ab „illis depoſcebam, & poſtquam ipſi eas ſe ha- „bere pernegarent, poſtulabam, ut ſaltem vel „ipſe Syrianus vel Præfectus Ægypti Maximus „mihi idipſum ſuo ſcripto injungeret, poſtula- „bamque id ea de cauſa, quod tua humani- „tas in ſuo diplomate vetuerat, nequis me „turbaret, utque ego negligerem aliorum ter- „rores & ſecuriter in Eccleſiis permanerem. „Qui autem ejusmodi diplomata ad me detu- „lerunt, Palladius eſt olim pallatii magiſter, „& Aſterius dux Armeniæ. Ego igitur cum „illi litteras nullas exhiberent, probe mihi col- „ligere videbar, ipſos nihil niſi ſua verba ad- „ferre, præſertim cum tuo diplomate jubebar, „nequid iſtiusmodi curarem. Jure igitur hoc „feci, ut quemadmodum cum epiſtolis tuis in- „greſſus eſſem in patriam, ita acceptis tuis „mandatis a patria diſcederem, quo non ut „fugiens Eccleſiam culpabilis haberer, quod

„etiam

„etiam major pars civitatis a Syriano poſtula„bat, qui etiam id ſe facturum jurejurando af„firmabat. Syriano igitur hanc rerum quie„tem promittente, conventus omnium cum „gaudio in Eccleſiis fiebant. quo tempore cum „ſubito Syrianus cum militibus, ſuadentibus „Arianis, in Eccleſiam irrupit, ego autem pri„mum admonui populum, ut diſcederent, qui„bus digreſſis abitionem inde molitus ſum, ac „jam inde in ſolitudine verſor. ſed non ſine fi„ducia mei, primum apud Deum, deinde apud „te excuſandi, ſiquis me accuſare velit, quod „fuga populum deſeruerim, cum teſtem pro „me habeam ipſum perſecutionis ducem.

7. „Hujus vero facta, quotquot ſunt ho„mines, mirantur, oportuit enim aut abſtinere „eum a promiſſis, aut promiſſa non fruſtrari: „Quid cauſæ fuit, cur hoc conſilium ſuſcipe„ret, aut per dolum inſidias tentaret? quod „in ejus poteſtate erat, unico dicto in ſcri„ptis comprehenſo a me impetrare. Quid „iniqui ab eo petebatur? Quis non di„xerit iſtiusmodi poſtulationem in Epiſcopo „æquam eſſe? Eccleſia non deſerenda ab „Epiſcopo. Sane Ariani & reliqui hæretici „per noſtram abſentiam opportunitatem vena„bantur, ut populum ad impietatem ſeduce„rent. Si igitur fugiſſem, quam excuſatio„nem apud veros Epiſcopos, vel potius apud „Deum, qui mihi hunc gregem concredidit, ha„buiſſem? Quomodo me non tua pietas me„rito objurgaſſet: cur tu cum diplomatibus in „Eccleſiam intromiſſus, ſine diplomatibus egre„deris?

Epiſcopus gregem ſuum non deſerat.

„deris? quomodo non & ipſe populus in die „judicii incuriam ſui in me conjeciſſet. Non „ergo reſtiti decreto tuæ Majeſtatis, neque „Alexandriam ingredi conabor, quamdiu id „per tuam humanitatem non licebit.

rſecutio ·iano- m in tholi- ·.

8. „Hæc cum mihi in oculis eſſent, nihil „mihi mali conſcius ad tuam pietatem cum „hac defenſione properabam: Jamque mihi „iter aggredienti relicto eremo fama derepen„te advolat, Liberium Romanum Epiſcopum, „& Hiſpaniarum magnum illium Olium, Pau„linumque Galliarum, Dionyſium quoque & „Euſebium Italiæ, Luciferum Sardiniæ Epis„copos aliosque complures in exilium exter„minatos eſſe, eoquod contra nos ſubſcribere „recuſaſſent, Vincentium autem Capuæ, & „Fortunatianum Aquilejæ, & Ireminum Theſ„ſalonicæ, cæterosque in occidente Epiſcopos „vim non vulgarem, gravesque contumelias „paſſos eſſe, donec permitterent ſeſe a noſtra „communione abſtinere. Hæc dum ego admi„rarer, ecce denuo alia atrox fama de Ægy„pto & Lybia nobis ad aures allabitur, Epis„copis prope nonaginta pulſis, Eccleſiisque „que profeſſoribus Arii traditis, ſedecim in „exilium actis, cæteris aut fugatis, aut ad „ſimulationem hæreſeos coactis ſummam illa„tam fuiſſe perſecutionem, ſiquidem cum Ale„xandriæ per diem Paſchæ in Dominicis tem„plis locisque deſertis juxta cæmiterium in „orationibus hærerent, Tribunus militum tri„bus armatorum millibus ſuccinctus impreſſio„nem in Chriſtianos fecit, tantaque immani-

„tas

„tas fuit, ut & virgines denudarint, corpora „interfectorum canibus objicerent, qui plus „pecuniæ offerrent, nomine Epiſcopi honora„rentur. Hæc cum fama vulgarentur, non de„ſtiti ad tuam pietatem contendere, quod iſta „conſiderem inſcio te fieri, ac ubi ſcires, in„terceſſurum, ne fiant, verum nobis iter in„ceptum urgentibus, ecce tertia denuo alla„bitur fama. ſcriptum Tyrannis in Auxumei, „ut Frumentium Epiſcopum Auxumis abduce„rent, ac me ubique etiam apud barbaros per„quirerent, & ad cuſtodias præfectorum, quæ „commentaria nominantur, deportarent, po„pulosque & Clericos ad communionem Arianæ „hæreſis cogerent. Quod opere quoque com„pletum fuit, epiſtolas contra me & Frumen„tium aſſidue recitantes & nulli non mortem „denuntiantes: quas epiſtolas ſub nomine Con„ſtantii Imp. editas S. Athanaſius hic in ex„tenſo refert, & in quibus ille veluti ſcelera„tiſſimus homo deſcribitur.

9. „His ego auditis in eremum me retuli, „videns ad te perveniendi impedimentum eſſe, „quod ideo quærebar, ut ad præfectos abdu„cerer, nam ſi contra me ſubſcribere recuſan„tes tanta paſſi ſunt, laicisque, qui noluerunt „cum Arianis communicare, mors imperata „eſt, cui dubium, quin Sycophantæ in me in„finitas ſpecies occidendi moliti eſſent, poſt „mortem meam majora mendacia adverſus „nos confictur i. Non ergo metu tuæ pietatis „fugi, ſed quia cogitarem, eos, ne de iis, quæ „præter tuam ſententiam geſſerant, convinci

S. Athanaſius a mortem quæritur

„poſſent, quidvis, ut me occiderent, auſu„ros. Ecce enim cum tua hunanitas non ul„tra quam extra civitatem provinciamque ſuam „Epiſcopos evocari juſſerat, iſti ſupra man„datum tuum temerarii longius, quam ultra „tres provincias in loca deſerta homines ſenes „& annoſos Epiſcopos ejecerunt. Neque for„midine mortis me in fugam dedi, ſed ut Sal„vatoris præcepto obtemperarem, ut contra „perſecutores fuga, contra indagatores late„bris utamur, ne ſi nos in apertum periculum „offeramus, acrius provocemus perſequentium „furorem, quem denuo exercuerunt, dum ni„hil veriti ſunt denudare & lancinare impollu„ta membra, quæ puellarum æterna virgini„tas Chriſto conſecraverat, & ſi ob tantam „crudelitatem pulſantur, cauſificantur, ſeſe „id tuo imperio perpetraſſe. Quo tempore igi„tur talia ſcelera ab Arianis deſignabantur, ni„hil a me erratum, quod obtemperaverim S. „Scripturæ ita loquenti: *Abſcondere aliquantis„per, donec pertranſeat furor Domini.* Abdidi igi„tur denuo meipſum, neque piguit me in ſolitu„dinem abire, donec ſi calumniatores agnoſce„rentur, & tua o Auguſte humanitas eluceſceret. „Ecce enim ceſſantibus illis, qui te irritabant, „apparuit tua manſuetudo, omnibusque inno„teſcit, te ne antea quidem perſecutum eſſe „Chriſtianos, ſed illos, qui Eccleſias vaſta„bant, ut ſuam ubique impietatem ſuperſe„minarent. Obſecro igitur te, ut recipias hanc „excuſationem, & reſtituas patriis finibus & „Eccleſiis omnes Epiſcopos & Clericos, quo „& calumniatorum malitia evidentius appa-

„reat,

„reat, & tu & nunc & in die judicii libere „Chriſto dicas: *Ex tuis non perdidi quem-„quam.*

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI APOLOGIA DE FUGA SUA.

§. I.

Argumentum.

Apologia hæc apud veteres ſcriptores celebratur & Theodoretus *l.* 2. *hiſt. Eccl.* varia loca ex illa allegat. Occaſio eam ſcribendi hæc fuit. Ariani S. Athanaſium libenter per Syrianum ducem e vivis ſuſtuliſſent, unde ille per fugam vitam ſuam ſalvare coactus fuit. Verum quia hæc fuga Arianis diſplicebat, ideo illum timiditatis accuſabant, eo quod in præſenti periculo gregem ſuum ſine cuſtodia deſeruiſſet, quam calumniam ut S. Athanaſius a ſe amoliret, circa annum 358 hanc apologiam edidit.

§. II.

ANALYSIS.

1. „Audio Leontium Antiochenum & cæteros „Arianos crimen timiditatis mihi op-„probrare, quod cum ab iis ad necem quærerer, „non me ipſis in deditionem obtulerim: ideo „paucis ſcribendum eſt, ad declarandam eo- *Ariani fugam S Athanaſi male carpunt.*

 „rum

„rum malignitatem, & quod litteras ſacras aut „non legant, aut non credant, quippe qui fu„gam noſtram, non quod velint nos fortes eſſe „vituperent, ſed quod ut hoſtes ad pernitiem „nos quærant. Quem enim in perſequendo „aſſecuti non omnibus contumeliis vexarunt? „nonne Antiochia ob Euſtatium confeſſorem „ademptum in mærore eſt, & Balanea ob Eu„phrationem, Bultus & Antardus ob Cyma„tium & Carterium, Adrianopolis ob Eutro„pium & Livium, Ancyra ob Marcellum, Be„roea ob Acyrum, Gaza ob Diasdepanum, „Thraces ob Theodolum & Olympium? Cer„te Paulum Conſtantinopolis Epiſcopum Coc„cuſæ in Cappadocia ſtrangularunt.

…rſecutio …m fuga …ala eſt.

2. „Præterea pacata hactenus Eccleſia „populoque in ſacris Synaxibus orante Libe„rius Romanus Præſul, Paulinus Galliarum „Metropolitanus, Dionyſius & Euſebius Ita„liæ, Lucifer Sardiniæ Epiſcopi in exilium „profligantur, quia non adſtipulati ſunt Aria„norum hæreſi, & illorum calumniis adverſus „nos fictis ſubſcribere noluerunt, nam de „magno viro Oſio ſuperfluum arbitror mentio„nem facere, quibus rebus declararunt, mi„nime ſe veros Chriſtianos eſſe, maxime in illa „perſecutione, quæ a Georgio excitata fuit, „in qua virgines ignibus admotæ, pugnis per„cuſſæ, viri quadraginta virgis palmeis acu„leos ſuos retinentibus cæſi & plures Epiſcopi „Ægypti & Africæ ad fugam exiliumque com„pulſi ſunt. En tibi impiorum audaciam, qui „poſt tanta facinora ſine pudore prioris in

„me

„me tyrannidis hoc etiam pro crimine obji-„ciunt, quod me ſubduxerim eorum parricida-„libus manibus, nihil ſentientes eam crimina-„tionem in ipſorum caput recidere: nam ſi „malum eſt, fugere, multo deterius eſt, per-„ſequi; ille enim ne moriatur ſeſe abdit, iſte „perſequitur, ut occidat. Deinde de fuga „quod licita ſit, in ſcripturis conſtat, qui au-„tem quærit, ut interficiat, legem prævari-„catur, & fugiendi neceſſitatem adfert. Si „igitur fugam pro re pudenda objiciunt, pu-„deat eos ſui, quod ſint perſecutores.

3. „Age jam quid ſacræ Scripturæ de ejus-„modi re loquantur, inſpiciamus, inde enim „patebit, eos cum ſacris litteris pugnare, & „ſanctorum virtutes calumniari, quid enim „facient, cum viderint Jacob a fratre ſuo Eſau „fugientem? Moyſenque ad Madianitas me-„tu Pharaonis ſecedere, Davidem e ſuis ædi-„bus Saulem ob percuſſores ſummiſſos fu-„gientem, & occultantem ſe in ſpelunca, fa-„ciemque immutantem, quoad evaderet Abi-„melechum, aut magnum Heliam ſeſe abdere „propter Achab', profugere ob minas Jeſabel, „quo tempore etiam filii Prophetarum quæſiti „ad necem ſeſe in ſpeluncis apud Abdiam re-„cluſerunt. Sed forſitan de iſtis ut nimis pris-„cis nec quidquam legerunt, neque quæ in „Evangeliis ſunt meminerunt. Sed quid? „num & hoc ignorant, & diſcipulos ob me-„tum Judæorum latebras quæſiviſſe, & Pau-„lum Damaſci ſporta e mænibus demiſſum eſſe, „dum a gentis præfecto quæreretur? quo *Exempla ſanctorum fugientium.*

„animo iſta de ſanctis legunt? ſi enim illis ti-
„miditatem exprobrarent, furiunt, ſi contra
„Dei voluntatem feciſſe arguant, Scripturas ſa-
„cras calumniantur.

Chriſtus fugam præcepit.

4. „Deinde etiam in lege civitates refugio-
„rum erant pro iis, qui ad cædem quærebantur, ut perſecutorem evaderent. In conſummatione porro ſæculorum, cum adveniſſet illud ipſum Verbum Patris, quod Moyſi antea locutum fuerat, rurſum præceptum fugiendi condidit, *Cum vos*, inquiens, *perſecuti fuerint in civitate iſtâ, fugite in aliam.* Pauloque poſt ſubjicit: *Cum videritis illam abominationem deſolationis. . . tum qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes &c. Matth.* 23. Hoc cum ſcirent ſancti ad eam normam vitam ſuam temperaverunt. Quæ autem in præſentiarum præcipit Dominus, ea quoque ante ſuam in carne converſationem locutus eſt in ſanctis, & hoc genus formæ inſtitutique hominibus perfectionem conciliat, nam quod Deus injunxerit, faciendum eſt. Ideoque & ipſum Verbum propter nos homo factum voluit, quemmodum & nos, cum quæreretur, & cum perſecutionem pateretur, fugere, & inſidias declinare, decebat enim eum uti eſuriendo, ita quoque ipſa ratione fugiendi oſtendere ſe carnem geſtare. Imo etiam dum puer eſſet, per Angelum Joſepho mandavit, ut excitatus puerum aſſumeret & Matrem ejus, futurum enim eſſe, ut quæreret Herodes animam Pueri. Idem mortuo Herode metuens Archelaum in Nazareth receſſit, & multoties alibi, cum a Judæis ad necem quæreretur.

5. „Cau-

5. „Cauſa autem cur Chriſtus fugerit, quam Joannes ſcripſit, talis erat, eoquod nondum ejus hora veniſſet. Cæterum cum jam tempus veniſſet, ita allocutus eſt ſuos diſcipulos: *Ecce venit hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum. Joan.* 17. ubi oſtendit, unicuique mortalium tempus dimenſum eſſe, & non fortuito caſu, ſed prout ipſe conditor Pater voluit, unicuique definitum eſſe, tametſi lateat omnes mortales, quantum unicuique temporis admenſum ſit. Quare Dominus & Verbum Patris ſciens quos cuique annos admenſus eſſet, neque ignorans quod tempus ad patiendum ſuo corpori præfiniviſſet, ubi propter nos homo factus eſſet, cæteris diebus, qui hoc tempus antecedebant noſtro more cum quæreretur, & cum eum perſequerentur, effugiebat; cum autem tempus a ſe definitum ipſe ſibi adduxiſſet, in quo corporaliter pro hominibus pati volebat, non ſeſe occultabat, ſed ſeipſum obtulit inſidiatoribus. Sancti vero pro formula accepta, utpote a Domino eruditi & priſcis olim & ſequentibus temporibus in certamine quod illis erat cum perſecutoribus & fuga ſe inſtantibus eripiebant, & quærentibus ſeſe per latebras ſubducebant, quippe qui ut homines ignari erant temporis ſibi a Divina Providentia conſtituti, ac proinde minime ſeſe inſidiatoribus ingerebant, cum non ignorarent id quod ſcriptum eſt, in manibus Dei eſſe ſortes hominum, & Dominum occidere, & vivificare, atque ideo usque ad decurſum ſui temporis expectare maluerunt, oberrantes „in-

Tempus vitæ a Deo dimenſum.

„interim, ut Apoſtolus dixit, in melotis & „rhenonibus per ſolitudinem, defraudati, af„flictique, in ſpeluncis & foraminibus terræ „latitantes, donec aut mortis definitum tem„pus ſuperveniret, aut quoadusque definitor „temporis Deus ipſis hoc ipſum indicaret vel „perſecutores inhibens, vel perſecutoribus „eos tradens, prout illi opportunius videba„tur. Quodſi aliquando inter fugiendum con„verſo itinere ſe in adverſarios intulere, non „temere hoc ab illis neque inconſulte factum „eſt; admoniti enim a ſpiritu ſeſe perſecutori„bus obvios ferebant, qualis erat Helias ap„parens coram Achab; item Michæas ad „Achab accedens, & Paulus cum provocaret „ad Cæſarem.

Fuga non eſt ſignum animi timidi. 6. „Duo quippe pariter obſervabant ſancti. „Scilicet ne ſeſe periculis objicerent, neque „cum crimine ignaviæ quaſi ignavi timidique „exilii ærumnas morte graviores exhorrerent, „qui enim moritur, quieſcit a miſeriis, qui au„tem in fugam ſe dat, cum in horas inimico„rum adortus expectet, mortem longe leviorem „quam fugam exiſtimat. Quapropter qui in „fuga moritur, non inglorius moritur, nam „& hi quoque adoream martyrii conſequun„tur. Quocirca & ipſi beati Patres iſtius„modi vivendi diſciplina uſi ſunt, & in per„ſecutione non timuerunt, & robur animi „ſui oſtenderunt, cum ſe in tenebricoſis lo„cis recluderent, duriterque viverent, ne„que e diverſo cum dies mortis aderat, fu„gæ ſe mandaverunt, nec mortem præſen„tem

„tem timuerunt, uti in Apoſtolis Petro & „Paulo apparet.

7. „Præterea ſanctorum fuga a perſequen„tibus cum Divina diſpoſitione congruebat, „atque ex ea re & Deo chari ſunt redditi, & „pulcherrimum fortitudinis teſtimonium obti„nuerunt: Certe Patriarcha Jacob inter fu„giendum pluribus viſionibus divinis dignus „eſt habitus, & Labanum ad pudorem compu„lit, & impetum Eſau coercuit, idemque ut „pater Judæ eſſet obtinuit, ex quo ſecundum „carnem progerminatus eſt Dominus. Moy„ſes item Deo charus cum in fuga eſſet, vidit „magnam viſionem, & adminiſter tantorum „ſignorum & legis factus eſt. David fugiens „a facie Saul rex deinde effectus eſt, & pro„miſſionem Domini ex ſuo ſemine oriundi adep„tus eſt. Helias poſt receſſum in montem „Carmelum Prophetas Baal neci dedit: & B. „Paulus perſecutiones paſſus usque ad tertium „cœlum raptus eſt, & ideo reſervatus, ut ab „Hieroſolymis usque ad Illyricum Evangelium „impleret. Non igitur culpabilis & otioſa ſan„ctorum fuga, ſi enim non declinaſſent perſe„cutores, quomodo ex ſemine David ortus eſ„ſet Dominus? aut quomodo prædicare po„tuiſſent ſermonem veritatis, cum id agebatur „a perſecutoribus, eoque ſanctos perſequeban„tur, ut tollerent doctorem veritatis. Eo cer„te animo Judæi Apoſtolis prædicandi faculta„tem interdicebant, ſancti contra omnia ſuſti„nere malebant, ut Evangelium prædicaretur. „Vide igitur, num ita decertantes otioſe ha-

Fuga ſanctorum non eſt otioſa.

„bue-

„buerint tempus ſuæ fugæ, aut in perſecutio„ne utilitatis aliorum obliti fuerint, imo ut „boni verbi diſpenſatores inter fugiendum „Evangelium divulgarunt, & fidelium men„tes exhortationibus confirmarunt.

Perſecutio non ſuſcitanda.

8. „Cum igitur Deus nonnullis fugiendi „præcepta dederit, & a ſanctis ita actum ſit, „dicant mihi quæſo Ariani, unde ipſi didice„rint, perſecutiones inſtituendas eſſe? certe a „ſanctis id non habent, ſupereſt igitur, ut ab „illo acceperint, qui dicit: *perſequar & com„prehendam;* fugere quippe Deus injunxit, per„ſequi autem diaboli inventum eſt, qui omni„bus infeſtus ubique perſequendi votum con„cipit. Quibus igitur adhæreſcendum, Do„minine verbis, an iſtorum fabulis, quo„rumve acta imitanda ſunt, ſanctorumne an „iſtorum mendacia? melius certe eſt confide„re in Dominum, quam iſtorum intendere „ſtultiloquiis, quæ dolis & ſanguine plena „ſunt.

Fuga S. Athanaſii mirabilis.

9. „Denique exquirant modum noſtræ re„ceſſionis, ut ſaltem nunc auditis ſuis ſceleri„bus pudefacti conquieſcant: Nox erat, mul„tique ad proximam ſynaxin in orationibus „pervigilabant, cum dux exercitus Syrianus „Eccleſiam militibus armatis, ne quiſquam „inde elaberetur, cinxit. Ego autem cum in „tanta tribulatione populos deſerere abſurdum „putarem, manebam ſedens in cathedra mea, „Diacono juſſo, ut Pſalmum recitaret: *quo„niam in ſæculum miſericordia ejus;* & poſt reci-

„tatio-

„tationem quisque domum abiret. Ubi cum „dux vi in templum irrupiſſet, militesque „ſacrarium ad me intercipiendum obſiderent, „quotquot ex Clero, populove reſidui erant, „clamitare & obſecrare, ut me ſubducerem; „ego contra niſi omnibus ad unum digreſſis „me receſſurum pernegabam. Digreſſis igitur „plerisque monachi mei & nonnulli ex cleri- „cis, inter abeundum me ſecum abſtraxerunt: „atque ita, teſtor veritatem, per milites, quo- „rum alii ſacrarium cingebant, alii per tem- „plum oberrabant, Domino duce & protecto- „re nihilque ipſis ſentientibus elapſi ſumus. „Cum igitur Divina Providentia nos ita mira- „biliter ex hoc periculo eripuerit, quis mihi „id jure vitio vertendum putet, quod non ul- „tra me in manus quærentium rejecerim, id „enim eſſet plane ſe ingratum præſtare Deo, „& præter ejus mandatum agere, & cum „actis ſanctorum Petri, Pauli, & aliorum ſu- „pra memoratorum pugnare, cum in ſcriptu- „ris legatur: *Non tentabis Dominum Deum.* „Id cum ego vererer, gratiam Domini erga „me ejusque auxilium non negligendum pu- „tavi, etiamſi ob id adverſum nos dentibus „frendeant.

10. „Hic igitur modus meæ receſſionis „fuit, in quo exiſtimo nullam omnino culpam „eſſe apud eos ſaltem, quibus eſt ſana mens. „Verum iſti nullum audaciæ genus quantum- „cunque illicitum intactum relinquunt, in quo „malitiam ſuam oſtendere poſſunt, ut vita eo- „rum cum verbis probe congruat, neque ſi „ipſis *Fuga S. Athanaſii ſine culpa fuit.*

„ipſis ſua facinora objeceris pudefiunt: Leon-
„tius enim accuſatus de commercio cujusdam
„juvenculæ mulieris, juſſus ab Euſtatio ab-
„ſtinere, ſeipſum caſtrandum dedit, quo ita
„libere ejus commercio uti poſſet, neque ta-
„men ſuſpicionem abluere potuit, quominus
„cum Presbyter eſſet, deponeretur: Narciſ-
„ſus vero jam tertio a ſuo ordine rejectus eſt,
„Georgius quoque a ſuo ordine ſummotus &
„Sardicæ in magno concilio depoſitus eſt: qui
„etiam cum nepotanter vivat, apud ſuos quo-
„que infamia laborat. Cum igitur innumeris
„teterrimisque vitiis ſcateant, quid miri eſt,
„quod eos, qui Arianam hæreſin plauſibus
„non proſequuntur, ad necem quærant, &
„cum negaverint, de facto gaudeant, fruſtrati
„autem votis ſuis tumultuentur, æſtuent,
„doleant, adeo ut putent, ſe injuriam acce-
„piſſe, quod in injuriis inferendis non ſatis
„polleant, cum econtra qui eorum injuriis
„appetiti fuere, Deo gratias agant, & multa
„cum fiducia loquantur: *Servaſti ex neceſſitati-
„bus animam meam* in Chriſto Jeſu Domino no-
„ſtro, per quem Patri & Spiritui ſancto gloria
„& imperium in ſæcula ſæculorum.

S. ATHA-

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI

EPISTOLA AD SERAPIONEM DE MORTE ARII.

§. I.

Argumentum.

Serapion Epiſcopus Thumeos S. Athanaſium rogaverat, ut illi circumſtantias mortis Arii perſcriberet. Annuit illi S. Athanaſius, & in hac epiſtola circa annum 358 ad eum data lugubrem hujus hæreſiarchæ exitum deſcribit, prout ipſe a Macario Presbytero teſte oculato didicerat.

§. II.

ANALYSIS.

1. „Legi litteras tuæ reverentiæ, quibus adhortaris, ut tibi ſcriberem ea quæ „contra me hoc tempore acta ſunt, & quo fine „Arius vitam clauſerit, primum feci, miſique „tuæ pietati ea, quæ ad monachos ſcripſi, inde enim tum noſtra adverſa, tum res hæreſeos cognoſcere poteris: de morte autem Arii „multa mecum perpendi, metuens, ne, ſi id „agerem, hominis morti inſultare viderer. Ve„rum quia diſputatio de hæreſi in hanc quæ„ſtionem deſiit, an communione celebrata cum „Eccleſia diem ſuum obierit Arius? ut quæ„ſtio *Mortis Arii Macarius teſtis.*

„ſtio de ejus morte diſſolvatur, dicam quod „res eſt. Ego quidem non aderam, cum ille „vita defunctus eſt, aderat autem Macarius „Presbyter, & ex ejus relatu hæc didici.

rcum- ntia ortis rii.

2. „Accerſitus erat ab Imperatore Conſtan„tino Arius opera Euſebianorum: quem ingre„dientem Imperator interrogavit, an fidem Ca„tholicæ Eccleſiæ ſervaret; ille autem ſe recte „credere jurejurando affirmavit, ſuppreſſis iis ob „quæ de Eccleſia ejectus erat per Alexandrum „Pontificem. Illum igitur ita juratum abſol„vit Imperator cum his verbis: ſi recta eſt tua „fides, bene juraſti: ſi tamen impia eſt, & ta„men juraſti, Deus te pro juramento condem„net. Ita eum digreſſum a principe voluerunt „Euſebiani ſolita ſua vi in Eccleſiam introdu„cere: ſed contradicebat Conſtantinopolitanus „Epiſcopus B. Alexander. Ibi jam minabun„di Euſebiani dicebant: craſtino die eum vo„bis etiam invitis in communionem Eccleſiæ „adducemus. Sabbatum autem erat, cum „hæc loquerentur. Quibus auditis Alexander „magno cum mærore Eccleſiam intravit, & „pronus in vultum præſente Macario ſocio „Deum oravit, ut ſi Arius craſtino die in Sy„naxin introduceretur, Deus ſe dimitteret, & „non pium cum impio perderet, ſed parcendo „Eccleſiæ Arium tolleret, ne eo recepto vi„deatur ſimul cum eo & hæreſis recipi. Hæc „precatus Epiſcopus anxius inde receſſit & res „mira evenit. Euſebianis enim minantibus „Epiſcopus orabat; Arius autem Euſebianis „fretus multa blaterans in ſeceſſum abiit quaſi

„ad

„ad uſum alvi, & derepente pronus factus me-
„dius crepuit, humique expiravit & vita &
„communione fraudatus. Euſebiani autem
„magnopere confuſi Arium ſocium conjuratio-
„nis ſepelierunt.

3. „Alexander igitur gaudente Eccleſia ſa-
„na fide communionem celebravit cum omni-
„bus fratribus, Deum, gratias agendo, magno-
„pere glorificans, non quod de morte hominis
„lætaretur, ſed quod ea res, & Dominus ju-
„dicem ſe præbens hæreſin Arianam condem-
„navit, tametſi ab Imperatore & omnibus
„mortalibus adjuvetur. Certe plurimi ex iis,
„qui ante decepti erant, converſi ſunt, quia
„Dominus ipſe blaſphemiis impetitus condem-
„navit hæreſin adverſum ſe conflatam, & ma-
„nifeſto edocuit, illam eſſe incommunicabilem
„Eccleſiæ. Porro ex epiſtola mea ad fratres
„cognoſcere poteris, quid in ſcriptis meis ſim
„paſſus, quapropter tutum non eſt, ſcripta edi
„idiotæ, præſertim de ſummis dogmatibus, ne
„ſiquid per imbecillitatem & obſcuritatem ſer-
„monis minus plene ſit dictum, noxam id le-
„ctoribus afferat. Plerique enim non fidem
„aut intentionem ſcribentis reſpiciunt, ſed aut
„per invidiam aut per contentionem ſuæ jam
„antea conceptæ in animo opinionis prout vo-
„lunt, verba accipiunt, & ſcripta pro ſuo libi-
„tu immutant. Deus det omnibus quibus iſta
„recitas, ut teneant & veritatem, & ſanam
„in D. N. J. C. fidem. Amen.

Converſio multorum.

T S. ATHA-

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI
EPISTOLA AD MONACHOS.

ivinitas verbi incompre-hensibilis.

1. Epiſtola hæc ad monachos & ſolitarios eſt quaſi prologus ad ſequentem hiſtoriam Arianismi, in qua, ait „veſtris animis „fretus, maxime, quod id multis hortationibus „a me poſtulatis, paucis recenſui & noſtras „& Eccleſiæ calamitates, ſimulque quantum „potui confutavi ſceleratam Arianorum hære„ſin. Verum quanto magis ſcribere volebam, „& inſtantius rem urgebam, ut divinitatem „verbi intelligerem, tanto longius ejus rei „cognitio a me ſubterfugiebat. Sæpe igitur „volui ſubſiſtere & deſinere a ſcribendo, tamen „ne aut vobis difficilior viderer in ſcribendo, „aut illis, quibus periculum eſt, ne ſilentio „meo pertinacius in impietate verſentur, vim „mihi ipſe feci, ut pauca iſta conſcriberem. „Nam quamquam impoſſibile ſit, deprehen„dere, quid ſit Deus, tamen dicere poſſumus, „quid non ſit Deus: ſcimus autem eum non „ut hominem eſſe, nec fas eſſe, ut quid crea„tum illi affingatur. Ita quoque de Filio Dei, „etſi longius natura ab illo abſiſtimus, quam „ut eam aſſequamur. facile tamen eſt reproba„re, quæ ab hæreticis proferuntur, ac dicere, „non eſſe id Filium Dei, nec fas eſſe, de ejus „divinitate vel ſemel cogitare, quæ ipſi di-

„cunt.

„cunt. Ego igitur ut potui ſcripſi, & ſi ali„quid omiſſum eſt, puto autem omnia omiſſa „eſſe, veniam dabitis pro æquitate veſtra, & „ſola audacia propoſiti mei pro defendenda „pietate contenti eritis, & cum noſtra iſta le„geritis, orate pro nobis & invicem ad id ex„hortamini, & ſtatim iſta ipſa ad nos remitti„te, nullumque ejus exemplar edite, aut vo„bis deſcribite, ſed contenti eſtote ut boni tra„pezitæ ſola lectione, non enim tutum eſt, ad „poſteros pervenire noſtra iſta ſcripta, quæ ut „balbutientes & indocti conficimus. Salutate „vos invicem in charitate. Gratia D. N. Jeſu „Chriſti ſit vobiscum. Amen.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI HISTORIA ARIANORUM AD MONACHOS.

§. I.

Argumentum.

Hiſtoria hæc Arianorum rogatu Monachorum ſeu ſolitariorum a S. Athanaſio anno 358 conſcripta ea complectitur, quæ ab initio Arianiſmi usque ad annum 357 geſta ſunt: in qua principium deſideratur.

§. II.

ANALYSIS.

oni hæ-
ticis
ali ſunt.

I. „Poſtquam Euſebiani Arianos in commu„nionem receperunt ſine reſpectu ju„diciorum, quibus illi damnati erant, non pu„duit eos, in epiſtolis ſuis ſcribere, poſt Atha„naſium afflictum odia deſiiſſe, ita ſibi ab Im„peratore mandatum eſſe, & Arianos recte „ſentire. Verum age, num vel iſtic manifeſte „oſtenditur, nos non Eccleſiaſtico Judicio, ſed „minis Imperatoris ob noſtram in Chriſtum pie„tatem perſecutionibus agitari. Quin etiam „hinc eorum hæreſin convincere poteris, quod „quisquis eorum impietatis ſocius eſt, etiamſi „infintis ſceleribus obnoxius ſit, probus tamen „apud eos habeatur, imo ſtatim amicus Impe„ratoris efficiatur: qui autem eorum impieta„tem redarguit, tametſi purus ſententia Impe„ratoris e veſtigio in exilium mittitur, & qui „hæreſin illorum fovet in exulum Eccleſias „ſummittitur, & quidquid grave eſt in eos in„tentatur, quæ hunc ſuperventitium Epiſco„pum non recipiunt. Immanis ſane bellua „hæreſis iſta terras invaſit, a qua reus inno„cens pronuntiatur, in qua Epiſcopi ſunt ma„culoſiſſimi, quibus non dicitur ut irreprehen„ſibiles ſint, ſed ſentias contra Chriſtum, id „enim tibi ſufficit ad commendationem & gra„tiam Principis; cum econtra æmulatores ve„ritatis rei fiant, ex qualibet cauſa, quam ac„cuſatores finxerint. Sic Euſtathius Epiſcopus „Antiochiæ ficta calumnia quaſi in matrem

„Con-

„Conſtantii Imp. contumelioſus in exilium eji-
„citur & plures alii.

2. „Hoc cum viderent tres fratres Conſtan-
„tinus, Conſtantius & Conſtans poſt obitum
„patris ſui juſſerunt quemque in ſuam Eccle-
„ſiam & patriam reverti. Euſebiani igitur
„videntes hæreſin ſuam ſuccumbere, & Ro-
„mam, & ad Imperatores Conſtantinum &
„Conſtantem contra Athanaſium ſcribunt; ſed
„quia ab Athanaſio miſſi legati mendacia eo-
„rum refutabant, ab Imperatoribus rejecti ſunt:
„Epiſcopus autem Romanus Julius Synodum
„juſſit fieri, ſed cum de cauſa ſua in Eccleſia-
„ſtico conſeſſu deſperarent, Conſtantium hære-
„ſis propugnatorem cum lamentis adeunt. Vi-
„des, inquiunt, omnes a noſtra hæreſi defice-
„re; ſcribe igitur ad omnes, & mitte denuo
„Philagrium præfectum Ægypti, & Gregorium
„Epiſcopum Alexandriæ, qui poterunt ſtabili-
„re noſtram hæreſin. Mittit igitur litteras
„Conſtantius, & in omnes perſecutionem mo-
„vit.

Conſtantius perſecutionem in Catholicos movet.

3. „Athanaſius autem priusquam iſta fie-
„rent, Romam profectus eſt, Julius vero pres-
„byteros ſuos Elpidium & Philoxenem cum
„litteris ad Euſebianos miſit, certum diem de-
„finiens, ut aut præſentes ſe ſiſterent, aut
„cognoſcerent, ſe omnibus modis ſuſpectos ha-
„beri. Cæterum Euſebiani, ubi audiſſent,
„Eccleſiaſticum conſeſſum ſine comite Impe-
„ratoris fore, ita inhorruerunt, ut Presbyte-
„ros detinerent ultra diem prædictam, cauſifi-

Concilium Rom. ſub Julio P.

„cantes ſe ob bellum Perſarum venire non „poſſe. Dant igitur litteras ad Philagrium, ut „quamprimum cum Gregorio in Ægyptum ab„eat, ac ſtatim Epiſcopi flagellabantur. Ro„mæ vero congregati Epiſcopi prope quinqua„ginta Euſebianos ut ſuſpectos non receperunt, „& quæ ab ipſis ſcripta eſſent, pro vanis ha„buerunt, noſtram autem communionem am„plexi ſunt.

nci- um Sar- cenſe.

4. „Interim cum iſta fierent, ſimul & de „Synodo Romana Conſtans Imperator, & quid „Alexandriæ & per univerſum orbem contra „Catholicos gereretur, reſcivit, miſſæ ſunt lit„teræ ad fratrem ſuum Conſtantium, & pla„cuit, ut Synodus celebraretur. Conveniunt „igitur ab oriente & occidente in urbem Sar„dicam numero plus minus centum Epiſcopi: „occidentales unum duntaxat Hoſium ſecum „habebant, orientales contra cum Muſaniano „comite & Heſychio caſtrenſi advenerunt, ſpe„rantes eorum viribus omnia confici poſſe. „Cæterum ubi experiebantur, probationes ad„verſus ſe in promptu eſſe, ſub prætextu quaſi „Imperator ipſis triumphalia de Perſis ſcripſiſ„ſet, fugam adornarunt, ſed Synodus illis di„ſerte ſcripſit, ut aut occurrerent de ſuis cri„minibus reſponſuri, aut ſe a Synodo condem„nandos, & Athanaſium cum ſuis liberandos: „illi autem conſcientiæ metu acti fugam capie„bant. Tunc Synodus ex pluribus quam tri„ginta quinque provinciis coacta cognita Aria„norum malitia, litteras ad cujusque diœce„ſin & potiſſimum in Ægyptum, Alexandriam

„&

„& Lybiam miſerunt, quibus ſignificabant, „Athanaſium cum ſuis extra omnem culpam „eſſe, Stephanum autem & Miophantum, Aca„cium, & Georgium Laodicenum, Urſacium, & „Valentem, & Theodorum, & Narciſſum depo„ſuerunt: Georgii autem nomen Alexandriam „miſſi ita in damnando recitarunt, ut nec un„quam eum Epiſcopum, nec dignum, qui „Chriſtianus appellaretur, cenſerent, reſcide„runt enim omnes illius conſtitutiones, inter„dicentes, ne quiſquam ab eo ordinatus vel „nomen ſui ordinis retineret. Synodus porro „ad iſtum modum ſoluta eſt.

5. „Qui autem exauctorati erant cum eo„rum communionem Adrianopolitani averſa„rentur, rem detulerunt ad Imperatorem Con„ſtantium, effecereque ut illi more laicorum „capitibus truncarentur. Illud ab Imperatore „prompto ad omnia quæ vellent effecerunt, „ut ab Alexandria in Armeniam duo Pres„byteri, & tres Diaconi relegarentur, quod „etiam aliis Epiſcopis contigit. Curaverunt „præterea edicta fieri, quibus portus & introi„tus civitatum obſervari juberentur, ne qui„bus a Synodo conceſſum erat, reditus in Ec„cleſias ſuas pateret, ſimulque diplomata ad „judices Alexandrinos nominatim de Athana„ſio & Presbyteris certis impetraverunt, ut „ſiquis eum & illos fines ingredi illos depre„henderet, capite id lueret, quin etiam cir„cumcurſantes, in quoſcunque incidunt, qui „vel fugam eorum carpunt, vel hæreſin aver„ſantur, nunc flagris concidunt, nunc vincu-

Perſecutio poſt Conc. Sardicenſe.

„lis conſtringunt, nunc e natali ſolo extermi-
„nant. Hæc ſunt poſt fugam eorum audaciæ
„facinora.

Euphrata Epiſc. falſa accuſatio.

6. „Quin & inauditum quiddam etiam apud „gentiles deſignant. Miſſis enim a ſancto Con-„cilio in legationem Epiſcopis Vincentio Ca-„puano & Euphrata Agrippino, ut pro Syno-„di decretis Imperator Conſtantius Epiſcopos a „ſe rejectos in ſuas ſedes reverti pateretur, & „ad hoc a Conſtante ad fratrem ſuum litteris „datis, cum legatos illos Antiochiæ vidiſſent, „in commune quidem Concilium ineunt, ſed „ita tamen, ut Stephanus fabulam initi conci-„lii peragendam ſuſciperet: qui proinde publi-„cam meretricem conducit in ipſis feriis SS. „Paſchatis, eamque nudam immittit per tene-„bras in ædes Euphratæ Epiſcopi. Meretrix „cum hominem dormientem, ignarum om-„nium, ſenis vultum, & Epiſcopi ſpeciem, „animadverteret, clamorem de vi illata edit, „illi contra illam orant, ut taceret, & falſum „crimen Epiſcopo concinnaret. Die igitur il-„luſceſcente vulgatur facinus, itur in judicium, „leno eos, qui meretricem accerſierant, pro-„dit, illique authorem iſtius rei Stephanum „oſtendunt, qui Epiſcopali dignitate exuitur, „& in ejus locum ſufficitur Leontius caſtratus, „ne deeſſet hæreſeos propugnator.

S. Athanaſius ſedi ſuæ a Conſtantio reſtituitur.

7. „Imperator vero Conſtantius pauliſper „compunctus ad ſe rediit, relegatos ex Alexan-„dria Presbyteros & Diaconos redire jubet, & „diſerte Alexandriam ſcribit, ne ulterius Atha-

„naſii

„naſii aut Clericos aut laicos perſequerentur. „Deinde poſt menſes decem defuncto Georgio „accerſit & Athanaſium cum omni honore ter„tio ad illum amiciſſimas litteras ſcribens: ſcri„bitque item fratri ſuo Conſtanti, ut ipſe quo„que me ad reditum cohortaretur. Venit igi„tur tandem Athanaſius, venientemque ſere„no vultu intuetur, eique liberum facit, ut in „patriam & ſuas Eccleſias rediret. Epiſcopo „autem ſuas calamitates deplorante & admo„nente, ne denuo ſe abſente calumniæ recipe„rentur, ut jam nunc accuſatores evocaret, ut „eos convincere poſſet; hæc quidem Cæſar „facere noluit, ſed tamen omnia, quæ contra „ipſum ſcripta eſſent aboleri juſſit, jurans ſe „impoſterum nullas calumnias admiſſurum.

8. „Rebus igitur ad iſtum modum actis „Athanaſio cum ſuis iter carpente cæperunt „amici quidem ei gratulari, alii vero pudeſce„re, alii ſeſe abdere, alii pœnitentiam de iis, „quæ contra eum ſcripſerant, agere. Certe „omnes Palæſtines Epiſcopi exceptis duobus „vel tribus ſuſpectis, ita Athanaſium excepe„runt, ut proteſtarentur, omnia quæ prius „ſcripſerant, vi coactos feciſſe. Magna igitur „lætitia populorum fuit in ſacris Synaxibus „mutuo ſe ad virtutem cohortantium, eratque „in Eccleſia profunda pax undecunque Atha„naſio Epiſcopo ſcribentibus, iisdemque ab „Athanaſio pacis litteras accipientibus. Quin „Urſacius & Valens quaſi a ſua ipſorum con„ſcientia flagellati pœnitentiam profeſſi ſunt, „litterasque pacatas ad Epiſcopum, quas nul„las

Jubilus de ejus reditu.

„las ab eo acceperant, miſerunt, Romamque „abeuntes pœnitentiam egerunt, confitentes „omnia, quæ vel dixiſſent vel feciſſent contra „Athanaſium, falſa eſſe, neque id ſimpliciter „egerunt, ſed ita, ut anathemate execraren„tur Arianam hæreſin, & pœnitentiam ſcripto „ad Julium Romanum Pontificem, & Athana„ſium promulgarent: quin etiam ultro ſubſcri„pſerunt epiſtolis pacificis, quas Athanaſii Pres„byteri, Petrus & Irenæus & Ammonius lai„cus ad id circumeuntes colligebant, cum ta„men Athanaſius nihil tale ab Urſacio & Va„lente poſtulaſſet.

Conſtantius Athanaſium perſequitur.

9. „Hæc cum conſpicerent ſententiæ Euſe„bianæ hæreſeosque ſucceſſores, inter quos „Leontius ille caſtratus, qui ſeipſum abſcidit, „ut libere cum Euſtolio dormiret: & cum vi„derent tantum cum Athanaſio animorum con„ſenſum agitari, metu invidiaque anxii fue„runt, ne quos ipſi deceperant, a ſe deficerent, „& de eorum hæreſi triumphus ageretur. Pri„mum igitur Urſacio & Valenti perſuadent, ut „mutato propoſito ad proprium vomitum re„vertantur, cauſificantes pœnitentiam ſuam „ex metu Conſtantis Imperatoris extortam „eſſe. Nec diu poſt inito concilio Imperato„rem Conſtantium contra Athanaſium exacer„baverunt, qui cum contra Magnentium iret „in expeditionem, ſententiam ſuam mutat ni„hil jam jurisjurandi ſui memor, & cum eſſet „Arelatæ & Mediolani omnia pro hæretico„rum ſuggeſtione faciebat. Statim igitur man„data ad præfectum dantur, ut frumentum

„quod

„quod hactenus Athanaſio cum ſuis cedebat, „illi adimeretur, dareturque illis qui Arianica „ſaperent, & ut liberum eſſet contumelias in„ferre in Athanaſii communicatores, minæque „denuntiatæ judicibus niſi cum hæreticis com„munionem celebrarent, & contra Athana„ſium ſcriberent, & Epiſcopi hanc ſententiam „audiverunt; aut ſubſcribite, aut ab Eccleſiis „recedite. In ſumma, omnia loca, omnes ci„vitates implebantur terroribus & tumultibus, „cum & Epiſcopi traherentur, & judices vi„derent luctus & ſuſpiria populorum.

10. „Imo ne Liberio quidem Romano Epi„ſcopo pepercerunt, nulla reverentia ducti, „vel quod ſedes illa apoſtolica eſſet, vel quod „Roma metropolis eſſet Romanæ ditionis; „nam cum Liberium vidiſſent orthodoxum & „oſorem Arianicæ ſectæ, rem ad Imperato„rem deferunt, qui mittit Eunuchum quem„dam Euſebium cum litteris & donis ad eum, „ut donis quidem blandiretur, litteris vero „minaretur. Profectus igitur Romam Spado „primum incitabat Liberium, ut contra Atha„naſium ſubſcriberet, & cum Arianis commu„nicaret, id enim Imperatorem jubere; dein„de munera oſtentans, manuque Liberii ap„prehenſa, obtempera ait, & iſta accipe. „At Liberius contra quærebat, quomodo hoc „contra Athanaſium poſſet fieri, quem jam „ſecunda Synodus ab omni crimine liberum „pronuntiavit. Eunuchus igitur triſtis quod „Liberium hæreſi infeſtum reperiebat, magnis „minarum denuntiationibus jactis, cum mu-

Liberius in exilium ejicitur.

„neri-

„neribus ſuis domo egreditur, & templum „Apoſtoli Petri ingreditur, ibique ea ipſa do„na conſecravit. Quod cum reſcitum eſſet a „Liberio, magnopere increpuit cuſtodem lo„ci, quod id non prohibuiſſet, & ipſe dona „illa ut victimam illicitam projecit, quæ res „Spadonis iram magis commovit, qui proin„de cum cæteris Spadonibus Imperatorem ir„ritat, ita, ut is rurſus Palatinos & Comites „Romam miſerit, qui Liberium aut per do„lum e Roma ſeductum in caſtra ad ſe mitte„rent, aut vim in eo perſequendo adhibe„rent. Trahitur ergo Liberius ad Imperato„rem, quo cum perveniſſet: deſine, inquit, „perſequi Chriſtianos, ad omnia potius ſuſti„nenda parati ſumus, quam ut Ariani appel„lemur. Cæſar contra nihil aliud quam im„periis & exiliis utebatur, ſingulosque a ſe „invicem diſtraxit, ne vel in morte mutuo „aſpectu fruerentur. Liberius deinde poſt ex„actum in exilio biennium inflexus eſt, minis„que mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt. „Verum illud ipſum & eorum violentiam, & „Liberii in hæreſin odium, & ſuum pro Atha„naſio ſuffragium ſatis coarguit: quæ enim „per tormenta contra priorem ſententiam ex„torta ſunt, ea jam non metuentium ſed co„gentium voluntates habendæ ſunt.

Liberius contra Athanaſium ſubſcribit.

11. „Tantis ſceleribus factis nihil adhuc „feciſſe ſe arbitrabantur, quamdiu magnus ille „Hoſius eorum malitiam expertus non eſſet. „Conſtantium igitur adoriuntur, qui mox ſcri„bit, ut ad ſe veniat. Venientem igitur co-

Hoſii perſecutio & ſubſcriptio.

„hor-

„hortatur, ut in nos ſubſcriberet, & cum „Arianis communionem haberet: ſenex vero „ejus rei vel auditum ægre ferens, Imperato- „rem magnis rationibus conterritum de ſen- „tentia deduxit, atque ita in patriam ſuam ac „Eccleſiam rediit. Verum cum Ariani denuo „lamentarentur, Imperatoremque irritarent, „ſcribit denuo cum minis ad Hoſium, qui ni- „hil ad iſta expavit, ſed inter alia illi reſcrip- „ſit: Deſine quæſo, & memineris te mortalem „eſſe, reformida diem judicii, ſerva te in il- „lam diem purum, ne te miſceas Eccleſiaſti- „cis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed „potius a nobis diſce. Tibi Deus imperium „commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredi- „dit; & quemadmodum qui tuum imperium „malignis oculis carpit, contradicit ordinatio- „ni Divinæ, ita & tu cave, ne quæ ſunt Eccleſiæ „ad te trahens magno crimini obnoxius fias. „*Date*, ſcriptum eſt, *quæ ſunt Cæſaris Cæſa-* „*ri, & quæ ſunt Dei Deo.* Neque igitur fas eſt, „nobis in terris imperium tenere, neque tu „thimiatum & ſacrorum poteſtatem habes Im- „perator. Hæc cum audiſſet impietatis pro- „pugnator Conſtantius Imperator, accerſit Ho- „ſium, & pro exilio detinet illum integrum „annum Sirmii, & tantam vim intulit ſeni „centenario, & ita eum arcte tenuit, ut affli- „ctus attritusque malis tandem ægreque cum „Urſacio & Valente communicaret, ſed tamen „ut contra Athanaſium non ſubſcriberet: ve- „rum ne ita quidem eam rem pro levi habuit, „moriturus enim quaſi in teſtamento ſuo eo- „rum vim proteſtatus eſt, & Arianam hæreſin

Epiſtola Hoſii ad Conſtantium.

„con-

„condemnavit,' vetuitque eam a quoquam „probari aut recipi.

Perſecutio Athan. & fuga.

12. „Cæterum cum Conſtantius quidquid „libuit in Eccleſias tum Italicas, tum alibi „ſitas deſignaſſet, ubique per omnia terrore „ſuo diffuſo, in Alexandriam furorem ſuum „convertit, nam ad ducem & milites litteras „cum minis mittit, Notariique Diogenius & „Hilarius amandantur una cum Palatinis, „deſignaturque ea crudelitas in Eccleſiam, „quam ſuperius perſtrinxi: deinde poſt acta „illa Syriani, approbans hujusmodi mala ite„rum ſcribit ſenatui populoque Alexandrino, „juventutem ſollicitans, ut omnes in unum „coacti Athanaſium perſequantur, aut ſcirent „ipſos ſibi infeſtos eſſe: Athanaſius autem an„tequam iſta mandata ſupervenirent, invaſa „jam a Syriano Eccleſia alio abſceſſerat. Edi„cta igitur, quæ Imperator ſcripſit, publice „propoſita ſunt, in quibus ait, ſe fratris ſui „beatæ memoriæ amicitiam reveritum tem„porarium Athanaſio acceſſum permiſiſſe; „quæ res & ipſum in promiſſis fallacem, & „erga fratrem mortuum ingratum oſtendit. „Deinde in litteris obtendit in ſpeciem Epi„ſcoporum judicium: ſed ſi eſt judicium Epi„ſcoporum, quid commune cum eo habet Im„perator? Quandonam a condito ævo audi„tum eſt? quando judicium Eccleſiæ authori„tatem ſuam ab Imperatore accepit. Plurimæ „antehac Synodi fuere, multa judicia Eccle„ſiæ habita ſunt, ſed neque Patres iſtiusmodi „res principi perſuadere conati ſunt, nec Prin„ceps

Epiſcoporum judicium ab Imperatore authoritatem non habet.

„ceps ſe in rebus Eccleſiaſticis curioſum præ-
„buit.

13. „Populis igitur in magnam Eccleſiam „convenientibus, erat enim quarta Sabbati, poſtridie Heraclius comes adjuncto ſibi Ægypti præfecto Cataphronio & Fauſtino, juvenes „forenſes, & idolorum adoratores concitat, „ut ex præcepto Imperatoris invaderent Eccleſias & populos lapidarent: plerique autem „populorum miſſione e ſacris facta abierant, „aliquot mulierculis remanentibus. Res agitur, ut imperatum fuit, modo enim ab oratine mulierculæ ſe ſeſſum receperant, cum „levis armaturæ illa juventus cum lapidibus & „fuſtibus irruens cæteras lapidibus inceſſunt, „ſacra autem virginum corpora concidunt, & „fœdiſſimis verbis offendunt. Deinde ſubſellia, thronum, menſam ligneam, tabulas „Eccleſiæ foris lata combuſſerunt, & thura „inſparſerunt. Cæterum divinum ſupplicium „eorum ſcelera declaravit, quidam enim magna vi thronum convellens, & inter ſedendum fornicarios ronchos de naribus inſonans, fragmento ligni in ventrem ipſius reſiliente rupto alvo effuſis viſceribus collapſus „eſt, & poſt unum diem expiravit. Alius „cum frondibus ingreſſus, & ut ethnicus eas „manu per ludibrium agitans ſtatim oculis ita „caligavit, ut nihil videret, neque intelligeret, ubi terrarum eſſet, adeo ut vix poſt „diem ad mentem redierit, nihil memor eorum, quæ vel fecerat, vel paſſus erat. In „ſumma Ariani ita erant feri in omnes, ut *Eccleſiæ Alex. devaſtatio.*

„carnifices homicidæ, & nefarii vel quidvis „potius quam Chriſtiani vocarentur. Reli- „qua quæ hic ſequuntur ſunt vehementiſſima „declamatio in perſecutiones Arianorum & „Conſtantii Imperatoris quem S. Athanaſius „Antichriſto comparat. Ipſi adjuncta eſt pro- „teſtatio populi Alexandrini de violentiis in „S. Athanaſium commiſſis.

Nota. In nova editione operum S. Athanaſii habetur hoc loco condemnatio Arii, & epiſtola ſynodalis Alexandri Epiſcopi Alexandrini; utraque vero jam relata eſt Analyſ. tom. 7. pag. 652. ſqq.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI

QUATUOR ORATIONES CONTRA ARIANOS.

§. I.

Argumentum.

Quatuor orationes contra Arianos præcipuam dogmaticorum S. Athanaſii operum partem conficiunt. Eas ſanctus Doctor eo tempore ſcripſit, quo in ſolitudine degebat, cum Georgius in ſedem Alexandrinam intruſus fuiſſet. Qui quinque illarum recenſent, epiſtolam Encyclicam ad Epiſcopos Ægypti & Lybiæ, quæ jam ſuperius relata eſt, pro prima aſſignarunt. Argumentum eorum hæreſis Arianæ refutatio eſt.

§. II.

§. II.

ANALYSIS.

ORATIO PRIMA CONTRA ARIANOS.

1. In prima hac oratione S. Athanaſius Arianorum ſectam hæreſeos convincit *primo* ex hujus ſectæ novitate „cui nomen eſt ab „Ario, ita ut illi qui Arianos Chriſtianorum „titulo inſigniunt plus nimio errent, pro Chri„ſto enim apud illos Arius eſt, uti apud Ma„nichaeos Manichæus, a quo etiam Ariani „appellantur, quia non amplius fidem Chriſti „retinent, ſed Arianæ inſaniæ gregales ha„bentur, qui relictis Chriſti eloquiis Thalias „Arii, hoc eſt crapulas titulo novæ ſapientiæ „cohoneſtant. *Ariana ſecta novi non Chriſtiana.*

2. „*Secundo* impietas ſectæ Arianæ ex ejus „ſcomatibus apparet, quæ in Thalia Arii con„tinentur, & hæc ſunt. Non ſemper Deus „erat Pater, ſed fuit quando nondum Pater „erat. Item non ſemper fuit Filius, ipſum„que Dei Verbum ex nihilo & non entibus fa„ctum eſt. Deinde cum vellet Deus nos con„dere, tunc unum aliquem fecit, quem Ver„bum, Sapientiam, & Filium nominavit, ut „per ejus operam nos architectaretur. Item „duas ſapientias ſtatuit, unam propriam & „coexiſtentem cum Deo, & Filium ex iſta ſa„pientia ortum traxiſſe, & cum illius parti„ceps factus eſſet, nominetenus appellari ſa„pientiam, ſapientia enim illa huic ſapientiæ „initium præbuit Dei voluntate, & ita alte- *Syſtema hæreſis Arianæ.*

„rum Verbum dicit eſſe in Deo, & Filium il-
„lius participem factum appellari per gratiam
„Verbum & Filium. Item multas eſſe poten-
„tias, unam Dei propriam naturam & æter-
„nam, Chriſtum vero ex vulgo earum, quæ
„potentiæ appellantur, quales ſunt locuſta &
„eruca, eumque non ſimpliciter potentiam,
„ſed potentiam magnam appellari, alias vero
„multas eſſe, & ſimiles Filio, & Davidem de
„illis mentionem facere, dum inquit, *Deus
„potentiarum:* & ut omnes ex natura ſua, ita
„& ipſum Verbum mutabilitati obnoxium eſſe,
„& in libero ejus arbitrio fuiſſe, quamdiu ve-
„lit bonum permanere, & cum Deus præcgno-
„ſceret, eum bonum futurum, anticipando
„illi hanc gloriam dediſſe, quam homo poſt-
„modum ex virtute mereretur. Idem rurſus
„auſus eſt dicere, Verbum Deum verum non
„eſſe, ſed participatu gratiæ Deum fieri, ut
„reliquos omnes, ſic & ipſum titulotenus Deum
„vocari: & Verbum aliud diverſumque ac diſ-
„ſimile per omnia ſubſtantiæ Patris ejusque
„æternitati, ſed tamen inter creata eorumque
„comparatione proprium id Verbum & unicum
„exiſtere. Præterea Arius docuit, Patrem
„Filio abditum eſſe, neque ab eo videri aut
„cognoſci poſſe exacte, ſed pro menſura ſua-
„rum virium utpote cum Filius nequidem
„ſuam ſubſtantiam cognitam habeat. Rurſum
„diviſas, disjunctas, alienas, & incommuni-
„cabiles ſubſtantias ait eſſe Patris & Filii &
„Spiritus ſancti, & omnibus modis inter ſe
„diſſimiles ratione ſubſtantiæ & gloriæ usque
„in infinitum.

3. „Ve-

3. „Verum nuſquam ſacra Scriptura tale „quid de Domino locuta eſt, ſed potius ſempiterne eum cum Patre coexiſtere pronuntiat, „dum dicit: *In principio erat Verbum* &c. *Joan.* 1. „Et in Apocalypſi: *Qui eſt, & qui erat, & qui* „*venturus eſt. Apoc.* 11. Et ad *Rom.* 9. dicitur „*benedictus in ſæcula.* Eum autem eſſe *Dei po-* „*tentiam & ſapientiam*, idem Paulus dicit: ubi „dum ait Dei potentiam, clarum eſt, id quod „alicujus eſt, non eſſe hoc ipſum, quod is eſt, „cujus eſt, ſed tamen nequaquam ab eo ex- „ternum. Deinde cum ſancti loquuntur, ita „loquuntur: *Ille qui eſt ante ſæcula.* Item *per* „*quem fecit & ſæcula*, Filii æternitatem depre- „dicant, ipſumque eſſe Deum oſtendunt. Non „igitur ex non entibus factus eſt Filius, aut „unus ex rebus creatis, ſed Patris imago eſt, „& æternum Verbum ſemper exiſtens. *Filii æternitas.*

4. „Sed inquiunt, ſi Filius ab æterno fuit, „unaque cum Patre exiſtebat, non Filius Pa- „tris, ſed frater debet dici. Verum cum æter- „num profiteamur, & Filium ex Patre; quo- „modo is, qui genitus eſt, genitoris frater eſſe „poterit? Quodſi id, quod genitum eſt ex Pa- „tre æternum dicitis, recte dicitis: hominibus „enim proprium eſt in tempore gignere ob im- „perfectionem ſuæ naturæ, Dei contra ſoboles „æterna eſt ob æternitatem naturæ. *Filius frater Patris dici nequit.*

5. „Nunc autem quamquam nomen Filii „agnoſcant, tamen ſobolem ſubſtantiæ Patris „negant, & nonniſi nominetenus eum Filium „eſſe poſſe dicunt, & ex participatu eſſentiæ *Filius eſt ejusdem ſubſtantiæ cum Patre.*

„nomen Filii Dei, & Sapientiæ conſecutum „eſſe, ſcilicet ex participatu Patris. Verum „quidnam illud eſt, aut unde proficiſcitur? ſi „enim extraneum quiddam & ſeorſum a Pa„tre intelligitur, participationem Patris habe„re non poterit, unde nec ejus Filius erit, ſed „extranei, cujus parricipatu Filius dictus eſt. „eſt. Neceſſum igitur eſt, ut id, quod inte„gre ex ſubſtantia Patris editum eſt, id ejus „ſit proprius Filius.

[E]ſt ſa[pi]entia & [V]erbum [P]atris.

6. „Ex eo autem quod genimen Patris Fi„lius ſit, nihil amplius dubii relinquitur, eum „eſſe Sapientiam & Verbum Patris, in quo & „per quem condit omnia, & hoc ipſum eſſe „ejus *ſplendorem*, in quo omnia illuminat, *cha„racterem* & *imaginem*, in qua cognoſcitur. „Item ſi Patri non eſt coæterna ſua Sapientia „ſive Verbum, ſequitur, quod Trinitas æter„na non fuerit. Et ſi Filius non eſt proprium „ſubſtantiæ Patris germen, ſed ex non entibus „emerſit, ex iis etiam Trinitas emerſit.

[F]ilius Dei [n]on debet [g]ignere.

7. „Sed inquiunt, ſi genitum quiddam ex „Patre eſt Filius, & imago ejus, ſimilisque „ei per omnia, debet quemadmodum ipſe eſt „genitus, ita quoque de ſe gignere, ipſum fieri „alicujus Filii Patrem, viciſſimque qui ex eo „genitus eſt, etiam ipſum quoque liberos pro„creare, idque per ordinem in infinitum. Ve„rum non eſt Deus ut homo, qui Pater & Fi„lius eſt: ſed in Deitate Pater proprie Pater „eſt, & Filius proprie Filius eſt, & in illis ſo„lis conſiſtit, ut Pater ſemper ſit Pater, & Fi„lius

„lius ſemper ſit Filius, in quo imago Patris „evidentiſſime oſtenditur, quia id manet, quod „eſt, & non immutatur, retinetque ex Patre „idenditatem; & ſi invariabilis eſt Pater, & „hoc ipſum quod eſt, permanet, neceſſario „& imago id ipſum quod eſt permanet, & non „variabitur.

8. „Ulterius dicunt; Deus eadem ratione „qua eſt Pater, ſemper eſt conditor, neque illi „poſtea acceſſit condendi facultas; quapropter „cum creator ſit, æternæ quoque creaturæ „exiſtent. Verum opus extrarium quiddam „eſt ab opifice, e contra Filius paternæ ſub„ſtantiæ partus eſt, quocirca non eſt neceſſa„rium opus ejus perpetuo conſiſtere, cum enim „vult opifex operatur: fœtus autem non eſt „res obnoxia voluntati, ſed proprium ac ſuum „paternæ ſubſtantiæ. Opifex quidem & dici, „& eſſe poterit, etiamſi nondum opera exi„ſtant, Pater vero nec eſſe nec dici poterit, ſi „non ſit ei Filius. Quodſi autem curioſe in„quirant, cur Deus non ſemper operatus ſit; „furioſorum eſt iſta audacia. Quis enim cogno„novit mentem Domini? imo etſi Deo poſſi„bile fuerit, ab æterno opera facere, non ta„men poterint ea, quæ facta ſunt, ab æterno „fuiſſe, quia ex non entibus emerſerunt, nec „erant priusquam fierent.

Deus creator in tempore creaturas produxit.

9. „Quin iſta quoque illorum percunctatio „dum ajunt; unumne ingenitum an duo? ad „calumniam verbi tendit, ad quam reſponde„mus: ſi ingenitum id dicant, quod jam eſt,

Unus eſt ingenitus

„ſed tamen ut genitum aliunde non ſit, neque „ſui Patrem habeat; unus & ſolus Pater eſt, „quia ea ratione ingenitus dicitur. Præterea „vox hæc ingenitus in Scripturis uſurpata non „eſt, ac proinde ſuſpecta, utpote quæ in ſe „multiplicem contineat ſignificationem: Patris „contra nomen ſimplex eſt, & familiare Scri„pturis ſanctis & verius, Filiumque ſignificat.

Verbum non eſt mutabile.

10. „Jam quod dicunt mutabile eſſe ver„bum Dei, blaſphemia eſt, ſi enim mutabile „Verbum, quis erit finis illius incrementi? aut „qua ratione ſimilis eſſe poterit mutabilis im„mutabili? quomodo qui mutabilem viderit, vi„diſſe immutabilem arbitrabitur? certum enim „eſt non ſemper in eo videri Patrem immuta„bilem, quoniam ſemper Filius mutatur: de „quo tamen dicitur: *Tu idem ipſe es*, nam cum „e Patre, & ejus ſubſtantiæ proprius, immu„tabilis quemadmodum ipſius Pater eſt.

Verbum ſecundum hum. nat. exaltatum & unctum.

11. „Dicunt: Apoſtolus ad Philip. 2. ait; „ideo & *Deus illum ſuperexaltavit, & donavit „illi nomen* &c. ac per Davidem dicitur: *Pro„pter hoc unxit te Deus* &c. ſi ideo exaltatus „eſt, ergo & gratiam accepit: & ſi ideo in„unctus eſt, mercedem ſuæ voluntatis adeptus „eſt: quodſi vero voluntate fecit quod fecit, „convertibilis naturæ eſt. Sed illud: exalta„vit illum, non ſubſtantiam Verbi exaltatam „ſignificat, fuit enim & ſemper eſt æqualis „Deo, ſed ad humanitatem ejus ſpectat, ne„que enim iſta prius dicta fuere, quam tunc, „cum jam Verbum caro eſſet factum. Jam

„quo-

ioque & illud: *donavit illi*: non propter ſum Verbum ſcriptum eſt, erat enim anteiam homo fieret adorandum ab omni creara ſecundum ſuam a paterna ſubſtantia proietatem, ſed propter nos id de eo ſcriptum t, nam ut homo accipere dicitur, quod ut eus ſemper habuit, fruſtra igitur innitunr Ariani conjunctioni iſti: *ideo;* non enim æmium virtutis iis verbis ſignificavit, ſed uſam ſublimationis in nos redundantis, ſciet reſurrectionis ex mortuis: nam quid iud in iſtis verbis ſignificatur, quam geneſi Patris Filium, qui cum in Forma Dei at, ſervum pro nobis factum eſſe, ſi enim mo factus non fuiſſet, nunquam nos a pectis vindicati ex mortuis reſurrexiſſemus, c ad cœlos ſubvecti eſſemus: ſed adhuc in co remaneremus. Propter nos igitur & de bis dictum eſt, *exaltavit*, & *donavit*. Dede cum Pſalmiſta ait, unxit te Deus præ rticipatoribus tui, quid aliud intelligenm, quam alium illum eſſe a rebus creatis, atriſque Verbum, ſplendorem & ſapientiam, qua omnia creata participant & ſanctifintur ab eo per Spiritum: & hic quidem igitur, non ut Deus fiat, nam antea id at, neque ut rex efficiatur, cum jam ab terno regnaret, quippe qui erat imago Pais, ſed inungi dicitur, ut nobis hominibus, emadmodum in exaltando & reſuſcitando cit, ita quoque iſtic Spiritus incolatum coniet, & nos ſanctificet. Quapropter cum ſe humano more inungi memoratur, nos mus, qui in eo inungimur. Quare etiam

„illud verbum: *ideo*, non mercedem virtutis „aut operis Verbi Dei ſignificat, ſed cauſam „ejus adventus ad nos ejusque unctionis, quæ „in illo pro nobis fiebat.

ilius Dei m crea- s. 12. „Sed ſcriptum eſt, inquiunt, in pro„verbiis *Dominus creavit me principium viarum* „*ſuarum, ad opera manuum ſuarum.* Et *Hebr.* 8. „dicitur *præſtantior Angelis* factus. Et *Hebr.* 3. „dicitur *Jeſus* fidelis exiſtere ei, *qui ipſum crea*„*vit.* Et *Act.* 1. legitur, quod Deus hunc *Je*„*ſum* Dominum & *Chriſtum fecit.* Verum lo„cus ille Proverbiorum de corporali Salvato„ris præſentia intelligitur. Apoſtolus etiam „de Chriſto loquitur, per illud: tanto melior „Angelis factus, oſtendere volens, quanto Do„minus præ ſervo excellit, tanto functione of„ficioque ſervorum Filii adminiſtrationem me„liorem fuiſſe, & ideo præſtantiorem eum di„cit, ut diſcrimen naturæ Filii ad res creatas „indicaret, utpote qui ſit proprius ſui Patris, „& illud Verbum *factus* pro natus more ſcri„pturæ poſuit. Quodſi iterum objiciant, ver„ba iſta per comparationem eſſe dicta, & com„parata ejusdem generis eſſe debere, adeo„que Filium habere genus ad naturam An„gelorum. Sed tamen audiant, in congene„ribus ex confeſſo ſolere comparationes fieri, „non autem in iis, quæ genere disconveniunt. „Si igitur locutus fuiſſet Apoſtolus: tanto ma„gis Filius Angelos antecedit, data illis eſſet „aliqua occaſio ex comparatione Filii ad An„gelos: nunc autem cum dicit, eum meliorem „eſſe, ac tantum diſtare, quantum diſtat Fi-

„lius

„lius a ſervis, declarat eum alium diverſumque eſſe ab Angelorum natura, & cum dicit, „eum fundaſſe univerſa, oſtendit, illum alium „eſſe a rebus creatis, uti ex contextu Apoſtoli „clare apparet. Cum igitur audiunt hoc vocabulum factus aut redditus, non initium „exiſtendi in verbo imaginari, aut ulla ratione idem creatum eſſe, confingere oportet, ſed „de miniſterio œconomiaque, cum homo factus eſſet, ea Pauli verba interpetanda ſunt. „Cum enim caro factus erat, & habitabat in „nobis; venerat enim, ut adminiſtraret, & „omnibus ſalutem præberet, tum nobis ſalus, „vita, propitiatio factus eſt, tum ejus functio „pro nobis & adminiſtratio, melior facta eſt „angelis, & factus eſt via & reſurrectio. Et „ſicut illud, *fias mihi in Protectorem Pſ.* 30. non „ſientiam Dei, initiumque ejus exiſtendi præfefert, ſed miſericordiam, ita illud melior „Angelis factus Jeſus non ſubſtantiam verbi „creatam oſtendit, ſed dotes quæ nobis ex „ejus incarnatione provenerunt, etſi hac in „parte ingrati ſint hæretici, & adverſus veritatem contentioſi.

ORATIO SECUNDA CONTRA ARIANOS.

1. In hoc libro pergit S. Athanaſius refutare argumenta Arianorum, & illud quod in ſuperiori libro allatum eſt, ſcilicet, Jeſum fidelem exiſtere ei, qui ipſum fecit *Hebr.* 3. ita explicat: „Cum opus aliquod aut creatura „prodierit, tunc propriæ voces ſunt: *operatus* *Fecit pro- genuit.*

„*eſt*,

„*eſt*, *condidit;* cum autem Filius eſt, de quo „mentio habetur, tunc *fecit* & *creavit* impro„prie de ea re pronuntiantur, & ſi de verbo „ſermo ſit, omnes ejusmodi voces vel ad ejus „humanitatem rejiciuntur, vel progenuit, uſur„pantur.

hriſtus uomodo delis. 2. „Quodſi quia ſcriptum eſt, eum fide„lem fuiſſe illi, qui ipſum fecerat, perturben„tur, exiſtimantes, id de eo accipiendum eſſe, „quod credendo acceperit fidei meritum. At „cum iſta loquebantur ſancti, non humana de „Deo ſentiebant, ſed certum habebant, dupli„cem eſſe ſignificationem in Scripturis in hoc „verbo, *fidelem eſſe:* cum fidelis nunc ut cre„dens, nunc ut qui dignus ſit, cui fides ha„beatur capi ſolent, & alterum in homines, al„terum in Deum congruere. Quod igitur ſcri„ptum eſt, fidelem eum eſſe ei, qui eum fe„cerat, non hunc ſenſum habet, quaſi creden„do gratioſus ſit factus, ſed quia ipſe eſt veri „Dei Filius, & dignus, cui habeatur fides in „iis quæ dicit & facit, cum immutabilis perſi„ſtat in negotio humanitatis ſuæ, & immigra„tione in carnem noſtram, & reddet ea, quæ „pollicitus eſt. Filius igitur Dei fidelis eſt, „quia ſemper eſt, & non accipit variationem, „neque vanus eſt vel exiſtendo vel pollicitan„do: Hebræis porro vocabulum hoc fidele „ſignificatum habet, immutabilitatis.

omodo riſtus minus us. 3. „Eundem quoque intellectum habet id, „quod de eo in actibus cap. 1. a Petro recen„ſetur: *Dominum illum & Chriſtum fecit:* non „hic

c ſcriptum eſt: fecit illum ſibi Filium, aut
erbum. Unde cum Petrus dixiſſet: Domi-
m & Chriſtum illum fecit, ſtatim ſubintu-
: *hunc Jeſum quem vos crucifixiſtis.* Et om-
bus innotuit, non de ſubſtantia Verbi, ſed
homine facto mentionem fieri. Ait au-
n: fecit illum Dominum non ſimpliciter,
l apud nos, quod idem eſt, ac declaravit
m Dominum: Ex ſignis enim quæ fecit,
claratum eſt, non ſimplicem eum homi-
m fuiſſe, ſed Deum & Dominum in cor-
re eumdemque Chriſtum fuiſſe, qui om-
um dominaretur & omnes Chriſmate ſeu
iritu ſancto ſanctificaret.

4. „Cæterum quamquam ſuperius dicta *Verbum increatum.*
re oſtendant Arianorum commenta futilia
e, quia tamen in illo Proverbiorum ſche-
te: *Dominus creavit me* &c. ſeſe ubique
aditant neceſſe eſt, hanc vocem, *creavit,*
cuti & examinari. Sed ante omnia inſpi-
mus, quæ ab initio ſuæ hæreſis ſcriptis
s ediderunt. Scripſerunt enim in hæc ver-
: Creatura eſt, ſed non ut ulla ex rebus con-
is. Verum aut Verbum eximatur e nume-
conditarum, & ut conditor Patri ſuo pro-
us attribuatur, agnoſcaturque natura
ius eſſe, aut ſi condita eſt, eumdem illi
linem cum cæteris creaturis aſcribite:
n etſi excellit comparatione inter cæteros
ius, nihilo tamen minus illum uti reliquos
nes opus & creaturam eſſe cenſendum,
oniam in aliis quoque per naturam creatis
tum eſt reperire aliud alio præſtantius: ſi

„au-

„autem creatura eſt, & omnia per eum creata „ſunt, a quo ergo & ipſum Verbum crreatum „eſt. Deinde ſi Verbum res condita eſt,, ſed „cœteris præſtantior, oportuit idipſum, qui„busnam melior eſſet, a ſacris litteris indica„ri, nunc autem ille ad iſtum modum non de„ſcribitur, ſed Filium eum ſibi eſſe & ſolum & „proprium oſtendit Pater his verbis : *Hic eſt* „*eſt Filius meus dilectus Matth.* 3. ideoque inſer„viebant illi Angeli ut diverſo ab illorum na„tura, & adoratur ab illis, non ut gloria ma„jor, ſed ut ſejunctus a conditione tum crea„turarum reliquarum, tum etiam Angelorum, „Patri tantummodo æqualis ſecundum ratio„nem ſubſtantiæ.

eus me- iatore ad eandum n eget.

5. „Dicunt ulterius : Deus volens creati„tiam naturam producere, condidit primus & „fecit unum, eumque appellavit ſuum Filium „& Verbum, ut reliqua per eum condi poſ„ſent. Verum ſi dixerint ob fatigationem non „ſuffeciſſe Deum ad reliquorum procreationem, „& ideo Filium condidiſſe, occlamabit eis to„ta rerum univerſitas, quod Deus non laſſe„tur *Iſ.* 35. ſi ob faſtidium, id Deo indignum „eſt, qui omnia providentia ſua gubernat: ſi „ob id, quia nequibat creatitia natura parti„ceps eſſe divinæ in ſe impenſæ operæ, adeo„que opus fuit interventu adminiſtratoris; „tunc neceſſum fuit, cum Verbum creatitia „res ſit, ipſum quoque ut fieret, mediatore „indiguiſſe, & hic iterum alio, & ſic in infi„nitum.

6. „Præ-

6. „Præterea ſciſcitantur, quomodo poſſit „æternus eſſe Filius, aut quomodo poſſit ex „ſubſtantia Patris eſſe, ut non ſit pars ejus, „quod enim ex aliquo eſt, id ejus pars eſt, „quod autem in partes dividitur, integrum eſſe „nequit. Verum cum in rebus creatis & cor„poralibus inveniantur genita, quæ partes eo„rum non ſunt, ex quibus ſunt genita, ne„que per paſſionem, inde abſceſſerunt, neque „ſubſtantias parentum diminuerunt, uti patet „in ſole ſplendorem emittente, & in patre ge„nerante Filium; quo quæſo non inſaniant, „qui de incorporali & vero Deo cogitant, par„tes ibi & paſſiones locum habere, atque di„viſiones attribuunt impaſſibili & invariabili „Deo. Quis enim audiens Filium non ſtatim „cogitat, eum eſſe Patris ſui proprium quid„dam, & natura genereque eumdem? nam in „Catechiſmo inſeminatum fuit cujusque ani„mo, Deum habere Filium, Verbum, & Sa„pientiam, & Potentiam ſuam, iſtaque eſſe „imaginem & ſplendorem ejus, unde ſtatim „oboriebatur iſta cogitatio, Filium ſemper „eſſe, & ex Patre eſſe, ac ſimilitudinem ejus „exiſtere, & æternum quiddam ex ſubſtantia „Patris eſſe, adeo ut inter hæc nihil de crea„titia conditione Filii in mentem veniat. *Quomodo ex ſubſtantia Patris Filius ſit.*

7. „Sed perduelles audent dicere: quomo„do poteſt Filius coæternus exiſtere ſuo Patri? „cum inter homines Filius poſt Patrem ſuum „naſcatur. Rurſumque obmurmurant, quo„modo poteſt Filius Verbum eſſe aut imago „Dei, cum hominum Verbum ſyllabis conſtans *Quomodo Filius coæternus Patri.*

„nihil

„nihil ſit, niſi indicium mentis, quod ubi fa-
„ctum eſt, ſtatim evaneſcit. Verum ſi de ho-
„mine quopiam loqui ſe credunt, loquantur
„de Verbo & Filio Patris humano more; ſin
„contra de Deo ſermo eſt, jam mihi nihil hu-
„mani, ſed ea, quæ ſupra humanam naturam
„ſunt eos cogitare velim: qualis enim eſt ge-
„nitor, tale quoque eſſe id, quod genitum eſt,
„neceſſarium eſt, & qualis eſt Pater Verbi, ta-
„le etiam fuerit Verbum ejus. Homo igitur
„in tempore genitus, in tempore quoque pro-
„lem gignit, & quia ex non ente factus eſt,
„ideoque & Verbum ejus deſinit; Deus au-
„tem non ut homo, ſed ens eſt, & ſemper eſt,
„ideoque & Verbum ejus ens eſt, & ſemper
„eſt cum Patre ut ſplendor lucis. Contra ho-
„minum verbum, uti ſyllabis conſtat, ita ne-
„que vivit, neque agendi vires poſſidet, ſed
„ſolummodo eſt in loquente index mentis, &
„ſtatim ubi enuntiatum eſt, præterit quia ni-
„hil erat, priusquam enuntiaretur, ideoque
„neque vivit, neque hominis naturam poſſi-
„det, quia homo ex non ente ſortitus eſt na-
„turam: Dei autem Verbum non eſt ſonus vo-
„cum, qua Deus ſingulis rebus præcipit, ut
„exiſterent, ſed genitum quiddam & perfectum
„ex perfecto, ac proinde Deus eſt ac imago
„Dei. Imo indecorum eſt, quærere, quomo-
„do ex Deo Verbum ſit, aut quomodo ſit Dei
„ſplendor, aut quomodo gignat Deus: inſanie-
„rit, qui talia auderet, quoniam rem ineffa-
„bilem, & duntaxat ipſi ac Filio ſuo cognitam
„Verbis interpretari conaretur.

8. „Præ-

8. „Præterea cum unus ſit Deus. Ariani *Non duo verba.*
„plures imagines, Sapientias & Verba intro-
„ducunt; alterum proprium & naturale Ver-
„bum Patris dicentes, in quo Filium procrea-
„vit, quem verum Filium per metaphoram ap-
„pellari cenſent, & ſapientiam nominetenus
„vocari; eſſe tamen nihilominus & alteram
„ſapientiam propiam & veram Patris ingeni-
„tam illam & coexiſtentem cum ipſo, in qua
„cum hunc alterum creaſſet,, nominavit eum
„ex paticipatu naturæ illius ſapientiæ, ſapien-
„tiam: nam Apoſtolus non dicit ſe Chriſtum
„prædicare *illam Dei virtutem*, ſed ſine prono-
„mine, *Dei virtutem:* & Arius in ſua Thaleia
„ait: aliam eſſe virtutem inſitam Deo, inge-
„nitam quidem ſed tamen genitabilem, quæ
„Chriſtum genuerit, & architectricem mundi,
„cujus meminit Apoſtolus ad Romanos, dum
„inquit: *inviſibilia ejus ex creatione mundi operi-
„bus animadverſa perſpiciuntur: perſpicitur quo-
„que eadem ratione æterna ejus potentia & Divi-
„nitas.* Quemadmodem enim in hoc loco Di-
„vinitatem nemo dixerit Filium eſſe ſed Pa-
„trem, ita quoque poteſtatem & Divinitatem.
„Sed tamen multæ ſingillatim ab eo ſapientiæ
„ſunt conditæ, quarum primogenitus & uni-
„genitus eſt Chriſtus. Cæterum illæ omnes
„a principe illa pendent, & omnes virtutes
„conditoris appellantur, ſicut & Propheta lo-
„cuſtam in pœnam ſcelerum immiſſam pote-
„ſtatem magnam vocat. Verum ſi Filius ob
„rationalia, ratio, ob ea quæ erudiuntur, ſa-
„pientia; ob ea quæ fortificantur fortitudo
„cenſetur, erit ſolum ſecundum mentis con-

„ceptionem, & deterior diabolis, quos reve-
„ra ſubſiſtere volunt, cum tamen Dei verbo
„nonniſi nominetenus eſſentiam tribuant, &
„Chriſtum locuſtæ comparent. Deinde de
„ſecundo illo verbo nulla ſit in ſcripturis men-
„tio.

·iano- n Bap- na in- le.

9. „Sane Ariani in periculum veniunt, ne
„amittant integritatem myſterii, loquor autem
„de Baptismate: Si enim in nomine Patris &
„Filii datur plena initiatio, Patrem autem ve-
„rum illi non pronuntiant, eoquod negent, ali-
„quid ex ipſo exiſtere, & ſimile eſſe illius ſub-
„ſtantiæ, negant quoque verum Filium, aliúm-
„que ex non entibus conditum ſibi comminiſ-
„centes in Baptismate proferunt, qui igitur
„non plane vanum & inutile fuerit Baptisma,
„quod ab illis datur, non enim in Patre & Filio
„tribuunt Baptisma Ariani, ſed in creatore &
„creatura, in factore & factura: ſicut igitur
„creatura diverſum quiddam eſt a Filio, ita
„diverſum quiddam a vero Baptismate eſt,
„quod ab illis exiſtimatur dari: non enim qui
„ſimpliciter ait, Domine, is eſt, qui donat le-
„gitimum Baptisma, ſed qui nomen exprimit,
„& fidem rectam habet, ideoque Salvator pri-
„mum dixit, *docete*: ac deinde, *baptizate in*
„*nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*, ut ex
„doctrina recta fides oriatur, & cum fide Ba-
„ptismatis integra initiatio perficeretur. Cer-
„te aliæ etiam hæreſes nominetenus ritum
„iſtum pronuntiant, ſed ſanam fidem non re-
„tinentes inutilem poſſident aquam numine &
„religione deſtitutam, adeo, ut qui ab illis
„ad-

„adſpergantur, ſordeſcant potius prava reli-„gione, quam redimantur, & qui cum Ario „ſentiunt, etſi proloquantur ipſa nomina fru-„ſtrantur, illuduntque iis, qui ab ipſis Baptis-„ma accipiunt, homines nimirum improbiores, „quam ulli hæretici.

Chriſtus quomodo primogenitus creationis.

10. „Dicunt ulterius: Chriſtus *Rom.* 11. *Pri-„mogenitus* dicitur *omnis creationis*: Ergo certum „eſt, eum unum eſſe ex rebus creatis. Sed ſi „primogenitus omnis creationis eſt, diverſum „quiddam a rebus creatis fuerit: non enm dixit „Apoſtolus primogenitus eſt omnium aliarum „creaturarum, ne veluti unus ex creaturis ha-„beretur, ſed univerſæ creationis, ut diver-„ſum quid a creaturis crederetur. Apoſtolus „ergo non ita de Domino loquitur, quod ſit „primogenitus omnium, ne aliud quam no-„ſtrum corpus circumferre crederetur, ſed ut „ſit primogenitus ob multos fratres, frater ni-„mirum inter multos fratres futurus ob ſimi-„litudinem carnis. Si igitur Verbum unum „ex rebus conditis eſſet, diceret ſcriptura, eum „primogenitum eſſe aliarum creaturarum, nunc „cum dicitur primogenitus omnis creationis „manifeſte oſtenditur, Filium Dei diverſum „eſſe ab omni creatura, & non rem conditam, „nam ſi res condita ſit, ipſe quoque ſui pri-„mogenitus, primus & ſecundus fuit. Pri-„mogenitus ergo appellatur inter multos fra-„tres ob carnis noſtræ cognationem: primoge-„nitus ex mortuis, quia per eum & cum eo „reſurrectio mortuorum incepit: Primogenitus „omnis creaturæ, quia Pater per Verbum

„ſuum non ſolum omnia condere, ſed etiam „creaturam, de qua loquitur Apoſtolus, libe„rare voluit ab omni ſervitute corruptionis in „libertatem gloriæ filiorum Dei.

n Sal- tor riſtus nus & n crea- ra eſſe uerit.

11. „Præterea dicunt, non opus fuit, ut „Salvator noſter creatura non eſſet, poterat „enim ſine ullo adventu Chriſti ſolummodo lo„qui Deus, & ſolvere maledictionem noſtram. „Sed ſpectandum eſt iſthic, quid hominibus „ſit utile, non quid ſitum ſit in viribus Dei. „Porro quod utile & decorum eſt, id cura ſua „& providentia inſtruit: venit igitur, non ut „ſibi miniſtraretur, ſed ut ipſe miniſtraret, no„ſtramque ſalutem operaretur. Atque ideo „ipſa rei ratio hic ſpectari debet: ſi enim ob „vires ſuas, ob quas id potuit, verbo edixiſ„ſet, & ita maledictio aboleretur, imperantis „quidem potentia in conſpicuo pateret, homo „tamen ejusmodi effectus fuiſſet, qualis Adam „ante prævaricationem fuerat, extrinſecus ac„cipiens gratiam, non autem eam corpori ſuo „agglutinatam tenens, forſitan etiam deterior „evaſiſſet, utpote qui jam prævaricari didice„rat. Quodſi rurſus a ſerpente deciperetur, „iterum opus fuiſſet Dei loquentis imperio, ut „ita maledictio ſolveretur, atque ita in immen„ſum, & nihilominus remanſiſſent homines „obnoxii ſervientes peccato, ac proinde ſem„per peccantes, ſemper opus haberent veniæ „condonatore, neque umquam illis a vindice „ſatisfieri poſſet, ſemper legi ob infirmitatem „carnis ſuccumbentibus. Rurſus ſi Filius „creatura eſſet, homo mortalis remaneret, ut

„non

„non coaptatus Deo, non enim creatura per „creaturam Deo coaptata fuiſſet, cum ipſa co„aptatorem requiſiſſet. Ne igitur illud fieret, „mittit Deus Pater Filium ſuum, & ille effi„citur Filius hominis creatitiam carnem aſſu„mens, ut quoniam omnes obnoxii erant mor„ti, pro omnibus ſuum corpus morti offerret, „ac deinceps veluti omnibus per eum mortuis „omnes per eum renaſcerentur, ut liberi a pec„cato & ejus maledictione, & ſic permanerent „in æternum a mortuis excitati, & immorta„litate induerentur, Verbo ſiquidem carne in„duto morſus ſerpentis in carne extinctus eſt, „& nos quoque Verbo coaptati ſumus.

12. „Rurſus de eo quoque praviter ſen„tiunt, in quo ſcriptum eſt: *Ante ævum funda„vit me, Prov.* 8. arbitranturque illud ad Dei„tatem Verbi, non adventum ejus in carne „referendum eſſe. Verum in hoc loco non „dicitur: ante ævum Verbum aut Filium me „fundavit, ſed ſimpliciter fundavit me, ut „oſtenderet, ſe non ſui cauſa, ſed propter eos, „qui ipſi inædificandi erant, ita de ſeipſo locu„tum eſſe: neceſſum autem eſt fundamentum ta„le eſſe, qualia ea, quæ ſuperinædificantur, ut „congruant inter ſe. Verbum igitur quatenus „Verbum eſt, non habet aliquos, qui ſecum „congruant, Unigenitum enim eſt, quatenus „vero homo factum eſt, congruentes habet, ut„pote cum quibus ſimilem carnem induerit, „quocirca quantum ad humanitatem fundatur, „ut nos ſuper eum inædificemur, efficiamur„que templum habitantis in nobis Spiritus ſan-

Chriſtus quomodo fundatus.

„cti. Illud porro quod ſcriptum eſt: *ante* „*ævum*, & *antequam terra conderetur*, nemi„nem perturbet, pulchre enim cum iſtis ver„bis conjunctum eſt: *fundavit me*, & *creavit* „*me*: id enim rurſus diſpenſationem incarna„tionis ejus attingit: *Gratia* ſiquidem *Patris* „*erga nos* nuper *apparuit* ait Apoſtolus *Tit.* 2. „cum ad nos Chriſtus adveniſſet, ſed illa ta„men antea præparata deſtinataque fuit, quam „nos efficeremur, imo ante mundi conſtitutio„nem, non enim congruum erat Deum, poſt„ea tandem de nobis deliberare, ne aliquid „noſtri videretur ignorare. Creans igitur nos „per ſuum Verbum, proſpiciensque nos bonos „quidem creatos, ſed poſtea prævaricatores fu„turos præcepti ſui, & e paradiſo ejiciendos; „jam antea in Verbo ſuo inſtituit noſtræ ſalu„tis procurationem, ne penitus extincti ma„neremus, ſed habentes in nobis per Verbum „jam ante præparatam redemptionem iterum „reſurgentes immortales perſeveraremus uti „S. Paulus docet 2. *Tim.* 1. & *Epheſ.* 1.

ORATIO TERTIA CONTRA ARIANOS.

lius in *tre &c.*

1. In hac oratione S. Athanaſius probat identitatem ſubſtantiæ & diſtinctionem perſonæ Patris & Filii, & hujus generationem neceſſariam ex Patre oſtendit, & ait: „Ariani „ſugillant illud *Joan.* 14. *Ego in Patre*, & *Pater* „*in me*, dicentes: Quomodo poteſt iſte in illo „ille in iſto recipi, aut quomodo Pater cum „ſit major in Filio, qui minor ſit, comprehen„di?

„di? verum quid miri ſit, ſi Filius in Patre ſit,
„cum etiam de nobis ſcriptum ſit: *in eo vivi-*
„*mus, movemur, & ſumus.* Non igitur, ut illi
„arbitrantur, Pater & Filius in ſe invicem trans-
„vaſantur, ita ut Filius impleat capacitatem
„Patris & viciſſim, & neuter ſit ex ſe vel ple-
„nus vel integer, id enim proprium eſt corpo-
„rum. Neque uti in ſanctis hominibus, intra
„quos receptus Deus ipſos fortificat, ita in Filio
„agitur, ipſe enim eſt Patris fortitudo, cujus
„participatu res conditæ in Spiritu ſanctifican-
„tur, cum tamen Filius non participatu ſed
„genitura Filius efficiatur. Neque ita Filius
„eſt in Patre, ut nos in eo vivimus move-
„mur & ſumus, quia ipſe eſt vita, & e Patre
„quaſi ex fonte emanat, in qua omnes vivifi-
„cantur & conſtant. Neque ita Filius eſt in
„Patre & viciſſim, ſicuti Aſterius calumniatur
„ſcilicet, quod ne ſermo quidem quem exor-
„diebatur ſui ipſius ſit, ſed Patris, neque ſua
„opera ſint, ſed Patris, qui ea facienda illi
„poteſtatem dederat, ſic enim nihil ſibi pro-
„prium apud Patrem habere declararet, ſed
„cum omnibus Sanctis & Prophetis commu-
„nem verba Dei loquendi & opera virtute Dei
„faciendi gratiam poſſideret: ſed Filius eſt in
„Patre, eoquod quidquid eſt Filius, in uni-
„verſum ſit proprium ſubſtantiæ Patris, veluti
„ex lumine proradiationem, ut qui Filium vi-
„deat, id videat, quod eſt Patri ſuum ac pro-
„prium. Eſtque vice verſa Pater in Filio, eo-
„quod id quod eſt Patri proprium ac ſuum, id-
„ipſum ſit Filius, uti in radiis ſol, atque ita
„quis videns Filium, videt id, quod proprium

 „eſt

„eſt ſubſtantiæ Patris, & intelligit Patrem in „Filio eſſe: nam cum ſpecies Deitasque Patris „eſſentia ſit Filii, bene conſequitur, ut Filius „in Patre exiſtere dicatur & Pater in Filio: „ideoque merito, cum antea dixiſſet: Ego & „Pater unum ſumus, ſubintulit iſta: Ego in „Patre, & Pater in me, ut idenditatem Divi„nitatis unitate eſſentiæ demonſtraret.

ter & erbum ius nus.

2. „Sed inquiunt, cum unus, & ſolus, & „primus appelletur Deus, qui fit. ut vos Chri„ſtum Deum nominetis? ſi enim eſſet alius „Deus, non ſe ſolum aut unicum Deum ap„pellaſſet. Verum quando *Deut.* 3. dicitur: „*Ego ſum Deus, & non eſt alius præter me*, ad „demolitionem falſorum & ab hominibus ficto„rum numinum dictum eſt. Certe Deus hæc „loquens per Verbum ſuum locutus eſt, adeo„que Deus eſt; & quando Deus ita de ſe ver„ba facit: *Ego ſolus extendi cœlum*, cuivis li„quet. ſub hoc vocabulo *unius*, unum quoque „ejus Verbum intelligi, in quo omnia facta „ſunt. Ita quoque cum dicitur: *unus Deus*: „Et: *Ego ſolus:* Et: *Ego primus;* in uno, ſo„lo & primo cointelligitur Verbum ipſius, quæ „ſubintellectio nusquam locum habet, niſi in „ſolo Verbo, eoquod reliqua ex nihilo emer„ſerint conditore Verbo, quod eſt ex ſubſtan„tia Patris, ejusque veriſſima proles.

ter & lius non s vo- ntate um t.

3. „Verum contra iſta rurſus obnituntur & „ajunt: quandoquidem ea, quæ vult Pater „vult & Filius, neque judiciis ejus refragatur, „ſed ubique cum eo conſentit, & dogmata Filii „cohæ-

„cohærerent cum Patris doctrina, ideo ipſe & „Pater unum ſunt. Verum ſi ea ratione idem „habendi ſunt Pater & Filius, neceſſe eſt An- „gelos aliaque nobis excellentiora ita Filios „habenda eſſe, uti Chriſtus eſt Filius, cum „ea, quæ velit Deus & ipſa quoque velint, & „in omnibus obſequantur Creatori ſuo, ſicuti „& Martyres, Apoſtoli & Prophetæ. Filius „ergo & Pater ea ratione unum ſunt, qua an- „tea declaravimus.

4. „Dicunt denuo: ita Patrem & Filium „unum eſſe dicimus, & ita Patrem in Filio „eſſe & Filium in Patre, ſicut & nos in illo eſſe „poſſumus; hoc enim in Evangelio Joannis „Chriſtus de nobis dignatus eſt loqui: *Pater „ſancte ſerva eos, ut ſint unum, quemadmodum & „nos. Joan. 17. ſqq.* Verum non ut nos eſſe- „mus qualis ipſe dictum eſt, ut unum ſint, „quemadmodum & nos ſumus, ſed ut quem- „admodum ille utpote Verbum in Patre ſuo „eſt, ita quoque & nos aliqua ſimilitudine „dum in eum reſpicimus efficeremur unum, „una inter nos & mutua concordia animi & „ſpiritus unitate. Quapropter Verbum natu- „ra & ex vero unum eſt cum ſuo Patre, nos „autem invicem inter nos cognati, & ex uno „omnes progeniti, & una omnium hominum „natura unum inter nos animo & affectu effi- „cimur, habentes pro Archetypo exemplari „Filii cum Patre naturalem unitatem.

Quomodo Christo data potestas.

5. „Dicunt ulterius: quomodo poteſt Fi- „lius ex Patre natura ſimilis illi eſſe ratione

„eſſentiæ, cum ipſe dicat de ſe: *Data eſt mihi* „*poteſtas* Joan. & *Pater judicium dedit Filio* &c. „Hic ita inferunt: ſi erat ipſe Filius, nulla „fuit illi neceſſitas accipiendi, ſed jam habe„bat ex natura. Aut quomodo ille ſub tem„pus paſſionis hæc verba uſurpavit: *nunc ani*„*ma mea turbata eſt: Pater ſerva me ex hac hora:* „*glorifica Filium tuum: transeat a me calix iſte:* „*conturbatus eſt Spiritu. Joan.* 17. Si ergo Dei „potentia fuiſſet, nihil illi timoris inhæſiſſet: „Item ſi vera & propria ſapientia erat Patris, „cur ſcriptum eſt: *profecit ſapientia, & proce*„*ritate & gratia apud Deum & homines.* Item „percunctatus eſt ex diſcipulis, *quemnam ipſum* „*homines dicerent:* & interrogavit, ubi Lazarus „ſitus eſſet: quæſivit itidem ex diſcipulis, „*quot panes haberent.* Quomodo igitur hic ſa„pientia fuerit, qui in ſapientia creſcit, ea„que ignota habebat, quæ ab aliis voluit con„diſcere. Item quomodo poteſt proprium il„lud Verbum Patris eſſe, ſine quo numquam „Pater fuit, cum in cruce dicat, *Deus meus* „*cur me dereliquiſti?* & ante hoc oraverit: *glo*„*rifica me Pater &c.* precatus eſt quoque in ſo„litudine; & præcepit diſcipulis, ut orarent, „ne intrarent in tentationem, & *ſpiritum prom*„*ptum* eſſe dixit, ſed *carnem infirmam:* & *de* „*illa die aut hora nemo novit nec Angeli nec Fi*„*lius.* Quæ omnia Verbum creaturam eſſe „arguunt. Verum Ariani humana Salvatoris „præ oculis habentes illum exiſtimarunt crea„turam, nos autem ſcopum fidei retinentes „cognoſcamus, quæ iſti male interpretantur, „recto ſenſu prædita eſſe. Nam dictum *Pater*

„*dedit*

„*dedit* & cæteræ ejusmodi ſententiæ non id indi„cant, quaſi ea aliquando non habuerit Filius, „ſed quæ poſſidet ut Deus, ea poſtulat ut Fi„lius, nam quæ habet, a Patre habet, & ne„quis exiſtimet, Filium etiam Patrem eſſe, „ideo hoc verbum prolatum eſt: *Datum eſt mihi*, „& *accepi*: ut oſtenderet, ſe Patrem non eſſe, „ſed Patris Verbum & æternum Filium, qui „ob ſimilitudinem Patris, quæcunque habet, „perpetuo ab eo habet: & quia omnia illi tra„dita ſunt, diverſus eſt ab omnibus creaturis.

6. „Cæterum quæ humanitus de Salvato„re referuntur, & illa quoque piam in ſe ſen„tentiam complectuntur: ut ſi eum audierimus „percunctantem de Lazaro, ubinam ſitus eſſet „& reliqua ab Arianis ſupra allata: nam pri„mo undenam colligunt, eum ea, quæ per„cunctatur, ignorare? non enim qui interrogat „ſtatim ignarus eſt eorum, quæ interrogat, „ſed etiam de iis, quæ plene ſcit percunctatur. „Certe Joannes, qui inducit interrogantem Do„minum, quot panes haberent, ait: *hoc enim* „*locutus eſt, ut tentaret Philippum, ipſe enim no*„*rat, quid facturus eſſet.* Ex iſta re cætera, „quæ ſimilia ſunt, intelligas, uti ubi Lazarus „jaceat, aut dum interrogat, non quaſi igna„rum, ſed ut certum percontationes facere. „Quodſi contentioſius premant iſtas interroga„tiones, audiant in divinitate ignorationem „non eſſe, ſed id proprium eſſe carnis. Quod „autem id verum ſit, vide Dominum cum ad„huc procul ageret, dixiſſe Lazarum eſſe mor„tuum. Idem diſcipulorum cogitationes præ„co-

Quomodo Chriſtus videtur ignorare.

„cognoſcebat, & ſolus cognoſcit Patrem. Cui„vis igitur manifeſtum eſt, ignorationem ad „carnem pertinere, ipſum autem Verbum qua„tenus Verbum eſt, omnia antequam fiant, „præcognoſcere.

Quomodo Chriſto poteſtas data.

7. „Cum vero iſta verba calumniantur: „*data eſt mihi poteſtas*: &: *glorifica Filium &c.* „hoc intellectu iſta omnia interpretemur, hu„manitus illum ob corpus ſuum iſta omnia lo„qui, non quod neceſſitate adigeretur: ſed ta„men ipſe ſibi quaſi data confitetur, quæ hu„manitus acceperat, ut eo, qui Dominus erat, „accipiente, gratia firma permaneret: nam „quod merus homo accipit, id ei eripi poteſt, „ut autem gratia firma hominibus cuſtodire„tur, ideo hanc donationem ut propriam ſibi „arrogat, dicitque ſe poteſtatem accepiſſe ut „hominem, quam ſemper habet ut Deus di„citque glorifica me, qui alios glorificat, ut „oſtenderet, carnem ſe habere iſtarum rerum „indigam, ac proinde carne ſuæ humani„tatis hanc glorificationem accipiente ita lo„quitur, quaſi ipſe eam accepiſſet. Ex ope„ribus igitur prodebat ſuam divinitatem ex „carnis vero affectionibus declarabat, ſe ve„rum corpus geſtare.

Quomodo Chriſtus diem judicii neſciat.

8. Agite nunc, dictum illud *de die & hora*, „*quam nemo noverat ne Angeli quidem aut Fi*„*lius*, excutiamus. Verum ipſa ſeries lectio„nis oſtendit, Filium Dei illum diem & ho„ram probe ſcire, ubi enim dicit, *ne Filius* „*quidem*, ibi diſcipulis recenſet ea, quæ diem „illam

am antecedunt, unde omnino in cognitione a diem habet. Cæterum qua de causa non ſerte eam diſcipulis expreſſerit, nefas qui- ɛm arbitror, in id arcanum curioſius inqui- re, ſed tamen ne id quidem infidelibus ob- urum arbitror, eum hic per carnem homi- s more, & ex perſona hominis locutum eſſe: que eſt, ut aliquid detrimenti Verbo Dei cidiſſe putes, cum ignoratio iſta ad huma- ım naturam ſolummodo pertineat. Qua- opter non dictum eſt ab eo, ne Filius qui- ɛm Dei, ne divinitas ignorare videretur, d ſimpliciter: *ne Filius:* ut Filii hominis a ignoratio remaneret. Sed cur per id tem- ıs dixit, ſe neſcire, quod ipſe ut Dominus ſua cognitione habebat. Ego exiſtimo, ɔſtræ utilitatis cauſa id ab illo factum eſſe, ilicet ne relinqueret diſcipulis occaſionem, ıa ſe ad dicendum premerent, & refræna- t illorum curioſitates. Certe in Actis Apo- ɔlorum *cap.* I. quando aſcendente eo in elum diſcipuli rurſus percontabantur, quan- ɔ finis futurus & ejus adventus expectandus ſet, diſerte illis locutus eſt: non eſt ve- um cognoſcere tempora, & rerum agenda- m articulos, quos Pater collocatos habet in a poteſtate. Utile eſt enim vobis tum de ngelis, tum de Filio negationem ſcientiæ ıdire, ne dæmonibus angelorum figuram ſumentibus, & de conſummatione ſæculi quentibus & Antichriſto ullam fidem ha- atis, utpote earum rerum ignaris. Eſt & ia ratio, cur inutile eſt, finis diem præſciri: ſi is mature prænoſcatur, tempora inter-

„me-

„media neglectim habeantur, & comperendi-
„nationibus utantur usque ad dies fini conter-
„minos, ac tum demum vigiles ſint, ideoque
„& finem cujusque vitæ ſilentio texit, ne oc-
„caſione iſtius ſcientiæ pro majori parte tem-
„poris ſeſe negligentes habeant, ſed ſemper
„expectatione ſuſpenſi quaſi citati proficiamus,
„enitamurque ad ea, quæ a fronte ſunt, ob-
„liti eorum, quæ a tergo relinquuntur: Unde
„ſubjunxit Servator: *Vigilate igitur, quoniam*
„*neque a vobis ſcitur, qua hora Dominus veſter*
„*venturus ſit.* Sane Deus percunctatur in pa-
„radiſo ex Adam, ubinam eſſet, nec tamen
„ignorantiæ ab Arianis argui poteſt: Ergo nec
„Deus carnem indutus ut homo ſciſcitans ex
„diſcipulis.

Quomodo Chriſtus in ſapientia profecit.

9. „Dicunt *Luc.* 2. ſcriptum eſt: *Jeſus*
„*proficiebat ſapientia, proceritate & gratia coram*
„*Deo & hominibus.* Verum non Verbum qua-
„tenus Verbum proficiebat, quippe perfectum
„ex perfecto Patre, quod alios ad proficien-
„dum evehit; ſed hic iterum humano more
„de profectu locutus eſt, eoquod hominum ſit
„proficere, & corpore in eo proficiente profe-
„cit in illo exhibitio Deitatis coram illis, qui
„ipſum videbant: quanto autem magis divini-
„tas revelabatur, tanto plenius gratia creſce-
„bat ut hominis apud homines. Non igitur
„ſapientia quatenus ipſa ſapientia eſt progreſ-
„ſus fecit, ſed humanitas in ſapientia profe-
„cit: unde etiam non dictum eſt, Verbum
„quod Filius Dei profecit, ſed Jeſus, quo no-
„mine Dominus homo factus nuncupatus fuit.

10. „Sed

10. „Sed ecce inquiunt, *lachrymatus eſt*, di- „xitque *Spiritum ſuum turbatum eſſe*, depreca- „tusque eſt, *ut calix tranſiret.* Quomodo igi- „tur Deus fuerit? Verum ſcripta ſunt hæc, „ſicut & illud: *Deus meus, ut quid me dereliqui-* „*ſti*, ſed non propria ſunt naturæ Verbi in „quantum Verbum eſt, ſed eatenus ejus ſunt, „quatenus Verbum in carne erat, quæ iſtius- „modi affectus patiebatur, quippe cum iſta re- „ferantur acta non ante carnem ſumptam, ſed „tunc, cum Verbum caro factum eſſet; imo „ex ſanctorum Martyrum tolerantiſſimo pro- „poſito & fortitudine oſtenditur, Deitatem non „fuiſſe in timore, ſed noſtrum illum fuiſſe ti- „morem, quem ſuſtulit Salvator, ne homines „mortem timerent. *Quomodo Chriſtus turbatus.*

11. „Sed rurſus admurmurant Chriſti per- „duelles: ſint iſta ad iſtum modum interpre- „tanda, ſed tamen neceſſum eſt, ut dicamus, „ex voluntate & arbitrio genitum eſſe Filium „a Patre. Hoc ſiquis ex orthodoxis ſimplici- „ter diceret, nihil eſſet, quod male ſuſpicare- „ris de hoc dicto. Verum juxta Arianos idem „ſignificat, qui dicit, voluntate Filium factum „eſſe, & qui dicit, fuit, quando non erat, & „ex nihilo extitit, creaturaque habendus „eſt. Sed unde illis hoc vocabulum volunta- „tis aut arbitrii, aut ex qua denique ſcriptura „ea depromunt? Pater enim cælitus ſuum „Verbum revelans his vocibus eum notum „eſſe voluit: *Hic eſt Filius meus dilectus*, *Matth.* 3. „omnes denique omnibus in locis verbum eſſe „& exiſtere deprædicant, neque ex voluntate *Generatio Filii Dei neceſſaria.*

„aut

„aut ulla ratione factum eſſe referunt. Iſti ve„ro ubinam voluntatem priorem Verbo Dei in„venerunt, ſolummodo de rebus creatis, quæ „quia natura aliquando non fuerunt, ſed poſt„modum ſupervenerunt præceſſiſſe voluntatem „decretumque animi Divini cognovimus.

Filius invito Patre non gignitur.

12. „Urget hoc Sophisma Aſterius ita ſcri„bens: ſi indignum eſt rerum opifici, ut vo„lens faciat, undecunque ex omnibus tol„latur ejus voluntas, ut ita integrius illi „ſua dignitas conſervetur: ſin autem con„gruum eſt Deo, velle, etiam in primo „genito recipiatur id, quod melius eſt, non „enim poſſibile eſt, uni eidemque Deo in re„bus faciendis congruere, ut velit & nolit. „Sed ſi aliud eſt verbum diverſumque a cæte„ris operibus, ut jam demonſtratum eſt, & po„tius opera per ipſum facta ſunt, ne dicatur „voluntate extitiſſe, ut non & ipſe ita factus „habeatur, quemadmodum cætera, quæ per „ipſum facta ſunt. Nam quæ aliquando non „fuere, ſed poſtmodum aliunde fiunt, in illis „ut fiant, opifex voluntatem faciendi habet: „ſuum autem Verbum ex natura gignens non „prædeliberat, cum Pater in Verbo omnia, „quæ voluntate decernit, condat, quod ſem„piterne illi coexiſtit, ne ſine ratione & ſa„pientia ſit. Ergo, ajunt, cum ex natura & „non ex voluntate Patri Filius ſit, ſequitur „jam, ut præter voluntatem Patrique invito ac „nolenti Filius ſit. Sed nequaquam id verum „eſt: ut enim bonus eſſe non ex voluntate in„cepit, cum tamen non invitus nolensque bo-

„nus

„nus ſit, nam hoc ipſum quod eſt, voluntate „ſua eſt: ita quoque quod Filius illi ſit, etſi non „ex voluntate principium ductum eſt, non ta„men invito illi, & præter ſententiam Filius „exiſtit: ſicut enim volens cupitorque eſt ſuæ „eſſentiæ, ita quoque Filius, qui illi ex ſub„ſtantia proprius eſt, non eſt illi invito ſuper„ductus.

ORATIO QUARTA CONTRA ARIANOS.

1. In hac oratione S. Athanaſius Arianos refutat probando Verbum eſſe æternum & Patri conſubſtantiale: Sabellianos, qui negabant, Filium eſſe perſonam diſtinctam a Perſona Patris: & Paulianiſtas, qui Verbum a Filio Dei, & Paracletum a Spiritu ſancto diſtinguebant. Quoad primum igitur ait: „Ex „Deo Deus eſt Verbum, & Deus erat Verbum, „Cæterum quia Chriſtus ex Deo Deus, & Ra„tio Dei, & Sapientia, & Potentia, & Filius, „ideo unus Deus in ſacris Scripturis renuntia„tur: cum enim ratio ſit unius Dei, ideo Fi„lius in eum refertur, cujus eſt Filius, ita ut „duo quidem ſint Pater & Filius, ſed tamen „unitas Deitatis remaneat eaque indiviſibilis. „Poterit autem & ita dici, unum eſſe Princi„pium Deitatis, ex quo principio exiſtit Filius „per naturam. Quemadmodum autem unum „principium, & pro eo principio unus Deus, „ita plane una eſt eſſentia, ex qua Verbum „quod non ſimpliciter vox ſignificativa eſt, ſed „ſubſtantiale quiddam & ſubſtantialis Sapien- *Filius Patri conſubſtantialis.*

„tia, quæ revera eſt Filius Dei, nam ſi ſub„ſtantialis non ſit, ſequetur Deum in aerem „Verbum ſuum profundere, cum tamen fieri „non poſſit, ut Verbum ejus quiddam commu„ne habeat cum hominum imbecillitate. Si „enim Filius ſubſtantialis ſapientia non eſſet, „Pater ex ſapientia & ratione compoſitus fo„ret ſeu ex Verbo; & ſic erit ipſe ſuiipſius „Pater, & mera erunt nomina, Sapientia, Ver„bum, & Filius, vel qualitates, ex quibus „Deus ſit compoſitus, quæ omnia abſurda „ſunt.

Filius eſt ipſum verbum Patris.

2. „Dicunt Ariani, ſapientem quidem Pa„trem, & non expertem rationis eſſe, ſed ta„men propriam in ſe Sapientiam, & propriam „Rationem poſſidere, verum illam non Chri„ſtum eſſe, ſed eam in qua Chriſtum condide„rit. Sed ſic Chriſtus mendax fuerit, cum „ait: *Ego in Patre:* cum alius ſit in Patre; & „Verbum carnem factum eſſe falſa res eſt pro „eorum opinione. Neque Chriſtus in Patre „fuerit Verbum illud, per quod omnia facta „ſunt, & fortaſſe nominetenus dictus eſt Ver„bum, & omnia per eum facta non fuerint, ſed „per eum, in quo Chriſtus ipſe eſt conditus. „Quodſi dixerint, Sapientiam qualitatem in „Deo eſſe, erit ex partibus conflatus, & ipſe „ſibi Pater & Filius. Neque Ratio in Deo „creatura eſſe poteſt, cum ab æterno ſit in „Deo, eademque Chriſtus fuerit.

Sabelliani refutantur.

3. „Porro illi qui dicunt, merum eſſe no„men Filii appellationem, & ſine eſſentia, ſub-

„ſiſten-

„ſiſtentiaque eſſe Filium Dei, ad Sabellii fa„ctionem deflectunt, eundem & Patrem & Filium dicentis. Sed illi illud *Joan.* 10. *Ego „& Pater unum ſumus* non capiunt, duo enim „ſunt ratione Perſonarum, unum vero ſecundum Deitatem, tum quia Filius conſubſtantialis eſt Patri, tum quia ex ipſo Patre Verbum exiſtit, nam ſi ita non ſit, dicendum „fuerat, ego ſum ille, qui Pater eſt, aut ego, „& qui Pater, ſum. Idem ergo ipſe Pater ſecundum Sabellium factus eſt Filius, & Spiritus ſanctus, niſi unitas apud Deum aliud „ſit præter Patrem.

4. „Age nunc diſpiciamus contra illos „(*Paulianiſtas*) qui diſtinguunt Verbum a Filio, primumque fuiſſe Verbum, deinde Filium: ex quibus aliqui hominem, quem aſſumpſit Salvator, Filium eſſe volunt: alii „utrumque ſimul hominem & Verbum Filium „tunc genitum fuiſſe, cum iſta in unum coaluiſſent. Alii rurſum ſunt, qui affirmant, „Verbum tunc Filium effectum eſſe, cum hominem induiſſet, ex Verbo enim, ajunt, factus eſt Filius, cum antea Filius non eſſet, „ſed Verbum duntaxat. Verum ſi ex Deo non „eſt Verbum, jure abnegaverint, eum eſſe Filium: ſin vero ex Deo eſt, cur non contuentur, eum qui ex aliquo eſt, ejus Filium eſſe, „unde eſt? Deinde ſi Verbi Pater eſt Deus, „cur Verbum non fuerit Filius ſui Patris? „Quodſi poſtmodum tantum Pater factus eſt, „prius autem Deus erat, abſurdiſſimum eſt in „Deo mutationem conſtituere, eſt enim muta-

Paulianiſtæ refutantur.

„tio corporale quidquam. Sed dicis: in re„rum creatione etiam poſterius creator eſt „quam Deus. Verum ſciendum, ea quæ poſt„modum creantur, hanc mutationem ſentire „non autem Deum. Quodſi filius creatura „eſt, recte poſterius Deus illius Pater effectus „eſt: ſin autem creatura non eſt, Pater ſem„per Pater, & Filius ſemper Filius fuit; ſi au„tem ſemper Filius fuit, quid cauſæ eſt, cur „minus Verbum habendum ſit? & ſi Filius „Verbum non ſit, qua temeritate quis aut „Patrem Verbum dicet, aut Filium præſtantio„rem Verbo? Filio enim exiſtente in ſinu Pa„tris non potuit Verbum ante Filium fuiſſe, „cum nihil ante eum ſit, qui eſt in Patre. „Rurſus ſi aliud eſt Verbum, aliud Filius, „præſtantior erit Filius Verbo, nullus enim „cognoſcit Patrem niſi Filius, non autem Ver„bum. Et illa verba: *Qui vidit me, vidit Pa„trem meum. Joan.* 14. Filii ſunt, non Verbi, uti „ex Evangeliis conſtat *Joan.* 10. Igitur cum „juxta adverſarios dicta modo ipſius Verbi ſint, „clarum eſt Filium eſſe Verbum, per quod om„nia facta ſunt, & unum eumdemque Filium „& Verbum ante conditam naturam extitiſſe.

mine rbi im in- igitur ius.

5. „Dicunt: non dictum eſt a Joanne: In „principio erat Filius, ſed Verbum: Ergo ni„hil ea, quæ verbi ſunt, competunt Filio. „Verum hoc modo etiam quæ Filii ſunt, non „competent Verbo: Ad Filium autem perti„net: Ego & Pater unum ſumus. Item: qui „vidit me, vidit & Patrem: commune autem eſt „& Verbo & Filio, mundum per eum creatum

„eſſe,

„eſſe, & conſequenter ante mundum Filium „extitiſſe. Quodſi hominem, quem geſſit Ver- „bum, inquiunt Filium Dei unigenitum eſſe, „non autem Verbum Filium eſſe, ſequitur, ut „homo ſit ille ipſe, qui in Patre eſt, & Pater „in eo homine, & homo ſit ille, qui ipſe „& Pater unum eſt, & per eum hominem „mundum eſſe factum, & qui venerit ſervare „mundum, & qui prius extiterit, quam Abra- „ham gigneretur. Quæ omnia abſurda ſunt. „Et ſane ubi erit Verbum, ſi homo ſit in Pa- „tre? Item quid plus habet Verbum quam „homo, ſi Verbum non eſt Filius, ſiquidem „per Verbum & Filium mundus eſſe conditus „deſcribitur? Quid autem plus Verbum quam „Filius ad noſtram ſalutem confert? cum cre- „dere jubeamur non in Verbum, ſed in Fi- „lium *Joan.* 3. quin & ſacrum Baptisma non „in Verbo, ſed in Patre & Filio & Spiritu S. „traditur. Si igitur aliud eſt Verbum, & „aliud eſt Filius, nec eſt Verbum Filius, ni- „hil ad Verbum Baptisma ſpectat. Sed dixe- „rit aliquis; ſub nomine Patris continetur & „Verbum. Igitur homo, ſi non admittas Ver- „bum Filium fuiſſe, poſt Patrem nominatur, & „poſt hominem Spiritus ſanctus, & ſic non ve- „re in Trinitatem Unitas pro ipſorum opinio- „ne dilatatur, ſed & in quaternionem.

6. „Hic autem ad alia confugiunt, dicunt- „que, non hominem per ſe, quem geſtavit „Dominus, ſed utrumque ſimul Verbum ſcili- „cet & hominem Filium eſſe, conjuncti enim „ſimul Filius nominantur. Verum an propter „car-

Filius no fit per conjun- ctionem cum ver- bo.

„carnem Verbum eſt Filius, an propter Ver-
„bum? an propter congreſſum amborum? Si
„propter carnem, neceſſum eſt, carnem Filium
„eſſe, & ſequentur omnia illa abſurda, quæ
„prius enarravimus ex eo, ſi dicas hominem
„Filium. Sin autem propter Verbum caro
„Flilius efficitur, & ante carnem Verbum exi-
„ſtebat, nec Filius erat, quomodo poſſibile
„eſt, illum jus filiorum aliis impetrare, qui
„ipſe Filius non eſt, maxime cum ſubſi-
„ſtat Pater. Si igitur ipſe ſibi filios efficit,
„Pater ipſe fuerit, ſin autem contra, neceſſe
„eſt, ipſum eſſe Filium per quem & alii filii
„efficiuntur, alioquin ſi eo non exiſtente Filio
„nos Filii ſumus, non jam Deus ejus Pater,
„ſed noſter tantummodo fuerit, cum econtra
„Filius in nobis ſuum Patrem invocans efficit,
„ut noſter ille Pater appellitetur. Certe ſi
„propter Verbum homo appellatur Filius, an-
„te ſuſceptam humanitatem, cum ex priſcis
„aliqui filii appellentur, etiam Filius extitit.
„Sin autem per hominis & Verbi coaleſcen-
„tiam Filius conſtituitur, neceſſum eſt, ne al-
„terutrum quidem Filium eſſe, ſed eam ipſam
„cauſam propter quam coaptati ſunt, & ita
„cauſa coaptatione prior erit, quæ Filium effi-
„cit, ergo ſecundum hoc ante carnem Filius ex-
„tabat.

Verbum non eſt ante Filium.

7. „Nunc ad aliud confugiunt dictitantes,
„non hominem eſſe Filium, neque utrumque
„ſimul conjunctum, ſed in principio Verbum
„ſimpliciter appellari, ex quo autem homo
„factus eſſet, inde eum Filium eſſe nomina-
„tum,

„tum, & ut Verbum caro factum eſt, cum an-
„te caro non eſſet, ita Verbum Filius effectum
„eſt, cum antea Filius non eſſet. Verum ſi ideo
„quod hominem induiſſet, Filius effectus eſt,
„antea Filius Patrem non cognovit, nec Fi-
„lius prius in ſinu Patris fuit. Item ſi Ver-
„bum non erat Filius, quomodo Moyſi & Pa-
„tribus viſus eſt? cum ipſe tamen in libris
„regnorum dicat: *Revelando revelatus ſum ad
„omnes Patres veſtros.* Si vero revealtus eſt
„Deus, erat Filius, qui eum revelaret, ut ipſe
„inquit: *Cui Filius revelaverit. Luc.* 10.

8. „Ajunt: quia nulla fit mentio in veteri „Teſtamento de Filio, ſed de Verbo, ideo Fi„lium Verbo minorem aſſeveramus, quod il„lius ſit mentio in veteri Teſtamento. Verum „revera multa in veteri Teſtamento de Filio „referuntur, ut in Pſalmo ſecundo: *Filius meus „es tu*, &c. Item *Pſ.* 109. *ante luciferum genui „te.* Sed mihi hic dixerint: eſt quidem in ve„teri Teſtamento de eo habita mentio, ſed „prophetico more in futurum rem gerendam „ſignificans. Igitur & de Verbo quoque pro„phetice iſtiusmodi dicta fuerint, cum tamen „dicatur: *Eructavit cor meum Verbum bonum. „Pſ.* 44. Eſt igitur Verbum Filius non nuper „factus, ſed ſemper Filius, nam niſi ſit Fi„lius, Verbum non fuerit: & ſi non ſit Ver„bum, non etiam Filius fuerit; nam ex Patre „eſſe, Filium eſt eſſe: Quis enim ex Patre eſt, „niſi Verbum ex corde progreſſum, & ex ute„ro genitum? non enim Pater Verbum eſt, „neque Verbum Pater eſt, ſed iſte Pater eſt, *Filius in V. T. memoratur.*

„iſte autem Filius, & iſte genuit, ille autem „gignitur.

...us non Trini- per di- atio- ...

9. „Objicit autem Sabellius: quemadmo„dum ſunt diſcrimina gratiarum, idem autem „Spiritus: ita quoque Pater cum idem ſit, di„latatur in Filium & Spiritum. Verum ſi ut „in Spiritu ſe habet diverſitas gratiarum, ita „triplicitas Perſonarum in Deo, ſequitur, ut „Pater & Verbum ſit, & Spiritus ſanctus, ut „qui hoc modo Pater, illo modo Verbum, iſto „modo Spiritus ſanctus haberi poſſit, dum ſe „accommodat ad unius cujusque neceſſitatem, „& falſum erit illud: Ego & Pater unum ſu„mus, cum ipſe ſolus Pater ſit: & deſinente „nomine Filii deſinet quoque eſſe Baptismatis „gratia, quod in Filio dabatur: & quid aliud „ſequetur, quam abolitio rerum naturæ? ſi „enim ut nos conderemur prodiit Verbum, eo„que progreſſo ſubſiſtimus, certum eſt, eo re„greſſo in Patrem nos ulterius ſuperſtites fu„turos non eſſe.

...plica- v. 4. 109.

10. „Cæterum quia nonnulli inſciti homi„nes tollentes Filium ſordidum eſſe volunt „hoc dictum: *Ex utero ante luciferum genui te*, „quaſi illud in Mariam competat, affirmantes „ſcilicet, eum ante exortum ſtellæ matutinæ „ex Maria natum eſſe, non enim congruere in „Deum uteri vocabulum: neceſſum eſt, ut hic „pauca diſputemus. Si igitur quia uterus hu„manum quiddam ſapit, alienum id a Deo „eſſe volunt, ſciant, dum Scriptura loquitur „de utero Dei, non ita accipiendum eſſe, quaſi

„cor-

corporeus ſit ille uterus. Conſuetudo eſt enim S. Scripturæ, humanitus ea, quæ ſupra hominem ſunt, eloqui & ſignificare. Certe de creatione verba faciens inquit: *Manus tua fecit hæc cmnia. Iſ.* 66. & congruenter ſingula denotavit, dum & Filii genuitatem & ,creaturæ primordia deſcribit. Uterus enim ,id quod proprium eſt & genuinum demon- ,ſtrat, nam & nos id quod nobis genuinum ,eſt in prole, ex utero habemus. Sane ſi di- ,ctum illud partum Mariæ mirabilem demon- ,ſtrat, multi alii ante luciferum ſeu ſtellæ ma- ,tutinæ exortum geniti ſnnt, quid igitur mi- ,ri in his verbis erit? Deinde non dicitur an- ,te exortum luciferi, ſed ſimpliciter, ante lu- ,ciferum, quod ſi de corpore accipiendum eſt, ,ut iſtud corpus ante Adamum ſit genitum, ,cum ante Adamum ſtellæ fuerint. Deinde ,juxta S. Joannem *Apocal.* 22. Chriſtus eſt ,*ſtella illa lucida & matutina*, proinde certum ,eſt, eum ratione carnis ſuæ luciferum dici, ,quem anteceſſit Dei nativitas, ut idem ſit ,cum verbis Pſalmi ſecundi: *Ex meipſo genui* ,*te*, antequam in carne appareres; illud enim ,ante luciferum idem eſt, ac ante incarnatio- ,nem Verbi.

11. „Porro ſi ea quæ poſita non ſunt in veteri Teſtamento, recentiora habenda ſunt, dicant iſti contentioſi, ubi in veteri Teſtamento de Paracleto Patris mentio habita eſt: de Spiritu quidem ſancto dictum invenias, de Paracleto autem nihil. An igitur aliud eſt Spiritus ſanctus, aliud Paracletus? cum ta- *Paracletus idem cum Spiritu S.*

„men unus idemque Spiritus ſit, & qui tunc „& qui nunc ſanctificat, & conſolatur eos, qui „eum recipiunt. Sed neque Paracletus inter „ſecundos numerari debet, cum ante omnes „fuerit. Idem ergo eſt Spiritus & Paracletus, ut „ait Salvator: *Paracletus ille Spiritus veritatis*, „*Joan.* 16. eumdem eſſe pronuntians citra ul- „lam diſtinctionem.

Unio hypoſtatica. 12. „Quidnam ex diſcipulis Samoſatenſis „dividentes Verbum a Filio, dicunt, Filium „quidem eſſe Chriſtum, Verbum tamen alium, „quia *Act.* 13. dicitur: *Verbum emiſit filiis Iſrael*, „*pacem evangelizans per Jeſum Chriſtum*.. Hic „eſt omnium Dominus. Ajunt enim Verbum „ita locutum per Jeſum Chriſtum, quemadmo- „dum in Prophetis loqui ſolet, ac proinde „aliud Prophetam eſſe aliud Dominum. Ve- „rum ita Pater miſit Verbum carnem factum, „ut cum jam homo eſſet, ipſe per ſeipſum „evangelizaret: unde ſubnexuit: *Hic eſt om-* „*nium Dominus:* Dominus autem omnium Ver- „bum eſt, quod incarnatum Filiis Iſrael ap- „paruit. Manifeſtius autem dicta Archangeli „ad Deiparam Virginem unitatem divini Ver- „bi & hominis indicaverunt: ait enim: quod „*natum ex te fuerit Sanctum, vocabitur Filius Dei*. „Stolide igitur Samoſatenſes id ſejungunt, „quod manifeſte demonſtratur unitum fuiſſe „cum homine ex Maria genito. Quapropter „ex verbi miſſione per Jeſum conjunctionem „illam intelligi convenit, qua Verbum cum Jeſu „Mariæ filio in unam perſonam coaluit. Huic „majeſtas, & adoratio, qui erat, antequam

„erat

„erat, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæ-
„culorum.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI
EPISTOLÆ
AD SERAPIONEM THMUITANUM EPISCOPUM.

§. I.
Monitum.

Epiſtolæ ſequentes S. Athanaſii ad Serapionem Thmuitanum Epiſcopum hujus rogatu a S. Doctore in eremo conſcriptæ ſunt poſt orationes contra Arianos, in quibus contra quosdam diſputat, qui quidem Filium vere Deum, Spiritum ſanctum vero creaturam & unum ex adminiſtris ſpiritibus ſolo gradu ab Angelis differentem eſſe aſſerebant, qui tamen cum Macedonianis conſubſtantialitatem Filii negantibus confundi non debent. Præpoſtero omnino ordine epiſtolæ hæ in antiquioribus editionibus exhibentur, quas D. Montfauconius in nova ſua editione in debitum ordinem redegit.

§. II.

§. II.

ANALYSIS.

EPISTOLA I. AD SERAPIONEM CONTRA ILLOS, QUI BLASPHEMANT, ET DICUNT, SPIRITUM SANCTUM REM CREATAM ESSE.

Negans divinitatem Spiritus S. divinitatem Filii negat.

1. Argumentum hujus epiſtolæ titulus illi præfixus oſtendit, eamque genuinum fœtum S. Athanaſii eſſe contra Eraſmum, Sculletum, & Rivetum probat D. Montfauconius. Igitur S. Athanaſius ita ſcribit „non „ſine dolore mihi ſignificaſti, quoſdam de Spi„ritu ſancto prave ſentire, contendereque, il„lum non tantum rem creatam, ſed etiam „unum ex adminiſtris ſpiritibus eſſe, ſoloque „gradu ab Angelis differre. Sed mira profe„cto videtur eſſe horum dementia, quod cum „Filium Dei rem creatam eſſe nolint, quà in „re bene ſentiunt, Spiritum Filii rem creatam „eſſe vel audire patiantur. Si enim propter „Verbi cum Patre unitatem nolunt Filium eſſe „e rebus factis, ſed ipſum rerum factarum opi„ficem eſſe ſentiunt, quare Spiritum ſanctum, „qui eandem habet cum Filio unitatem, quam „Filius cum Patre rem creatam eſſe audent di„cere? cur ignorant, quod dividendo Spiri„tum a Verbo non amplius unam in Trinitate „ſervant divinitatem, quam diffindunt, & „cui alienam creatam naturam admiſcent. „Quænam hæc eſt Theologia ex creatore & re „creata conflata? vel enim non eſt Trini„tas, ſed dualitas, ac deinde res creata; vel

„ſi

Trinitas eſt, quomodo cum rebus creatis, ıæ poſt Trinitatem exiſtunt, Trinitatis Spitum audent collocare. Itaque ſi male de piritu S. ſentiant, bene de Filio ſentire non ıeunt. Quin etiam neque in Patrem ſanam lem habere poſſunt, nam qui Spiritui reſiınt, Filium negant *Act.* 7. *v.* 51. Filium aum negantes, neque Patrem habuerint.

2. „Porro divinitatem Spiritus S. probat Athanaſius *primo* ex illo *Marc.* 3. *v.* 29. *ui blasphemaverit in Spiritum ſanctum non ha- ; remiſſionem neque in hoc ſæculo neque in futu-* . Unde illud pervertunt: *Amos* 4. *v.* 13. *go creans Spiritum :* cum illud de Spiritu nćto non dicatur. Nam *ſecundo* in nullo Dinæ Scripturæ loco Spiritus ſanctus ſimpliter Spiritus dicitur ſine addita voce vel *Dei*, :l *Patris*, vel *mei*, vel *ipſius Chriſti & Filii*, :l *a me*, quod eſt a Deo, vel niſi cum ar:ulo, *ille* Spiritus, vel *Spiritus ſanctus*, vel *araclitus*, vel *veritatis*, id eſt, Filii dicentis, *o ſum veritas.* Vos autem oſtendite, ſi nem: alicubi in Scriptura divina Spiritum ſanum inveniſtis tantummodo Spiritum appelri ſine prædicto additamento: id certe numıam præſtare poteritis; ſiquidem numquam à ſcriptum vobis occurret, ſed contra Gen. 1. . 2. *Spiritus Dei.* Gen. 6. v. 3. *Spiritus meus.* :em *Num.* 11. *v.* 29. Et *Jud.* 3. *v.* 10. *Spiritus Domini.* Et multoties in veteri Teſtaıento. Jam vos Evangelia, & quæ Apoſtoli onſcripſerunt, conſulite, atque illic etiam udituri eſt, Spiritum ſanctum non ſimplici-

Spiritus S. divinitas probatur.

„ter

„ter Spiritum, ſed cum memorato additamen-„to nominari. Sic *Joan.* 1. *v.* 32. dicitur ſuper „Jeſum deſcendiſſe *Spiritus ſanctus*. *Joan.* 15. „*v.* 26. *Spiritus veritatis*. *Matth.* 10. *v.* 20. *Spi-„ritus Patris*. *Luc.* 11. *v.* 20. *Spiritus Dei*. 1. *Pe-„tri* 1. *v.* 9. *Spiritus Chriſti*. Et in multis aliis „locis S. Scripturæ novi Teſtamenti.

Spiritus S. differt ab aliis ſpiritibus.

3. „Vos vero perperam vobis ipſis tropos „fingere audetis nec veremini aſſerere, Spiri-„tum qui creari dicitur *Amos* 4. *v.* 13. eſſe Spi-„tum ſanctum. Verum a peritis viris ſpiri-„tuum differentiam vobis diſcere liceret: nam „& ipſius hominis quoque Spiritus in S. Scri-„ptura memoratur *Pſ.* 76. *v.* 7, *Triſtis erat Spi-„ritus meus*. Item *Rom.* 8. *v.* 16. & alibi. Di-„citur etiam ventorum Spiritus *Gen.* 8. *v.* 1. „*adduxit Deus Spiritum ſuper terram*. Et alibi. „Quin etiam ipſum divinorum Verborum ſen-„ſum ſpiritum quoque appellari reperietis „1. *Cor.* 3. *v.* 6. *Idoneos nos fecit miniſtros novi „Teſtamenti non litteræ ſed Spiritus*. Quæ cum „ita ſint, & tanta ſit ſpirituum differentia, „æquius profecto ageretis, ſi, ubi de crea-„to Spiritu mentio facta fuerit, id de aliquo „prædictorum ſpirituum intelligeretis.

Spiritus S. non eſt res creata.

4. „Verum quia Chriſti, inquiunt, me-„minit Scriptura, hinc fit, ut Spiritus, de „quo hic quæſtio eſt, non modo aſſignati Spi-„ritus, ſed Spiritus ſanctus etiam tamquam „creatus intelligendus ſit. Itane autem Spi-„ritum ſanctum una quidem cum Chriſto no-„minari attendiſtis. At ubinam illum natura

„a Fi-

„a Filio dividi intellexiſtis, qui Chriſtum rem „creatam non eſſe, ſed Spiritum ſanctum rem „creatam eſſe audetis dicere, quæ enim ſimi-„litudo rei creatæ cum Creatore? Deinde ſi „Spiritus Chriſti creatus *Amos* 4. dicatur de „humano ejus ſpiritu intelligendum eſt.

5. „Sed illi vere Tropici novos tropos effin-„gere auſi ſunt, & ex illo 1. *Tim.* 5. *v.* 21. *Teſtor* „*coram Deo, & Chriſto Jeſu & electis angelis &c.* „concludunt, quod cum Deum & Chriſtum „nominaverit, deindeque angelos, neceſſe eſt „Spiritum inter angelos annumerari, atque „angelum aliis majorem eſſe. Sed primo hoc „impii Valentini inventum eſt, qui dixit, quod „miſſo Paraclito, cum illo coævi ejus angeli miſſi „fuerint. Deinde cum Spiritum ad angelo-„rum naturam deducunt, non advertunt, ſe „angelos in Trinitate collocare, qui proinde „jam non ſunt adminiſtratores Spiritus in mi-„niſterium miſſi, nec ipſi ſancti efficiuntur, ſed „alios ſanctos efficiunt. Item quo in loco rur-„ſus Scripturæ ſacræ invenerunt Spiritum ſan-„ctum angelum dici? quinimo eidem & Filio „miniſtrat Gabriel Archangelus, cum Mariæ „ait: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te Luc.* 1. *Spiritus S. non angelus creatus.*

6. „Sed ecce, inquiunt, apud Prophetam „Zachariam ſcriptum eſt: *Hæc dicit angelus,* „*qui loquitur in me. Zach.* 4. Atqui perſpicuum „eſt hic ſpiritus nomine angelum in ipſo lo-„quentem ſignificari. Verum id minime dice-„rent, ſi quod legunt, vellent attendere, nam „ex conſequentibus liquet Angelum non fuiſſe

„Spi-

„Spiritum ſanctum, ſed alium angelum, alium „ſpiritum Dei omnipotentis, cui Angelus mi„niſtrat, quique ſeparari a Divinitate nequit, „nam dicitur: *non in virtute magna, nec in ro„bore, ſed in ſpiritu meo dicit Dominus omnipo„tens.*

7. „Quodſi Apoſtoli Verba nobis oppoſue„rint, qui poſt Chriſtum electos angelos nomi„navit, dicant, quinam ex illis omnibus Trini„tati adjungendus ſit, aut quis illorum in co„lumbæ ſpecie deſcenderit; vel quare Domi„nus nos baptizari præceperit in nomine Patris „& Filii, & Spiritus ſancti, non vero angeli „*Matth.* 28. quem cum promitteret, non ait, „ſe angelum mittere, ſed *Spiritum veritatis*, „*qui a Patre procedit*, qui idem ex ipſo acci„pit, & datur. Et *Iſ.* 63. *deſcendit Spiritus a* „*Domino, & ductor illorum fuit*: non vero an„gelus. Sed inquiunt, cur ergo Apoſtolus „poſt Chriſtum non Spiritum ſanctum, ſed ele„ctos Angelos nominavit? Verum id inquirere „nihil aliud eſt, quam Apoſtolo neceſſitatem „hoc vel illo modo ſcribendi imponere. - Sane „in S. Scriptura modo ſolius Patris, modo ſo„lius Spiritus S. fit mentio. Convenienter ta„men electos angelos una adjunxit, ut quo„niam hæc ad diſcipulum ſcribebat, ille cui „minime latebat, ea, quæ a Deo dicta ſunt, „per Chriſtum in Spiritu dicta eſſe, angelos„que ſingulorum actus ſpeculari, magiſtri ex„hortationes cuſtodiret, utpote cui perſuaſum „eſſet, omnium quæ diceret ipſos angelos ſpe„culatores teſtes habere.

8. „Ve-

8. „Verum iidem illi veritati adverſari per„gunt, & ex proprii cordis redundantia hæc „rurſus eructant. Si ſpiritus res creata non „eſt, neque unus ex Angelis, ſed ex Patre „procedit, igitur Filius quoque ipſe dicendus „eſt, proindeque duo ſunt fratres, ipſe ſcili„cet & Verbum. Quod ſi frater eſt, qui fieri „poteſt, ut unigenitum ſit verbum? & ſi ex „Patre eſt, cur non & ipſe genitus, aut Filius „eſſe dicitur? & ſi Filii dicatur eſſe Spiritus, „Pater ergo avus eſt Spiritus ſancti. Verum „quemadmodum Patris Patrem dicere non poſ„ſumus, ita nec Filii fratrem: namque Pa„tris alius Deus nullus fuit, nec ullus ſimiliter „alius eſt Filius, unigenitus enim eſt. Quip„pe Filius non generat, ſed totus eſt totius „imago: & Pater ſemper fuit Pater, & Filius „ſemper fuit Filius, & nunquam deſinet ſolus „eſſe Filius. Hæc fidelibus ſatis eſſe debent „qui plura inveſtigare cupit, refragatur dicen„ti: *ne plus ſapias, quam neceſſe eſt, ne obſtupe„ſcas. Eccl.* 1.

Spiritus S. non eſt filius Patris vel frater Filii.

9. „*Secundo* ad probandam Spiritus ſancti „divinitatem notandum, ea quæ tribuuntur Fi„lio in S. Scriptura, tribui etiam Spiritui ſan„cto. Sic Filius vocatur *lux illuminans* omnem „hominem *Joan.* 1. & de Spiritu S. ait Apoſto„lus: *ut det vobis ſpiritum ſapientiæ: illuminatos „oculos cordis Eph.* 1. Præterea uti Chriſtus ve„rus eſt Filius, ita nos ſpiritum accipientes Filii „efficimur. *Rom.* 8. *v.* 15. cum autem filii „efficimur, in Chriſto filii appellamur. *Joan.* „1. *v.* 12. Deinde ſicut Pater ſolus eſt ſapiens,

Unitas ſubſtantiæ Spiritus S. cum Patre & Filio.

„ſic ejus Filius eſt ſapientia 1. *Cor.* 1. *v.* 24. „& nos Spiritu ſapientiæ accepto Filium habe„mus, & in eodem ſapientes efficimur. *Pſ.* „145. *v.* 7. Cum inſuper Spiritus nobis datur, „Deus ita in nobis eſt 1. *Jo.* 4. *v.* 13. Cum„que Deus in nobis eſt, Filius in nobis eſt *Jo.* „14. *v.* 24. Similiter uti Filius eſt vita *Joan.* „14. *v.* 6. Sic etiam in Spiritu vivificari dici„mur. *Rom.* 8. *v.* 11. & tunc Chriſtus in nobis „vivere dicitur: *vivit in me Chriſtus.* Et rur„ſus quemadmodum Filius quæ faciebat ope„ra, Patrem ſuum facere teſtabatur *Joan.* 14. „*v.* 10. Sic quæ in virtute ſpiritus Paulus effi„ciebat, Chriſti opera eſſe docebat *Rom.* 15. „*v.* 18. Cum ergo ea ſit in ſancta Trinitate „conjunctio & unitas, quis vel Filium a Pa„tre, vel Spiritum a Filio aut Patre ſeparare „audeat, aut aliam a Patre ſubſtantiam Fi„lium habere, ac Spiritum Filio externum „eſſe contendat. Si quis vero ſciſcitetur, quo„modo cum unus ſit in nobis Trinitas in nobis „eſſe dici queat, ſciat, quod divinitas non ar„gumentis traditur, ſed fide, nec non ratione „cum pietate conjuncta: quemadmodum enim „Filius in Spiritu tamquam in propria imagi„ne eſt, ita & Pater in Filio: & quemadmo„dum unigenitus eſt Filius, ſic & Spiritus ſan„ctus, qui a Filio datur & mittitur unus eſt, „qui ex Patre procedere dicitur, quia ex Ver„bo, quod ex Patre eſſe conceditur, effulget, „& ab eodem mittitur & datur *Joan.* 16. *v.* 7.

...initas ...ritus ex 10. „Jam ſeorſim inſpiciamus, quænam in „divinis ſcripturis de Spiritu S. dicta fuerint, „ut

„ut diſcernamus, num proprium aliquid ha- *S. Scri-*
„beat Spiritus cum rebus creatis. Itaque res *ptura*
„creatæ habent exiſtendi p incipium *Gen.* 1. *proba-*
„At Spiritus ſanctus *ex Deo* eſſe dicitur 1. *Co- tur.*
„*rinth.* 2. *v.* 11. quod autem ex Deo eſt, non
„poteſt eſſe ex nihilo neque res creata. Præ-
„terea Spiritus & eſt, & dicitur *Spiritus ſan-*
„*ctitatis & renovationis Rom.* 1. *v.* 4. & quod
„res creatas ſpectat ipſæ ſanctæ efficiuntur &
„renovantur. Qui autem non ab alio ſanctus
„efficitur, ſed alios ſanctimoniæ participes
„reddit, & in quo univerſæ res creatæ ſanctæ
„efficiuntur, quomodo fieri poteſt, ut is lo-
„cum inter res creatas omnes habeat. Spiri-
„tus item *vivificus* dicitur. *Rom.* 8. *v.* 11. Et
„res creatæ vitam per ipſum accipiunt *Joan.*
„4. *v.* 14. Quomodo ergo cognationem cum re-
„bus factis habere poteſt. *Unctio* item *Spiri-*
„*tus* dicitur, & eſt item ſigillum 1. *Joan.* 2.
„*v.* 28. in quo res creatæ unguntur, ſignan-
„tur ac de omnibus docentur: nequit proinde
„fieri, ut inter res creatas numeretur. Om-
„nes ſimiliter per Spiritum, Dei participes di-
„cimur 1. *Cor.* 3. *v.* 16. Sed ſi Spiritus S. res
„creata eſſet, nulla ſane Dei communicatio
„nobis in ipſo eſſet, ſed rei creatæ conjunge-
„remur. Quod item *Pſ.* 103. habetur: cla-
„rius adhuc argumentum nobis ſuppeditat,
„ubi dicitur: *Emittes Spiritum tuum & creabun-*
„*tur, & renovabis faciem terræ.* Si igitur Pa-
„ter omnia per Verbum ſuum in Spiritu creat
„& renovat, qui fieri queat, ut ille res ſit
„creata, in quo omnia creantur? Præterea
„*immutabilis* eſt Spiritus ſanctus *Sap.* 1. *v.* 5.

„At rerum creatarum natura mutabilis eſt, er„go res creata non eſt; ſed neque ad Ange„lorum, utpote qui mutabiles ſunt, naturam „pertinet. Præterea *Spiritus Domini univer„ſum orbem replevit. Pſ.*138. *v.*7. & *Sap.*12. *v.*1. „Angeli vero in miniſteria mittuntur. *Gen.* 28. „*v.* 12. Ergo dubium non eſt, quin Spiritus „S. nec res facta, nec Angelus ſit. Item Spi„ritus S. alios ſui participes facit, non vero „particeps aliorum fit. *Hebr.* 6. *v.* 3. At An„geli & cæteræ res creatæ ipſius *Spiritus* fiunt „*participes*: & inſuper *unus eſt Spiritus S.* mul„tæ autem res creatæ & Angeli: Ergo non „eſt res creata nec unus ex Angelis.

Traditio vetus de Spiritu S.

11. „Verumtamen non abs re fuerit ve„terem inſuper traditionem doctrinamque ac „fidem Catholicæ Eccleſiæ inveſtigare, quam „ſcilicet Dominus tradidit, Apoſtoli prædica„vere, & Patres ſervavere. Itaque Trinitas „ſancta & perfecta eſt, quæ in Patre & Filio „& Spiritu S. agnoſcitur, neque ex Creatore „& re creata conſtat, ſed tota creandi vi præ„dita eſt, ſibi quoque ſimilis & individua eſt „natura, unaque ejus eſt efficacia & actio: nam „Pater per Verbum in Spiritu S. omnia facit, „eoque modo ſanctæ Trinitatis unitas ſervatur. „Porro Trinitas non nominetenus, ſed reipſa „Trinitas exiſtit; nam ſicut vere eſt Pater, ita „& vere eſt ejus Verbum ſuper omnia Deus, „& Spiritus S. vere eſt & exiſtit; nec his mi„nus aliquid ſentit Catholica Eccleſia, & Do„minus Apoſtolis præcepit: *Euntes docete omnes „gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Fi-*

„lii,

„*lii*, *&* *Spiritus ſancti*, *Matth.* 28. Profecti ve„ro Apoſtoli ita ſine dubio docuerunt.

12. „Cum igitur iſtud fidei fundamentum „habeat Eccleſia, reſpondeant: Trinitasne eſt, „an dualitas? ſi dualitas eſt, per me licet, Spi„ritum rebus creatis adjungite. At ſic fides „veſtra jam non eſt in Deum unum, qui ſit ſu„per omnia, per omnia, & in omnibus, nec „enim in omnibus habebitis; ſi Spiritum a di„vinitate ſeparetis: veſtra item initiatio non „integra fiet in divinitatis nomen, cum rem „creatam ipſi adminiſceatis. Quis etiam vos „cum Deo conjunget, qui non Dei, ſed rei „creatæ Spiritum habetis? Et quæ temeri„tas, rem creatam in Trinitate ponere, & Deo „exæquare? Et ſane ſic non erit una fides, „nec unum Baptisma ſed duo; unum ſcilicet „in Patrem & Filium, aliud in Angelum, qui „res creata eſt. Denique cum Verbum in Pro„phetis adeſt, illi in ipſo Spiriru ſancto vati„cinantur, uti patet *Zach.* 1. *v.* 6. *Act.* 1. *v.* 10. „& alibi. Itaque ex divinarum Scripturarum „conſenſu evidens eſt, Spiritum ſanctum rem „creatam non eſſe, ſed proprium eſſe Verbi „& Patris divinitatis.

Trinitas divinitatem Spiritus S. infert.

EPISTOLA II. AD SERAPIONEM EPISCOPUM

ADVERSUS EOS, QUI FILIUM REM CREATAM ESSE CONTENDUNT.

rbi di- itas abatur. 1. Cum priorem Epiſtolam nonulli fratrum in epitomen redigi peterent, rogavit Serapion S. Athanaſium, ut hoc efficere non gravetur. Proinde S. Doctor ſecundam hanc ad eum Epiſtolam ſcripſit, quæ duabus partibus conſtat; in prima breviter Divinitatem Verbi contra Arianos tuetur, in ſecunda parte, quæ tertiam Epiſtolam ab Amanuenſibus inſcriptam conſtituit, primam Epiſtolam contrahit: In hac igitur Epiſtola Verbi divinitatem breviter conrra Arianos ita demonſtrat; „Si fons, ſi „lux, ſi Pater eſt Deus, nefas certe dictu eſt, „vel fontem aridum, vel lucem ſine ſplendo„re, vel Deum ſine Verbo vel Ratione eſſe. „Itaque quia æternus eſt Pater, neceſſe eſt, Fi„lium quoque eſſe æternum, ſiquidem per il„lum facta ſunt ſæcula *Hebr.* 1. *v.* 2. Non li„cet de Patre dicere; fuit aliquando, cum „non eſſet, nefas ſimiliter eſt, id de Filio di„cere. Omnipotens eſt Pater: omnipotens „etiam eſt Filius *Apoc.* 1. *v.* 8. Lux eſt Pa„ter: ſplendor & lux vera eſt Filius. Deus „verus eſt Pater: Deus verus eſt quoque Fi„lius 1. *Joan.* 5. *v.* 20. Denique nihil habet „Pater, quod non ſit Filii, icirco enim Filius „in Patre, & Pater in Filio eſt, & ita intelligi „debet iſtud: *Ego & Pater unum ſumus.* Et:

„*Qui*

„*Qui videt me, videt Patrem.* Ergo Filius non „eſt res creata.

2. „Deinde quia homines ſimiles ſumus & „eadem nobis eſt natura, ſumus invicem con„ſubſtantiales: eadem enim omnibus eſt mor„talitas, corruptio, mutabilitas, & origo ex ni„hilo: nulla autem inter Filium & res creatas „eſt ſimilitudo, nulla enim eſt omnipotens, „immutabilis, omnes initium exiſtendi habent, „nulla aliquid creare poteſt, nulla natura Deus „eſt: Ac Filus Dei omnipotens &c. ex dictis „eſt, ergo Patri eſt conſubſtantialis quando„quidem quæcunque ſunt Patris, ſunt etiam „Filii. Hæc ſiquidem fuit mens & ſententia „Patrum, cum in Nicæna Synodo Filium con„ſubſtantialem, & ex ſubſtantia Patris eſſe „confeſſi ſunt. Præterea fides noſtra eſt in Pa„trem Filium & Spriritum ſanctum, *Matth.* 28. „*v.* 19. quemadmodum ergo Patres non opifi„ces, ſed genitores appellamus, ac proinde „nemo nos a patribus creatos, ſed patrum eſſe „natura filios, & conſubſtantiales dicere poſ„ſit: ita ſi Pater eſt Deus, profecto Pater eſt „Filii, qui ſit natura Filius, ipſique proinde „conſubſtantialis. Itaque impius eſt, qui Dei „Verbum rem creatam eſſe contendit. *Conſubſtantialitas Filii.*

3. „Verum cum maxime his Proverbiorum „verbis niti videantur: *Dominus creavit me ini„tium viarum ſuarum in opera ſua. Prov.* 8. Qui „Scripturæ lectioni vacat, diſcernere debet, „quandonam de divinitate Verbi loquatur, „quando vero de humanis ejus actis, ne alia *Objectiones ſolvuntur.*

„pro aliis intelligendo hallucinemur, quod uti-
„que Arianis accidit. Quemadmodum igitur
„nos Verbum Deum confitentes Chriſtum eſſe
„credimus, ita eum hominem factum eſſe
„ſcientes, non negamus, quæ de illo humani-
„tus ſunt dicta, qualia ſunt, eſurire, ſitire
„alapis percuti, lacrymari, dormire, ac de-
„mum mortem pro nobis in cruce ſuſcipere.
„Illud quoque Verbum, *creavit*, quod quidem
„hominibus convenit, non reticuit Scriptura,
„nos enim homines creati & facti ſumus, &
„cum hanc vocem, *creavit*, audimus, memi-
„niſſe æquum eſt, eum qui Deus erat, homi-
„nem creatum eſſe. Illud quoque recte di-
„ctum eſt: *De die autem illo vel hora nemo ſcit*,
„*neque Angeli neque Filius. Marc.* 13. *v.* 32.
„Quia enim homo factus eſt, & hominum pro-
„prium ſit ignorare, idcirco ignorantiam ho-
„minum, quatenus homo, præſeferre voluit,
„primum quidem ut oſtenderet, ſe vere cor-
„pus humanum habere; deinde ut hominum
„ignorantiam in corpore gerens naturam hu-
„manam ab omnibus liberaret. Itaque hæc
„verba: *nemo ſcit neque Filius* tamquam homo
„uſurpat: ille enim qui dicit: *nemo novit Pa-*
„*trem niſi Filius, neque Filium niſi Pater, Matth.*
„11. *v.* 27. multo magis res creatas ille nove-
„rat. Hinc diſcipuli Domino ajebant: *Nunc*
„*ſcimus, quia ſcis omnia. Joan.* 16. *v.* 30. Ita-
„que manifeſtum eſt, nihil plane eſſe, quod
„Chriſtus ignoret, cum ipſe ſit Verbum, per
„quod omnia facta ſunt: quocirca, quia dies
„illa aliquid eſt ex omnibus, non dubium eſt,
„quin per ipſum ipſa quoque futura ſit.

EPI-

EPISTOLA III. AD SERAPIONEM EPISCOPUM

DE SPIRITU SANCTO.

1. Epiſtola hæc eſt pars ſecunda Epiſtolæ prioris, in qua ea quæ in prima Epiſtola S. Athanaſius fuſius de Spiritu ſancto disputaverat rogatu Serapionis in epitomen contrahit, & inprimis oſtendit, „quod merito prius adverſus eos in priori parte ſcripſerit, qui Filium rem creatam eſſe dicunt, cum „enim Dominus ipſe dicat: *Paracletus non lo„quetur a ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loque„tur, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* „*Joan.* 16. *v.* 13. merito ante de Filio Dei „actum eſt, ut ex cognitione Filii valeamus „& Spiritus ſancti rectam aſſequi notitiam. „Qualem enim ſcimus proprietatem eſſe Filii „ad Patrem, eamdem habere ad Filium Spi„ritum S. comperiemus. Et quemadmodum „Filius dicit: *Omnia quæcunque habet Pater mea „ſunt. Joan.* 16. *v.* 15. Ita hæc omnia per Fi„lium in Spiritu eſſe deprehendemus. Et ſi„cut Patris eſt Filius, *Matth.* 3. *v.* 17. ita Filii „eſt Spiritus. *Gal.* 4. *v.* 6. Et quemadmodum „Filius dicit: *quæ mea ſunt, Patris ſunt,* ſic Pa„tris eſt Spiritus S. qui dictus eſt, eſſe Filii. „*Joan.* 15. *v.* 26. Proinde ſi Filius non ſit crea„tura, ſed Patri conſubſtantialis, nec Spiritus „ſanctus fuerit creatura.„ Reliqua quæ in hac Epiſtola refert S. Athanaſius compendium ſunt eorum, quæ in prima epiſtola fuſius demonſtravit, proinde illa hic repetere viſum non fuit. *Spiritus S. Patris & Filii eſt.*

EPISTOLA IV. AD EUMDEM SERAPIONEM DE SPIRITU SANCTO.

Explicatio hujus verſus. Quicunque dixerit &c.

1. Quarta hæc S. Athanaſii ad Serapionem Epiſtola in Cobleriano codice in duas etiam diſtracta eſt, ob annexum illi tractatum in illa verba Matth. 18. *Quicunque dixerit* &c. quia vero in aliis omnibus codicibus huic epiſtolæ conjungitur, ipſum ab ea Montfauconius non ſeparavit, & contra Perronium germanum S. Athanaſii fœtum eſſe oſtendit. Porro in prima parte hujus epiſtolæ S. Athanaſius probat Verbum & Spiritum S. fratres & Patrem avum dici non poſſe, uti jam in prima epiſtola demonſtravit. Deinde ad inſtantiam Serapionis licet cum timore pergit ad explicationem hujus textus, „Matth. 12. v. 24. *Quicunque di-„xerit Verbum contra Filium hominis, remittetur ei: „qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non re-„mittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* „Tu autem percontabaris, cur blasphemia in „Filium dimittitur, blasphemia autem in Spi-„ritum ſanctum veniam non obtinet?

Origenis & Theognoſti explicatio.

2. „Priſci certe viri Origenes eruditiſſimus „& laborioſus Scriptor, & Theognoſtus ad-„mirandus ille & ſtudioſus homo ajunt, il-„lam eſſe in Spiritum ſanctum blasphemiam, „cum ii, quibus in baptiſmate donum Spi-„ritus ſancti tribuitur, ad peccata recidunt, „ideoque illos remiſſionem non conſecutu-„ros ajunt. *Hebr.* 6. *v.* 4. Et Origenes qui-„dem cauſam hujus judicii ſic explicat. Ca-

„techu-

„techumeni & ethnici in Filium peccant. „Quoniam is eſt in illis utpote rationalibus; „poſſunt tamen veniam conſequi, ubi accepe„rint donum regenerationis. Cum autem bap„tizati peccant, hanc iniquitatem in Spiritum „S. recurrere ait, quia tunc peccavit homo, „cum in illo eſſet Spiritus, ideoque remitti „non poſſe ſupplicium illi debitum. Theogno„ſtus autem addit, qui primum & ſecundum „terminum ſcilicet doctrinam de Patre & Filio „acceptam transgreſſus eſt minori ſupplicio di„gnus videri poteſt, qui autem tertium, ſcilicet „Verbum in initiatione, & in participatione „Spiritus traditum contemſerit, tunc non pro„pter excellentiam Spiritus S. præ Filio inex„piabilis eſt blasphemia in Spiritum, ſed quia „iis, qui initiati ſunt nulla veniæ relinquitur „excuſatio vel deprecatio.

3. „Ego autem arbitror, utriusque ſenten„tiam mediocri quadam obſervatione indigere. „Manifeſtum enim eſt, Filium cum ſit in Pa„tre, in illis etiam eſſe, in quibus eſt Pater, „nec abeſſe Spiritum: indiviſa namque eſt „ſancta Trinitas: unde neceſſario, qui in Fi„lum peccat & blasphemat, in Patrem quo„que & in Spiritum S. peccat: & quia ſanctum „lavacrum in nomine Patris & Filii & Spiri„tus S. datur, conſequens eſt, ut qui poſt „Baptismum prævaricantur, in Sanctam & „indiviſam Trinitatem blasphement. Certe ſi „Phariſæi, quos Chriſtus alloquebatur, lava„crum regenerationis accepiſſent, veriſimilis „eſſet ejusmodi interpretatio, ſed cum lavacrum *Explicatio S. Athanaſii.*

„non

„non acceperint, cur illos accuſabat, ut blas-
„phemos in Spiritum S. cujus nondum partici-
„pes effecti fuerant. Phariſæis ergo ita ac-
„cuſatis priusquam Baptismum percepiſſent,
„hoc certe dictum eos minime ſpectat, qui
„poſt lavacrum prævaricantur: alioquin ſi eo-
„rum cauſa qui poſt lavacrum peccant, id di-
„ctum fuiſſet, & illi veniam obtinere non poſ-
„ſent, cur hominem apud Corinthios pœni-
„tentem in charitate confirmat Paulus 1. *Cor.* 2.
„cur Novatum culpamus pœnitentiam tollen-
„tem poſt Baptismum. Etenim quod in Epi-
„ſtola ad Hebræos dictum eſt, non excludit a
„pœnitentia peccatores, ſed oſtendit, unicum
„eſſe Eccleſiæ Catholicæ Baptisma: Hebræis
„enim ſcripſit, & ne illi pœnitentiæ obtentu
„exiſtimarent juxta legis conſuetudinem multa
„eſſe & quotidie Baptismata, ideo eos ad pœ-
„nitentiam hortatur, unamque eſſe per Baptis-
„ma renovationem nec ſecundam ſupereſſe af-
„firmat: neque enim ait: impoſſibile eſt pœ-
„nitere, ſed nos renovare. Eſt autem ingens
„inter hæc dicta discrimen; is enim quem
„pœnitet, peccare quidem deſinit, retinet ta-
„men vulnerum cicatrices: qui autem bapti-
„zatur, veterem exuit hominem & renovatur
„ſuperne genitus Spiritus gratia.

4. „Hæc igitur cogitanti mihi major in
„hoc dicto occurrit ſententiæ profunditas, ſci-
„licet, cum Chriſtus Deus & homo eſſet, ut
„Deus excitabat mortuos, verbo ſanabat uni-
„verſos, quæ hominis opera non erant: prout
„autem geſtabat corpus, ſitiebat, patieba-
„tur

„tur &c. quæ non ſunt deitatis propria. Hæc „autem nequaquam diviſim facta ſunt, ſed „conjunctim omnia agebantur, & unus erat „Dominus, qui ea mirabiliter per ſuam efficie„bat gratiam. Ejusmodi cum ſit Eccleſiaſtica „fides, ubi quidam humana ſpectantes Domi„num vident ſitientem vel patientem, & Sal„vatori velut homini obtrectant, magnopere „quidem peccant, poſſunt tamen celeriter „pœnitentiam agendo veniam conſequi, cum „habeant pro excuſatione imbecillitatem cor„poris. Cum autem rurſus quidam divinita„tis opera conſiderantes, dubitaverint de cor„poris natura, ipſi quoque maxime peccant: „verum illis item cito reſipiſcentibus veniam „Chriſtus donare poteſt, quod & ipſi pro ex„cuſatione habeant magnitudinem operum ho„minis poteſtatem excedentium. Verum poſt„quam ii qui videntur habere legis ſcientiam, „quales erant Phariſæi, quod in corpore eſt „Verbum, omnino negaverunt, aut divinita„tis opera diabolo atrribuerunt, merito pro „tali impietate indeprecabili ſunt ſupplicio ob„noxii. In ejusmodi igitur impietatem pro„lapſi erant Judæi & inter illos Phariſæi: Sal„vatore enim miracula patrante, turbæ glorifi„cabant Deum, Phariſæi vero ajunt Beelzebu„bis eſſe ejusmodi opera, nec erubeſcebant, „Dei poteſtatem in diabolum transferre; un„de jure merito Salvator declaravit, blaſphe„miam proferre homines, quæ nec veniam „nec remiſſionem haberet, in ſuum enim Spi„ritum blaſphemabant dicentes eum, qui hæc „faciebat, non eſſe Deum ſed Beelzebulem.

„Qua-

„Quare non ideo hæc locutus eſt, ut blaſphe-
„miam in ſe prolatam cum blaſphemia in Spi-
„ritum S. conferret, quaſi Spiritus S. ſe ma-
„jor eſſet, ſed quia utraque blaſphemia in ſe
„dicebatur, & alia quidem minor eſſet, quod
„humanitatem, alia major, quod divinitatem
„ſpectaret, & de qua dixit, ejus vindictam in-
„deprecabilem illis eſſe: & neque in hoc ſæ-
„culo, neque in futuro eis remittendam, qui
„enim negat Filium, quem rogans obtinere
„poterit propitiationem, aut quæ vita & re-
„quies ei expectanda, qui repulit eum, qui di-
„cit: *Ego ſum vita*, *Joan.* 14. *v.* 6. & *venite*
„*ad me omnes qui laboratis*, & *ego reficiam vos*
„*Matth.* 11. *v.* 28. per quem & cum quo Patri,
„& una Spiritui ſancto gloria & imperium in
„ſæcula ſæculorum. Amen.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI
EPISTOLA
DE SYNODIS ARIMINI IN ITALIA ET SELEUCIÆ IN ISAURIA CELEBRATIS.

§. I.

Argumentum.

Epiſtola hæc ſub finem anni 359. quo Synodi Ariminenſis & Seleuciana celebratæ ſunt, conſcripta fuit, tum ut geſta in his conciliis enarraret, tum ut fluctuantem Arianorum

„in

„in fide animum commonſtraret, quod ex di„verſis fidei formulis ab illis editis oſtendit, „quas S. Athanaſius hic ad verbum refert, & „undecim enumerat: denique de admittenda „conſubſtantialitate tractat.

§. II.
ANALYSIS.

Synodus Nicæna in Ariminensem & Seleucianam dividitur.

1. „Quia diſcendi cupidi res geſtas ſcire per„optatis, quæ vidi, quæque diligen„ter exploravi vobis indicanda duxi, cum ma„xime nonnulli ſoleant res ſecus enarrare, „quam geſtæ ſint. Concilium itaque nequa„quam Nicææ, uti ſtatutum fuerat, celebra„tum eſt, ſed prodiit ſecunda juſſio, ut occi„dentales Epiſcopi Ariminum in Italia conve„nirent, orientales vero Seleuciæ in Iſauria „convocarentur. Obtentus autem hujusmodi „conventus erat, ut de fide in D. N. Jeſum „Chriſtum ageretur. Sed primum quidem id „valde miror, cum univerſalis Synodus indi„cta eſſet, illamque omnes expectarent, eam „derepente in duo loca fuiſſe diviſam. Quod „fortaſſe divinæ Providentiæ fuit opus, ut in „altera Synodo hominum pura fides palam fie„ret, in altera vero ſuſpecta virorum animi „ſententia deprehenderetur. Sane quid do„ctrinæ ad piam Religionem defuit Eccleſiæ „Catholicæ, ut nunc de fide in D. N. Jeſum „Chriſtum perquirant, utque ſuis de fide ex„poſitionibus præſentis temporis conſulatum „præfigant, quod numquam apud Chriſtianos „vel factum vel auditum fuerat, ut nimirum „pru-

„prudentibus omnibus palam facerent, non „antea, ſed nunc demum ſub Conſtantio eo„rum cepiſſe fidem. Sed fortaſſe Sancto„rum Prophetarum chronographia conſulatus „indicandi cauſa illis fuit. Verum Sanctorum „Prophetiæ, temporum habent memoriam, „Heſias quippe & Oſee in diebus Hoſiæ & „Joathan & Achaz, & Ezechiæ vixerunt, non „quod tunc Religionis primordia conſtituerent, „ſed ſuæ annuntiationis tempora indicabant, „quæ primo Salvatoris ſpectabant adventum, „ſecundo, quæ Judæis gentibusque obventura „erant. Cum vero Ariani addunt: *Edita eſt* „*Catholica fides*; palam fecerunt, hæreſeos ſuæ „ſententiam recentiorem eſſe, nec antea exti„tiſſe.

Synodi non ſine cauſa cogendæ.

2. „Nicæna autem Synodus non temere, „ſed ex urgente neceſſitate coacta eſt; nam „Syriæ, Ciliciæ, & Meſopotamiæ populi cir„ca feſti celebrationem claudicantes, cum Ju„dæis Paſcha celebrabant: Ariana quoque „hæreſis adverſus Catholicam Eccleſiam in„ſurrexerat, quæ proinde velut Antichriſti pro„dromus damnata eſt, eaque refutata Patres „rectam fidei expoſitionem ediderunt, quæque „tradidere, non ab illis inventa, ſed ea ipſa „ſunt, quæ docuerunt Apoſtoli. Quam vero „legitimam cauſam habent Synodi ab Arianis „coactæ? cum nulla recentior poſt Arianam „exorta hæreſis damnanda adfuerit. Et quis „quæſo Synodorum uſus cum Nicæna ſufficiat, „quæ contra Arianam & alias hæreſes coacta, „eas omnes per ſanam ſuam fidem condemna-

„vit?

„vit? Fruſtra igitur circumcurſantes obten„dunt, ſe fidei cauſa Synodos poſtulaſſe: Eſt „quippe Scriptura ſacra præ omnibus ſatis: „quodſi hac de cauſa Synodo opus ſit, ex„tant Patrum acta, neque enim qui Nicææ con„venere, hanc rem neglexerunt, ſed tam probe „ſcripſerunt, ut qui ſincero animo eorum ſcri„pta evolvunt, ex iis reminiſci valeat pietatis „erga Chriſtum, quæ in divinis prædicatur „ſcripturis. Cum econtra Ariani non verita„tis aſſerendæ cauſa, ſed ut Nicæna acta ab„rogarent de convocandis nunc Synodis cogi„taverint. Quapropter e re fuerit, ut ſingu„la prout geſta ſunt enarremus.

Hiſtoria Ariminenſis Concilii an. 359. habiti.

3. „Cum expectarent omnes, ut in unum „convenirent, quos Imperatoris litteræ accer„ſebant, utque unica Synodus celebraretur, „poſteaquam diviſi fuiſſent, & alii Seleuciam „conveniſſent, alii Ariminum, ubi plures qua„dringentis Epiſcopi reperti ſunt, eo ſe con„tulerunt etiam Germinius, Auxentius, Va„lens, Urſacius, Demophilus, & Gajus. Sed „cum omnes Epiſcopi ex divinis Scripturis diſ„ſererent, illi charta producta, ubi conſula„tum legiſſent, poſtulabant, ut hæc toti an„teferretur Synodo, & nihil ultra ab hæreti„cis quæreretur, ſed hæc eorum Scripta ſuffi„cerent, quæ ita ſe habent.

Formula fidei Sirmienſis ſcripta an. 359. die 22 Maji.

4. „Edita eſt Catholica fides præſente Do„mino noſtro piiſſimo & victoriis eximio Impe„ratore Conſtantio Auguſto æterno, veneran„do, ſub conſulatu Flaviorum Euſebii & Hy-

„patii

„patii clariſſimorum Sirmii undecimo Calen-
„das Junias. Credimus in unum ſolum ac ve-
„rum Deum Patrem omnipotentem creatorem
„& opificem omnium : & in unum unigenitum
„Filium Dei ante omnia ſæcula, ante omne
„tempus, quod excogitari poteſt, & ante om-
„nem ſenſibilem ſubſtantiam impaſſibiliter ex
„Deo genitum, per quem ſæcula condita &
„omnia facta ſunt: natum unigenitum, ſolum
„ex ſolo Patre, Deum de Deo, ſimilem Patri
„ſuo, qui ipſum genuit ſecundum ſcripturas,
„cujus generationem nemo novit, niſi qui ipſum
„genuit Pater. Hunc ſcimus Dei unigenitum
„Filium nutu Paterno de cœlis adveniſſe ad
„deſtruendum peccatum, & natum ex Maria
„Virgine, verſatum cum diſcipulis, qui omnem
„diſpenſationem implevit ſecundum paternam
„voluntatem, crucifixum, & mortuum : qui ad
„inferos deſcendit, & quæ illic agenda ordi-
„navit: quem conſpicati inferorum oſtiarii ex-
„horruerunt: qui tertia die reſurrexit a mor-
„tuis, qui cum diſcipulis verſatus, ubi om-
„nem diſpenſationem impleſſet, peractis qua-
„draginta diebus aſſumptus eſt in cœlos, ſedet-
„que ad dexteram Patris, qui venturus eſt ul-
„tima die reſurrectionis cum gloria paterna
„redditurus ſingulis juxta opera ſua. Et in
„Spiritum ſanctum, quem ipſe unigenitus Dei
„Jeſus Chriſtus promiſit ſe miſſurum generi ho-
„minum Paracletum, id eſt, Conſolatorem, ut
„ſcriptum eſt *Joan.* 14. *v.* 16. Nomen au-
„tem ſubſtantiæ, quod ſimplicius a Patribus
„poſitum & a populis minime intellectum, of-
„fenſionis cauſa ſit, quod etiam in Scripturis
„non

„non contineatur, de medio tolli placuit, quod „divinæ Scripturæ nusquam de Patris & Filii „ſubſtantia meminerint. Patri autem Filium „ſecundum omnia ſimilem dicimus, quemad„modum Scripturæ dicunt atque docent.

5. „His perlectis non diu poſtea eorum va„frities deprehenſa eſt. Epiſcopis enim propo„nentibus ut Ariana cum aliis hæreſibus ana„themate damnaretur, acquiescentibusque om„nibus abnuerunt Urſacius & Valens cum ſo„ciis, atque demum compertum eſt, illos non „ſincero iſta ſcripſiſſe animo, ſed ut ea, quæ „Nicææ acta fuerant abrogarent, eorumque „loco nefariam inducerent hæreſin. Quare „Urſacium, Valentem, Germinium, Auxen„tium, Gajum, & Demophilum hæreticos de„clararunt, cum illos depoſuiſſent, utpote qui „non veri Chriſtiani, ſed Ariani eſſent, & hæc „Patres Ariminenſes ad Conſtantium Impera„torem perſcripſerunt, quorum epiſtolam & „Decretum Synodi S. Athanaſius hic refert, & „ſubdit: rerum quidem Arimini geſtarum ce„lerrimus ejusmodi fuit exitus: nulla enim ibi „fuit ſententiarum diſcrepantia, ſed omnes una „mente quæ decreta fuerant, conſcripſere Aria„nosque depoſuerunt.

6. „Seleuciæ vero hæc acta ſunt. Menſis „erat a Romanis September nominatus deci„maque ſexta menſis, qua qui vocati fuerant, „convenerunt, erantque ibi Epiſcopi circiter „centum ſexaginta. Cum autem ex illis mul„ti accuſarentur, clamarentque accuſatores

Res in Seleuciano geſtæ an. 359.

„adverſus illos, Acacius, Patrophilus, Ura-
„nius Tyri, Eudoxius qui Antiochenam inva-
„ſit Eccleſiam, Leontius, Evagrius, Theodu-
„lus, & Georgius ex toto orbe pulſus alios
„ſecum Arianæ factionis aſſumpſerunt, cum-
„que hæreſin vindicarent, disjuncti ſunt Epiſ-
„copi, & alii quidem Acacio juncti pauciſſimi
„numero, ſuſpecti erant, alii vero multitudo
„erant. Acaciani igitur quæ Nicææ ſcripta fue-
„rant, plane abnegarunt, ipſamque Synodum
„criminabantur: Alii autem multo majore nu-
„mero reliquis omnibus Synodi admiſſis rebus
„ſolam Conſubſtantialis vocem eo ſcilicet ob-
„tentu, quod præ obſcuritate ſuſpecta eſſet,
„improbabant, qui proinde Acacium ſequaceſ-
„que illius depoſuerunt: a communione au-
„tem ſua ſegregarunt Aſterium, Euſebium &c.
„eoquod in jus vocati, ut a multis allatas ad-
„verſum ſe criminationes repellerent, non
„comparuiſſent, cumque ad ſingulas diœceſes
„judicium contra eos latum ſcripſiſſent, impiiſ-
„ſimum Auguſtum Conſtantium adierunt, ut
„illi acta ſua renuntiarent, ita enim juſſum il-
„lis fuerat. Taliſque fuit Seleucianæ Synodi
„exitus.

iano- n diſſi- m in i for- lis.

7. „Quis igitur non laudaverit Epiſcopo-
„rum in Ariminenſi Synodo congregatorum
„pietatem, cum eos, qui cum Ario ſentirent,
„deponerent? Quis contra non improbarit te-
„meritatem Eudoxii & Acacii, qui Patrum
„ſuorum honorem Ariomonitarum ſtudio &
„gratiæ propinant? aut cur Patres vocant eos,
„quibus illi ſucceſſerunt, quorum tamen ſen-

„ten-

„tentiam criminantur? Quodſi male ſenſerunt „illi, & ſcriptis ſuis orbem terrarum in errorem deduxerunt, ceſſet penitus eorum memoria, etſi ſcripta eorum abjiciantur, ita vos „ipſi, & eorum reliquias ex cœmeteriis abjicite, ut omnes intelligant, illos ſeductores, vos „parricidas eſſe. At vos ne ideo turbemini, „etenim ipſi inter ſe mutuo diſſident, & adverſus Nicænam Synodum multas & ipſi Synodos celebrarunt, in quibus ſingulis cum fidem „expoſuerint, nulli tamen ſtetere profeſſioni. „Non igitur abs re aliquam ſcriptorum Arii „partem ſubjunxi; item quaſcunque colligere „potui fidei expoſitiones in variis Synodis editas ab illis, ut cognoſcatis, qua de cauſa nullo afficiantur pudore, dum adverſus œcumenicam Synodum & Patres ſuos diſceptant „Arius & ſectatores, dum hæc proferrent: Ex „non entibus Deus Filium fecit, a beatæ memoriæ Alexandro ab Eccleſia ejecti ſunt. *Cœmiteriorum uſus.*

8. „Ejectus autem Arius dum apud Euſebium verſaretur ſuam hæreſin in charta diſpoſuit, & quaſi in Thalia Sotadem diſſolutione „numerorum imitatus multa ſcripſit, quorum „pars hæc eſt. Ipſe igitur Deus ſecundum illud quod eſt, ineffabilis omnibus eſt. Hic „ſolus nullum ſibi æqualem habet: Ingenitum „autem illum dicimus propter eum, qui natura „genitus eſt: hunc ſine principio celebramus „propter eum qui natura genitus eſt: æternum, propter eum, qui in tempore natus „eſt. Qui ſine initio eſt, Filium poſuit initium „creaturarum, qui nihil Deo proprium habet *Thalia Arii circ an. 320. edita.*

„ſecundum propriam ſubſtantiam, non eſt „enim æqualis aut conſubſtantialis illi. Et „ita deinceps prout in oratione I. contra Aria„nos relatum fuit *n.* 2.

piſtola l Ale- an- rum.

9. „Quæ vero Ariani per epiſtolam ſuam „beatæ memoriæ viro Alexandro Epiſcopo „ſcripta tradidere, hæc ſunt. Agnoſcimus „unum Deum ſolum ingenitum, æternum, prin„cipio carentem, qui Filium unigenitum ante „tempora æterna genuit & creavit: & reli„qua in prioribus jam ſæpius adducta ſunt. „Antequam vero Nicæna Synodus celebrare„tur, eorum ſimilia ſcripſerant Euſebius, Nar„ciſſus & alii, imo & Euſebius Cæſareæ Pa„læſtinæ ad Euphrationem ſcribens non timuit „aperte dicere, Chriſtum non eſſe verum Deum.

ynodus erosoly- itana 1. 335.

10. „Cæterum illi frequentes Synodos ad„verſus univerſale illud Concilium celebran„tes nunquam fatiſcunt. Coeunt igitur Hie„roſolymis, quod illis fuit Synodorum exor„dium, ubi in litteris ad Epiſcopos, Presby„teros, & Diaconos per totum orbem inſcri„ptis cito conſilium ſuum palam fecere, cum „enim dicerent, eliminatam omnem invidiam „fuiſſe, & poſtquam Athanaſius in exilium „miſſus eſſet, oportere Arium cum ſuis ſuſci„pi, plane oſtenderunt, ſe ea de cauſa Atha„naſio, & aliis omnibus Epiſcopis ſibi repug„nantibus inſidias ſtruxiſſe, ut Arium cum ſo„ciis reciperent, hæreſinque introducerent in „Eccleſiam: & quanquam omnes pravas Arii „ſententias in ea Synodo laudaſſent, attamen

„rati

„rati adhuc aliquid ad ſuum propoſitum deſi-
„derari, Antiochiæ Synodum obtentu Encœ-
„niorum coegerunt, & quia ſemper ab omni-
„bus de hæreſi accuſabantur, alia aliis diver-
„ſisque modis ſcripta ediderunt.

Synodus Antiochena.

11. „In aliqua autem epiſtolarum ſuarum „hæc conſcripſerunt. Nos neque Arii ſectato„res fuimus, neque aliam fidem, præter eam, „quæ ab initio tradita eſt, recepimus. Quin„imo nos ejus fide examinata, eum potius ad„miſimus, quam ſecuti ſumus. Ab initio nam„que didicimus in unum & univerſorum Deum „credere, omnium opificem & proviſorem. Et „in unum Filium Dei unigenitum, qui ante „omnia ſæcula extitit, & una extat cum eo, „qui ſe genuit Patre, per quem etiam omnia „facta ſunt; qui noviſſimis diebus deſcendit, & „carnem aſſumens paſſus eſt, & reſurrexit, in „cælos aſcendit, & in dextera Patris ſedet, & „rurſum venturus eſt, judicare vivos & mor„tuos. Credimus quoque in Spiritum ſanctum, „carnis reſurrectionem, & vitam æternam.

Prima fidei formula ſcripta an. 341.

12. „Iterumque in alia epiſtola eorumdem „Encæniorum tempore, cum primum pœnite„ret, ac nova quædam & plura excogitaſſent, „hæc edidere. Credimus in unum Deum Pa„trem omnipotentem omnium rerum condito„rem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum „Filium ejus, Unigenitum Deum per quem „omnia, genitum ex Patre ante ſæcula, Deum „ex Deo, totum ex toto, ſolum ex ſolo, per„fectum ex perfecto, Regem ex Rege, Domi-

Secunda fidei formula ſcripta an. 341.

„num ex Domino, Verbum vivens, Sapien-
„tiam viventem, veram lucem, viam, verita-
„tem, nec converſioni, nec mutationi obno-
„xium, paternæ divinitatis, ſubſtantiæ, con-
„ſilii poteſtatis & gloriæ in nullo diſſimilem
„imaginem, primogenitum omnis creaturæ,
„qui erat in principio apud Deum: Deum Ver-
„bum per quem omnia facta ſunt, & in quo
„omnia conſiſtunt: qui deſcendit deſuper, na-
„tus eſt ex Virgine, & homo factus eſt. . .
„Et in Spiritum ſanctum, qui ad initiationem
„datur ſicut Dominus præcepit: docete omnes
„gentes baptizantes eos in nomine Patris & Fi-
„lii, & Spiritus ſancti. Patris ſcilicet vere Pa-
„tris, & Filii, vere Filii, & Spiritus S. vere
„Spiritus S. nominibus non inutiliter poſitis,
„ſed propriam ſingulorum hypoſtaſin ordinem
„& gloriam ſignificantibus, adeo ut hypoſtaſi
„quidem tria ſint, concordia autem unum.
„Hanc tenentes fidem omnem hæreticam do-
„ctrinam anathemate damnamus: etſi quis
„docuerit, aut tempus aut ævum aut ſæcu-
„lum eſſe vel extitiſſe priusquam Filius gigne-
„retur, aut dixerit Filium creaturam, aut
„unam ex creaturis, aut genitum aut unum
„ex genitis aut opificium aut unum ex opifi-
„ciis, anathema eſto.

[T]ertia fi-[de]i formula ſcri-[pt]a an. [3]41.

13. „Theophronius porro Epiſcopus Thya-
„nenſis hanc fidei formulam a ſe compoſitam
„coram omnibus propoſuit, cui ſubſcripſerunt
„omnes. Novit Deus, me ita credere, ſcili-
„cet in unum Deum Patrem omnipotentem
„univerſorum creatorem; & in Filium ejus
„uni-

„unigenitum, Deum, Verbum, Potentiam, Sa„pientiam, Dominum noſtrum Jeſum Chri„ſtum, per quem omnia, ex Patre natum an„te ſæcula, Deum perfectum ex Deo perfe„cto, qui eſt apud Deum in hypoſtaſi: qui in „noviſſimis diebus deſcendit, & natus eſt ex „Virgine, & homo factus eſt. . . Siquis autem „quidquam præter hanc fidem docet anathema „eſto. Et qui cum Marcello Ancyræ, aut Sa„bellio, aut Paulo Samoſateno ſentit, anathe„ma ſit.

14. „Porro qui ad Encænia convenerant „Epiſcopi nonaginta numero erant coſſ. Mar„cellino & Probino Indictione 14. cum ibi eſ„ſet impiiſſimus Conſtantius. Hæc cum An„tiochiæ geſſiſſent rati ſe nondum perfecte fi„dem ſcripſiſſe, aliud denuo edunt de fide re„ſcriptum paucis interjectis menſibus, atque „Narciſſum, Marin, Theodorum & Marcum „in Gallias mittunt, qui hæc beatæ memoriæ „Conſtanti Auguſto & cæteris tradiderunt, ſci„licet: Credimus in unum Deum, Patrem om„nipotentem conditorem omnium. Et in uni„genitum ejus Filium D. N. Jeſum Chriſtum, „ante omnia ſæcula ex Patre natum, Deum ex „Deo, lumen ex lumine, per quem omnia fa„cta ſunt, qui eſt Verbum, Sapientia, vita „& lux vera. Qui in noviſſimis diebus pro„pter nos homo factus eſt &c. . . Illos autem, „qui dicunt ex non extantibus Filium aut ex „alia ſubſtantia, & non ex Deo eſſe, & fuit „aliquando tempus, quo non erat, alienos „agnoſcit Catholica Eccleſia.

Quarta fidei formula ſcripta an. 341.

Quinta ſcripta an. 344. *vel* 345.

15. „Sed quaſi ſe horum pœniteret, poſt „tres annos concilium ſuum coegerunt, miſe„runtque Eudoxium, Martyrium & Macedo„nium in Italiam, qui fidei formulam plurimis „conſcriptam deferrent, multisque additamen„tis auctiorem, ſcilicet: Credimus in unum „Deum, & reliqua uti numero præcedenti. „Deinde ſubdunt: eos qui dicunt tres Deos „eſſe, aut Chriſtum non eſſe Deum, aut eum „ante ſæcula neque Chriſtum eſſe, neque Fi„lium Dei, aut eumdem eſſe Patrem atque Fi„lium vel Spiritum ſanctum, aut ingenitum „eſſe Filium: vel Patrem non arbitrio ſuo aut „voluntate genuiſſe Filium, anathemate ferit „ſancta & catholica Eccleſia. Atque hæc om„nia fuſe contra Paulum Samoſatenum & Sa„bellium explicant.

Sexta fidei formula Sirmienſis an. 351.

16. „Sed neque his ſteterunt, iterum nam„que Sirmii adverſus Photinum coacti aliam „fidei formulam ediderunt, non ita prolixam, „ſed plurimis detractis alia addiderunt hoc „modo: Credimus in unum Deum &c. uti ſu„pra. Deinde ſubdunt:

1. „Eos qui dicunt Filium ex non extanti„bus, aut ex alia ſubſtantia, & non ex Deo „eſſe, aut tempus vel ſæculum fuiſſe, cum „non exiſteret, alienos a ſe agnoſcit ſancta & „catholica Eccleſia.

2. „Siquis Patrem & Filium duos Deos di„cit anathema eſto.

3. „Siquis cum Deum dicat Chriſtum, & „ante ſæcula Dei Filium eſſe, eundem non

„con-

„confitetur ad creationem univerſorum Patri „miniſtraſſe, anathema eſto.

4. „Siquis ingenitum illum, aut partem „ejus ex Maria natum dicere auſit, anathe„ma eſto.

5. „Siquis ſecundum præſcientiam ante „Mariam Filium eſſe dicit, & non ante ſæcu„la ex Patre genitum apud Deum eſſe, ac per „eum non omnia fuiſſe facta, anathema ſit.

6, „Siquis Dei ſubſtantiam dilatari aut con„trahi dixerit, anathema ſit.

7. „Siquis dilatatam Dei ſubſtantiam Fi„lium facere dixerit, aut dilatationem ſubſtan„tiæ ejus Filium nominet, anathema eſto.

8. „Siquis internum aut prolatitium eſſe „Dei Filium, anathema ſit.

9. „Siquis Filium ex Maria natum homi„nem tantum eſſe dicat, anathema ſit.

10. „Siquis Deum & hominem ex Maria „natum Deum ingenitum ipſum intelligat, „anathema ſit.

11. „Siquis illud: *Ego Deus primus & ego „poſtea, & præter me non eſt Deus Iſ.* 44. quod „ad idolorum ſubverſionem dictum eſt, ad „ſubverſionem unigeniti ante ſæcula Dei acci„piat, anathema ſit.

12. „Siquis illud: *Verbum caro factum eſt*, „audiens, Verbum in carnem mutatum eſſe „exiſtimet, aut mutationem paſſum eſſe di„cat, anathema ſit.

13. „Si-

13. „Siquis unigenitum Filium Dei cruci„fixum audiens, divinitatem ejus corruptio„nem, paſſionem, aut deſtructionem ſubiiſſe „dicat, anathema ſit.

14. „Siquis illud: *faciamus hominem Gen.* 1. „non Patrem Filio, ſed ſibi ipſi Deum dixiſſe, „affirmaverit, anathema ſit.

15. „Siquis dixerit, Abraham non vidiſſe „Filium, ſed ingenitum Deum, aut partem „ejus, anathema ſit.

16. „Siquis cum Jacobo non Filium ut „hominem colluctatum eſſe dicat, ſed ingeni„tum Deum, aut partem ejus, anathema ſit.

17. Siquis illud: *pluit Dominus a Domino* „*Gen.* 19. non de Patre ac Filio accipiat, ſed „ipſum a ſeipſo pluiſſe dicat, anathema ſit: „pluit enim Filius Dominus a Domino Patre.

18. „Siquis audiens Dominum Patrem, & „Dominum Filium duos dicat deos, anathema „eſto. Non enim Filium exæquamus Patri, „ſed ſubditum illi eſſe intelligimus. Neque „enim ſine voluntate Patris deſcendit Sodo„mam, neque pluit a ſemetipſo, ſed a Domi„no, id eſt, per authoritatem Patris: neque „ſedet ad dexteram Patris a ſemetipſo, ſed „audit Patrem dicentem: *ſede a dextris meis* „*Pſ.* 109.

19. „Siquis Patrem, & Filium, & Spiri„tum S. unam perſonam dicat, anathema ſit.

20. „Siquis Spiritum ſanctum Paracletum „dicens, ingenitum Deum dixerit, anathe„ma ſit.

21. „Si-

21. „Siquis non alium Paracletum dicat ‚præter Filium dicentem: *alium Paracletum ‚mittet vobis Pater*, anathema ſit.

22. „Siquis Spiritum ſanctum partem Pa‚tris aut Filii dixerit, anathema ſit.

23. „Siquis Patrem & Filium & Spiritum ‚ſanctum tres deos dixerit, anathema ſit.

24. „Siquis voluntate Dei ut unam ex re‚bus factis Filium Dei factum eſſe dixerit, ‚anathema ſit.

25. „Siquis Filium non volente Patre ge‚nitum eſſe dicat, anathema ſit. Non enim ‚coactus Pater vel naturali neceſſitate ductus ‚cum nollet, genuit Filium, ſed ſimul ac vo‚luit ſine tempore & paſſione ex ſe genitum ‚edidit.

26. „Siquis ingenitum & principio caren‚tem dixerit Filium, ita ut duo ingenita di‚cat, duosque deos faciat, anathema ſit. Ca‚put enim, quod eſt principium omnium Fi‚lius eſt, caput vero, quod eſt principium ‚Chriſti, Deus eſt, ita enim ad unum, qui eſt ſine principio, omnium principium, omnia per Filium pie referimus.

27. „Et iterum Chriſtianiſmi ſententiam accurate exponentes dicimus: Siquis negaverit Chriſtum Deum, Filium Dei eſſe ante ſæcula, & Patri ad univerſorum creationem miniſtraſſe: ſed ex quo tempore ex Maria genitus eſt, Chriſtum ac Filium appellatum fuiſſe, & tunc incepiſſe Deum eſſe anathema ſit.

17. „His

ſeptima fidei formula Sirmienſis ſcripta n. 357.

17. „His omnibus rejectis, quaſi præſtan-„tiora excogitaſſent, fidei novam formulam „Sirmii Latine ita conſcribunt. Unum conſtat „Deum eſſe & Patrem omnipotentem: Et uni-„cum Filium ejus Jeſum Chriſtum Dominum „Salvatorem noſtrum ex ipſo ante ſæcula ge-„nitum, duos autem deos nec poſſe, nec de-„bere prædicari. Quod vero quosdam aut „multos movebat de ſubſtantia quæ græce „Uſia appellatur, id eſt, homouſion, aut „quod dicitur homæuſion, nullam omnino „fieri oportere mentionem, nec quemquam „prædicare ea de cauſa, quod nec in divinis „Scripturis contineatur, & quod ſuper homi-„nis ſcientiam ſit, nec quisquam poſſit nativi-„tatem Filii enarrare *Iſ.* 53. *v.* 8. Scire autem „manifeſtum eſt, ſolum Patrem, quomodo „genuerit Filium ſuum, & Filium, quomodo „genitus ſit a Patre. Nulla ambiguitas eſt, „majorem eſſe Patrem. Nulli poteſt dubium „eſſe, Patrem honore, dignitate, claritate, „majeſtate & ipſo nomine Patris majorem eſſe „Filio *Joan.* 14. *v.* 11. Et hoc Catholicum eſſe „nemo ignorat, duas Perſonas eſſe Patris & „Filii: majorem Patrem, Filium ſubjectum „cum omnibus his, quæ ipſi Pater ſubjecit. „Patrem initium non habere, inviſibilem eſſe, „immortalem eſſe, impaſſibilem eſſe. Filium „autem natum eſſe ex Patre, Deum ex Deo, „lumen ex lumine, cujus Filii generationem „neminem ſcire niſi Patrem ſuum. Ipſum au-„tem Filium Dei Dominum & Deum noſtrum „carnem id eſt hominem ſuſcepiſſe ex utero „Virginis Mariæ. Illa autem clauſula eſt to-

„tius

„tius fidei, quod Trinitas ſemper ſervanda „eſt: integer perfectus numerus Trinitatis eſt, „Paracletus autem Spiritus per Filium eſt, „qui miſſus venit juxta promiſſum, ut Apoſto„los & omnes credentes inſtrueret, doceret, „ſanctificaret.

Octava fidei formula editæ an. 359. quæ habetur ſupra n. 4.

18. „Hæc cum ſcripſiſſent, conſilio iterum „mutato, eam edidere fidei formulam, quam „ſe cum conſulatu edidiſſe poſtea erubuere „(*ſcilicet Sirmienſem primam ſupra n. 4. relatam*). „De more autem quaſi hanc item improbarent, „curarunt, ut per Martinianum Notarium „exempla ab iis qui haberent, auferentur. Et „cum Conſtantio Imperatori auctores fuiſſent, „ut adverſus eam edictum promulgaret, aliam „rurſus tradidere; additisque quibusdam ver„bis, hæc in Iſauria conſcripſerunt. Non ſub-

Nona formula ſcripta an. 359. d. 29. Oct. Seleuciæ.

„terfugimus authenticam fidem in encæniis An„tiochiæ expoſitam in medium proferre: at „cum hæ voces ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον multos „conturbarint, imo a quibusdam ἀνόμοιον ſive „diſſimilem Patri Filium innovari dicatur, „ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον utpote voces a ſcriptu„ris alienas rejicimus, ἀνόμοιον autem ana„themate damnamus, ſimilem vero Patris Fi„lium plane confitemur juxta Apoſtolum *Co„loſſ.* 1. *v.* 15. confitemur autem & credimus „in unum Deum, Patrem omnipotentem, fa„ctorem cœli & terræ viſibilium omnium & „inviſibilium. Credimus item in Dominum „noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium ejus ſine paſ„ſione genitum ante omnia ſæcula, Deum Ver„bum, Deum ex Deo unigenitum lumen, vi„tam

„tam veritatem, ſapientiam, potentiam, per „quem omnia facta ſunt. Hunc credimus in „conſummatione ſæculorum ad abolendum „peccatum carnem ſuſcepiſſe ex ſancta Virgi„ne &c. ut ſupra. Quod autem fides Sirmii „nuper edita coram pietate Imperatoris noſtri „huic paria contineat, norunt omnes, qui le„gerint.

Decima fidei formula Conſtantinopoli edita an. 360.

19. „His in Iſauria ſcriptis Conſtantinopo„lim profecti, quaſi ſe ſcriptorum pœnitet, ea „de more mutaverunt, additis tamen quibus„dam voculis, ita ut neque hypoſtaſin in Patre „& Filio & Spiritu ſancto dicerent, eadem „ipſa iis transmiſere, qui Ariminum convene„rant, coactis omnibus harum regionum Epiſ„copis, ut iis ſubſcriberent, & ſiqui repug„nabant, eos a Conſtantio in exilium pelli „curarunt. Sic autem ſe habent illa. Cre„dimus in unum Deum Patrem omnipoten„tem... Et in unigenitum Filium Dei ante „omnia ſæcula ex Deo genitum... Similem „Patris, qui ſe genuit &c. Nomen autem „ſubſtantiæ, quod ſimplicius a Patribus poſi„tum eſt, & ignotum populis offenſioni fuit, „quoniam in ſcripturis non continetur placuit „amoveri, nec ullam omnino deinceps ejus „fieri mentionem, quandoque divinæ Scriptu„ræ nusquam ſubſtantiæ Patris & Filii memi„nere. Imo nec hypoſtaſis de Patre & Filio, „& Spiritu ſancto nominari debet. Similem „autem dicimus Patri Filium, ut loquuntur di„vinæ Scripturæ.

20. „Sed

20. „Sed ne his quidem ſteterunt, nam „Conſtantinopoli Antiochiam profecti mutata „ſententia, qua juxta ſacras litteras ſimilem „eſſe Patri Filium ſcripto tradiderant, rurſus „dixerunt, Patris omnino diſſimilem eſſe Fi- „lium, & tantopere a priſtina mente deducti „ſunt, ut iis qui apertius Ariana loquerentur „admiſſis, Eccleſias etiam ipſis traderent, ut „hinc illi fidentius blaſphemias proferrent ac „proinde ob ingentem blaſphemiarum impu- „dentiam Anomæi ab omnibus vocati ſunt „ἐξεκόντιον quoque cognomen habentes, ac hæ- „reticum Conſtantium impietatis ſuæ nacti pa- „tronum, qui cum ad usque finem in impie- „tate perſeveraſſet, demum inſtante morte „baptizari voluit non a piis utique viris, ſed „ab Euzoio, qui Arianæ hæreſeos cauſa & Dia- „conus cum eſſet, & cum Antiochiæ ſederet, „depoſitus fuerat.

Undecima fidei formula Antiochiæ edita an. 361.

21. „Quis igitur homines videns in ſingu- „lis Synodis alia detrahere, alia addere, eo- „rum ſubdolam erga Chriſtum mentem non „animadvertat; ſane multitudo Synodorum „ſcriptorumque diſcrepantia arguit eos, qui „convenerunt, adverſus Nicænam Synodum „concertare. Sed quare? hæ voces, ajunt, „ex *ſubſtantia* & *conſubſtantialis* nobis minime „placent, quibusdam enim offendiculo fuere, „plurimos conturbarunt. Verum ſi verba „hæc illis offenſionis cauſa fuerunt & turba- „runt, non ſolum quosdam, ſed & nos alios- „que univerſos eodem affectos eſſe modo par „fuit. Quodſi univerſi has voces amplectun-

Soli Ariani vocem conſubſtantialis rejiciunt.

„tur, qui illa ſcripſere non vulgares homines „ſed ex toto orbe coacti ſunt; ſi qui Ariminum „convenerunt Epiſcopi plus quadringenti ea „comprobant, nonne qui adverſus Synodum „hæc effutiunt, arguuntur, non verba quidem „culpanda eſſe, ſed eorum, qui hæc prave in„terpretantur malitiam. Et quinam ergo ſunt, „quos de illis offendi atque turbari cauſamini? „certe nemo eorum, qui pie de Chriſto ſen„tiunt; quippe qui ea defendunt. Quodſi Aria„ni ſunt, qui hæc indigne ferant, quid mirum, „ſi iraſcantur eis, qui eorum hæreſin de me„dio tollunt? demonſtratum itaque eſt, illam „ſcandali rationem nullius eſſe probabilitatis.

d male. 22. „Cæterum reſpondete nobis, cur vo„bis hoc dictum minime placeat? Atqui vos „ipſi ſcripſiſtis, ex Patre genitum Filium eſſe: „Si igitur cum Patrem nominatis, aut hanc „vocem *Deus* pronuntiatis, non ſubſtantiam „ſignificatis, neque ipſum qui exiſtit, ut eſt „ſecundum ſubſtantiam intelligitis, ſed aliud „circa ipſum, aut aliquid pejus, quod a me „dictum nolim, per hoc indicatis, vobis er„go ſcribendum non fuit, ex Patre Filium „eſſe, ſed ex iis, quæ circa ipſum vel in ipſo „ſunt, ut hinc vitantes, Deum vere Patrem „dicere, eumque corporeum & non ſimplicem „intelligentes novæ blaſphemiæ inventores eſ„ſetis. Cum porro ſic intelligatis, neceſſe eſt, „ut Verbum & Filium non ſubſtantiam, ſed „merum nomen exiſtimetis, atque hinc reli„quum eſt, ut creaturas Dei opificium eſſe in„ſitias eatis, ſiquidem hæc vocabula, *Pater* &

„*Deus*

„*Deus* juxta vos non ipſam exiſtentis ſubſtan„tiam ſignificant. Cum vero & ante vos Scri„pturæ dicant, Dominum eſſe Patris Filium, „Filius autem nihil aliud ſit, quam Patris fœ„tus, qua quæſo ratione Patres non recte lo„cuti videbuntur, ubi dixerunt, Filium eſſe „ex ſubſtantia Patris, rati, idem eſſe dicere, „ex Deo, ac dicere, ex ſubſtantia: nam crea„turæ omnes quamvis ex Deo extitiſſe dican„tur, ſed non quemadmodum Filius ex Deo „ſunt illæ, non enim res genitæ ſed factæ ſunt. „Quodſi Apoſtolus dixit: *Unus Deus per quem* „*omnia*. 1.*Cor*. 8. *v*. 6. ideo dixit, quoniam mul„ti ex Græcis exiſtimabant, fortuito & ex ato„morum complicatione ac ex ſimilaribus par„ticulis ſponte rerum naturam coaluiſſe, ne„que authorem habere. Alii autem ab aliqua „cauſa nec tamen per Verbum eam conditam „arbitrantur. Quapropter Apoſtolus dixit: *ex* „*Deo*, ut factorem notum faceret: ſtatim ve„ro infert: Et unus *Dominus Jeſus Chriſtus*, *per* „*quem omnia*, ut ex omnibus Filium exciperet, „nec enim fieri poteſt creatas res eamdem „quam Creatorem habere generationem.

23. „Hæc cum Synodus Nicæna animad„verteret ac perſpectum haberet, ejusdem vo„cabuli diverſas eſſe ſignificationes, Filium ex „ſubſtantia Dei eſſe ſcripſit, hinc namque ve„re germanum Patris eſſe Filium indicatur. „Sed ajunt hæc ſcripta non ſunt, vocesque il„las, quod in ſcripturis non habeantur, reji„cimus. Verum ſi verba non ſcripta putant „rejicienda, quare Ario non obſiſtunt, qui tot

Cur Syn. Nic. vocem conſubſt. adhibuerit.

„ſententiolarum, quæ in Scriptutis non haben„tur, colluviem excogitavit, quales ſunt; „ex non extantibus eſt Filius, & reliqua. „Neque vero hic ſermo habetur de Georgio „Cappadoce, qui Alexandria exactus eſt, nec „ullo modo Chriſtianus eſt, & neque novit, „quæ dicit, nec de quibus affirmat: cum au„tem Acacius, Eudoxius & Patrophilus hæc „dicant, quomodo non omni damnatione „digni ſunt? nam cum ipſi ſæpe ſubſtantiæ „nomen ut ſanum receperint, & dixerint Fi„lium eſſe Deum ex Deo, jam Nicænos Pa„tres criminantur, quod dixerint, ex ſubſtan„tia ac conſubſtantialem eſſe genitori genitum: „Imo ipſi ſecum concertant, cum enim Antio„chiæ in encæniis declaraſſent, Filium eſſe „ſubſtantiæ Patris ſine ulla diſſimilitudine „imaginem, in Iſauria contraria conſcripſe„runt, & ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον rejecerunt, & „vocem ſubſtantiæ e medio tulerunt. Quæ „ergo fides apud quos nec verba nec ſcripta „firma ſunt? ſi enim Filius non eſt ſimilis ſe„cundum ſubſtantiam, plane diſſimilis eſt, quod „autem diſſimile eſt, numquam imago fuerit. „Temere autem objicitis, non haberi verba in „Scripturis ſacris, nihil enim intereſt, ſiquis „non ſcriptas voces proferat, dum piam ſer„vet ſententiam.

icien- vocem σιον vero holi- ſen-

24. „Sed ajent: obſcura nobis eſt horum „verborum ſententia: At ſi ſincero loqueren„tur animo, non dictum oportuit: illa rejici„mus; ſed ſciſcitaturi erant, ut a peritis edi„ſcrent, alioquin rejiciant, quidquid in Scri„pturis

„pturis divinis non intelligunt. Sed hæreticorum potius quam noſtrum Chriſtianorum fuerit audacia ejusmodi. Cæterum ad eorum confutationem qui totam Synodum repudiant, hæc pauca ſufficiant, viros autem qui alia quidem omnia Nicææ ſcripta recipiunt, de ſolo autem conſubſtantialis vocabulo ambigunt, non ut inimicos ſpectari par eſt: Cum enim confiteantur ex ſubſtantia Patris, & non ex alia ſubſtantia eſſe Filium, nec creaturam illum eſſe, ſed genuinam naturalemque prolem, & ab æterno una cum Patre Verbum & Sapientiam exiſtere, non longe abſunt a recipienda conſubſtantialis voce. Talis eſt Baſilius Ancyræ, qui de fide ſcripſit: nam ſi ſimilis tantum dicatur ſecundum ſubſtantiam, id non idem prorſus ſignificat, atque illud, ex ſubſtantia, quo verbo magis Patris germanum Filium ipſum eſſe ſignificatur. *ſum non reſpuit S. Athanaſius.*

25. „Quoniam autem, ut ipſi dicunt, qui Samoſatenſem damnarunt Epiſcopi ſcripto tradidere, Filium Dei non eſſe Patri conſubſtantialem, operæ pretium fuerit pie cum ipſis ea de re diſſerere. Diu namque ante illos ſeptuaginta, qui Samoſatenſem depoſuerunt, duo Dionyſii extitere, quorum alter Romæ, alter Alexandriæ Epiſcopus erat. Cum autem quidam ad Romanum Epiſcopum Alexandrinum detuliſſent, quod Filium rem factam, & Patri non conſubſtantialem affirmaret, Synodus Romæ coacta rem indigne tulit: Romanus autem Epiſcopus om- *Quo ſenſu Synodus Antiochena vocem ὁμοούσιον rejecerit.*

„nium ſententiam reſcripſit ad gentilem ſuum. „At ille ſui purgandi cauſa librum edit hoc ti„tulo: Elenchus & Apologia: qui videri pot„eſt *Tom.* 6. *Anal. p.* 391. Quippe qui Samoſa„tenſem depoſuere, vocem conſubſtantialis „corporali accepere modo: cum enim Paulus „Samoſatenſis argutari vellet: ſi Chriſtus non „ex homine Deus factus eſt, ergo conſubſtan„tialis eſt Patri, atque hinc neceſſe eſt, tres „eſſe ſubſtantias, unam priorem, duas vero „ex illa procedentes: ideoque illud Pauli ſo„phisma jure caventes dixerunt Chriſtum non „eſſe conſubſtantialem, qualiter Paulus cogi„tabat. Qui autem Arianam hæreſin damna„runt, agnoſcentes Verbum non eſſe creatu„ram, ſed prolem ex ſubſtantia eſſe, item Pa„tris ſubſtantiam, jure Filium conſubſtantia„lem dixerunt. Etenim utraque Synodus ex „legitima cauſa hoc modo alia, alio alia locu„ta eſt. Cum enim Samoſatenſis ſentiret, Fi„lium non eſſe ante Mariam, tota Synodi cu„ra in eo erat, ut ante omnia Filium eſſe de„clararent, & cum Deus eſſet ex Deo homi„nem factum eſſe. Cum vero Ariani dice„rent, ante tempora quidem Filium fuiſſe, fa„ctum tamen fuiſſe, & ſicut creaturas eum af„firmarent ex Deo eſſe, unitatem autem ſimi„litudinis Filii cum Patre non eſſe ſecundum „ſubſtantiam, ſed ob ſolum dogmatum conſen„ſum, Nicæni Patres liquidius ſcripſere, con„ſubſtantialem eum eſſe. Certe cum omnia „poſſint ſophismatibus eludere, hanc ſolum „vocem, utpote quæ ſuam hæreſin confu„tet, reformidant, quam Patres quaſi pro-

„pugna-

„pugnaculum adverſus impiam eorum cogita-„tionem conſcripſere, cujus etiam ſenſum S. „Ignatius Antiochenus Epiſcopus & Martyr „expreſſit *ep. ad Eph. Anal. tom.* 1. *p.* 81.

26. „Age vero rurſum inquiramus, annon „revera demonſtrari poſſit, Epiſcopos Nicææ „congregatos recte ſenſiſſe. Quodſi enim con-„fiteamur Filium non eſſe opificium, ſed ge-„nuinam ex Patris ſubſtantia prolem, conſe-„quens ſane fuerit, eum inſeparabilem eſſe a „Patre, cum ſit ejusdem naturæ, utpote ab il-„lo genitus: Talis autem cum ſit, jure con-„ſubſtantialis dicitur. Deinde ſi non ex parti-„cipatione Filius eſt, ſed ſubſtantia ipſa Ver-„bum eſt & Sapientia Patris, hæc autem ſub-„ſtantia paternæ ſubſtantiæ fœtus eſt, & ejus „ſimilitudo, & ſi Pater & Filius unum ſunt „*Joan.* 10. neceſſe erit, Filii & Patris unita-„tem ſecundum ſubſtantiam intelligere, res fa-„ctæ enim quantumvis cum opifice ſuo con-„ſenſum habeant, motu tantum, participatio-„ne & mente illum habent: Filius autem cum „ſit ex ſubſtantia fœtus, ſubſtantia quoque „ipſe & Pater unum ſunt: Hinc fit, ut quæ de „Patre dicuntur, eadem de Filio Scripturæ aſ-„ſerant, ea tamen exceptione quod ille Pater „dicatur. Ipſe enim Filius ait: *Omnia quæcun-„que habet Pater mea ſunt. Joan.* 16. *v.* 15. Item „*Joan.* 17. *v.* 10. *&c.* Rurſum ſi non ex parti-„cipatione ſit Filius, opificia autem omnia ex „participatione Dei gratiam habeant, ipſe vero „ſapientia Patris & Verbum ſit, quocum com-„munia habet omnia, certe cum ſit ipſe id quo

Filius vere conſubſtantialis probatur.

„Pater deificat & illuminat, in quo omnia „deificantur & vivificantur, non alienæ à Pa- „tre ſubſtantiæ eſt, ſed conſubſtantialis, non „enim is qui ex participatione habet id cujus „particeps eſt, aliis poteſt impertire, quod „enim ille habet, ſuum non eſt, ſed ejus qui „dedit, & quod accepit, vix ſibi ſufficientem „gratiam accepit.

cis ὁμο- ν ex- ratio.

27. „Jam ipſam conſubſtantialis vocem ſe- „cundum ſe explanemus, ut comperiamus, „an congruenter de Filio dicatur. Nemo du- „bitaverit ſimile non de ſubſtantiis, ſed de fi- „guris & qualitatibus dici, de ſubſtantiis enim „non ſimilitudo ſed idenditas dici debet, ho- „mo quippe hominis ſimilis dicitur ſecundum „habitum & figuram, quoad ſubſtantiam vero „ejusdem naturæ ſunt. Ergo quod ejusdem „naturæ eſt, etiam conſubſtantiale eſt. Qua- „propter qui dicit ſimilem ſecundum ſubſtan- „tiam, ex participatione ſimilem dicit, ſimi- „litudo enim eſt qualitas, quæ ſubſtantiæ ac- „cidere poteſt, hoc autem opificiis proprium „fuerit, ea enim ex participatione Deo ſimi- „lia efficiuntur. Quare cum Filius non ex par- „ticipatione, ſed ex natura & veritate Filius, „lumen, ſapientia, & Deus ſit, numquam „proprie ſubſtantia ſimilis dici poterit, ſed con- „ſubſtantialis. Idcirco probe Nicæna Synodus „id ſcripſit, quod conſentaneum erat, Filium „nempe ex ſubſtantia Patris genitum eſſe con- „ſubſtantialem, per quem Patri gloria & im- „perium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Sequun-

Sequuntur modo duæ epiſtolæ Conſtantii Imp. ad Epiſcopos Arimini congregatos, ut reſponſa ſua expectent. & ipſorum Epiſcoporum, ut eos ad Eccleſias ſuas redire permittat.

S. ATHANASII EPISCOPI ALEX. TOMUS AD ANTIOCHENOS.

§. I.

Monitum.

Tomus hic ſeu Epiſtola male a nonnullis pro quodam fragmento alicunde divulſo reputatur, cum tamen ex numeris omnibus abſolutus ſit. S. Athanaſius in eo orthodoxos Antiochenos adhortatur, ut illos, qui cum Arianis communicant, ab hac communione revocent. Item ut prava dogmata Sabellii, Samoſateni, Valentini, Baſilidis, & Manichæorum damnent, & execrentur, & unitati ita ſtudeant, ut nihil Synodi Nicænæ contrarium admittant, eosque in ſuam ſocietatem recipiant, qui quidem in modo loquendi non vero in ſano ſenſu ab orthodoxis diſcrepant. Scriptus autem fuit anno 362. *vid. edit. nov.*

§. II.

ANALYSIS.

1. Sanctus Athanaſius in Synodo Alexandrina cum Epiſcopis ex Italia, Arabia, Ægypto, & Lybia congregatis ad Euſebium, *Ariani reſipiſcentes quomodo recipiendi.*

 Luci-

Luciferum, Aſterium, Cymatium & Anatolium ita ſcribit: „Quia ad nos allatum eſt, „plurimos, qui pridem a nobis per contentio„nem deſciverant, pacem jam cupere: pleroſque „item ab Arianorum hæreſi deficientes, com„munionem noſtram exoptare, neceſſarium du„ximus, veſtræ manſuetudini ſcribere, ut quot„quot nobiſcum habere pacem cupiunt, maxi„me autem, qui ab Arianorum partibus reſi„liunt, ad vos convocetis, eoſque quemad„modum patres filios ſuos excipiatis, ac velu„ti magiſtri & tutores amplexemini, nihilque „amplius ab illis exigatis, quam ut Arianam „hæreſin anathemate damnent, fidemque a „ſanctis Patribus Nicææ promulgatam profi„teantur. Condemnent item eos, qui Spiritum „ſanctum affirmant creaturam eſſe, & a Chri„ſti ſubſtantia diviſum. Anathemate quoque „damnetur Sabellii, & Pauli Samoſateni im„pietas, Valentini item & Baſilidis inſania, & „Manichæorum amentia, quodſi ita fiat, fu„turum eſt, ut omnis mala ſuſpicio levetur, „& ſola Catholicæ Eccleſiæ fides pura com„monſtretur. Hortamur ergo vos, ut his con„ditionibus concordia ineatur.

Tres & una hypoſtaſis quomodo intelligendæ.

2. „Quam igitur nonnulli jactant tabellam „quaſi in Sardicenſi Synodo de fide compoſi„tam, ne legi quidem omnino aut proferri „ſinatis: nihil quippe ejuſmodi definivit Syno„dus: quamvis enim nonnulli poſtularint, ut „quædam de fide ſcriberentur, quaſi aliquid „Nicænæ Synodo deeſſet, Synodus tamen Sar„dicæ coacta rem indigne tulit, ſancivitque, „ut

ıullum ultra de fide ederetur reſcriptum, ſufficeret fides a Patribus Nicææ promulı: unde ſiquis aliud proponat, compeſcite ıines, atque ad ſtudium pacis hortamini: ı quos quidam incuſabant, quod tres hyaſes dicerent, quia hæ voces cum in ſcrira non habeantur, & hinc ſuſpectæ eſſe ünt, rogavimus, ut nihil præter Nicæı confeſſionem inquirant. Illos tamen in'ogavimus, an uti Ariani hypoſtaſes illas :rſæ a ſe invicem ſubſtantiæ, & unammque hypoſtaſin ſecundum ſe ab altera ſam, uti ſunt aliæ creaturæ, vel quaſi :rſas ſubſtantias dicerent: an ſicut alii :etici tres deos eſſe dicunt, eadem ipſi ſentia affirmarent, tres eſſe hypoſtaſes. At ſe numquam ita ſenſiſſe dicebant, ſed reıderunt, in ſanctam Trinitatem credimus, ı/ nominetenus Trinitatem, ſed quæ vere & ſubſiſtat, nimirum Patrem vere exiſtenı & ſubſiſtentem, Filium item vere ſubıtialem ac ſubſiſtentem, Spiritum ſanctum ſiſtentem & exiſtentem agnoſcimus. Sic ıant ſe ſanctam Trinitatem agnoſcere, ım tamen Deitatem, ac unum princim, ac Filium quidem Patri conſubſtantiaı, Sanctum vero Spiritum non creaturam, ıue alienum ſed proprium, & a ſubſtantia ii & Patris indiviſum. Eos quoque exaıavimus, num quod unam dicerent hypoın in ſenſu Sabellii Filium, Spiritumque ctumque e medio tollerent, an Filium ſubıtia, Spiritumque ſanctum hypoſtaſi cae exiſtimarent. Qui item affirmarunt, ſe

„num-

„nnmquam ita ſenſiſſe, ſed hypoſtaſin, aje„bant, dicimus exiſtimantes perinde eſſe dice„re atque ſubſtantiam, unamque credimus hy„poſtaſin, eoquod Filius ſit ex ſubſtantia Pa„tris, & quod una eademque ſit natura. Un„de Arium, Sabellium, Paulum Samoſatenum, „Valentinum, Baſilidem & Manichæum ana„themate damnarunt: omnes denique poſt „hujusmodi interpretationem una confitentur, „iſtiusmodi vocabulis accuratiorem eſſe fidem „a Patribus Nicææ promulgatam, ac demum „illius verba ſufficere debere, iisque uten„dum eſſe.

Chriſtus corpus humanum animatum aſſumpſit.

3. „Hoc item profitebantur, non corpus „inanimatum aut ſenſu expers aut mente ca„rens Salvatorem habuiſſe, quia poſſibile non „erat, Domino pro nobis homine facto corpus „ejus ſine mente exiſtere, non enim corporis „duntaxat, ſed etiam animæ in ipſo Verbo ſalus „facta eſt, & cum vere Filius Dei eſſet, factus „eſt & Filius hominis: quamobrem non alius „erat ante Abraham Filius Dei, alius poſt „Abraham: nec alius erat, qui Lazarum reſu„ſcitavit, alius vero qui de illo interrogavit, „ſed idem ipſe erat, qui humane quidem di„cebat, ubi poſitus eſt Lazarus, & qui divi„nitus illum excitavit.

4. „Cum hæc igitur ita confeſſi ſint, hor„tamur vos, ne eos temere condemnare & re„jicere velitis, ſed potius recipiatis, eosque „qui & recte verba interpretantur & probe „ſentiunt, hortamini, ne verbis inutiliter de„cer-

„certent, ſed in pietatis ſenſum conveniant, „nam qui hujusmodi tantum voculis quæſtio„nes agitant & præter ea, quæ Nicææ con„ſcripta ſunt, nonnulla requirunt, nihil aliud „agunt, quam quod *proximo ſuo ſubverſionem* „*turbidam propinant*, *Habac.* 2. *v.* 15. utpote „qui paci invideant, & ſchismata diligant. „Opto vos bene valere.

EPISTOLA JOVIANI IMPERATORIS

miſſa ad ſanctiſſimum Athanaſium Archiep. Alex.

1. Poſtquam Julianus Apoſtata miſerrima nece ſublatus eſt, Jovianus mira pietate animique lenitate præditus in ejus locum inauguratus fuit, qui exulum Epiſcoporum revocatione imperium ſuum auſpicatus ante omnes S. Athanaſium reſtituit miſſa ad eum anno 262 hac epiſtola. „Cum magnopere mi„remur honeſtiſſimam vitam tuam, tuumque „erga Chriſtum Salvatorem noſtrum affectum, „te laudamus honoratiſſime Epiſcope, quod „nullum laborem, nullum perſecutorum furo„rem extimuiſti, atque clavum charæ tibi, or„thodoxæque fidei retinens hactenus certaſti „pro veritate. Te itaque revocat Majeſtas no„ſtra, atque ad ſalutis doctrinam reverti ju„bet. Remigra igitur ad ſanctas Eccleſias, & „paſce Dei populum, atque alacri animo fun„dite preces ad Deum pro noſtra clementia &c. *Jovianus S. Athanaſium ſuæ ſedi reſtituit.*

S. ATHA-

S. ATHANASII ARCHIEP. ALEX. AD JOVIANUM.

DE FIDE.

S. Athanaſius Joviano fidem Nicænam proponit.

2. Sanctum Athanaſium Joviano Imp. litteras euchariſticas ſcripſiſſe, licet ad nos non pervenerint, non dubium eſt. Verum præter illas aliam ad eumdem Imperatorem epiſtolam dedit, in qua juxta illius petitionem fidei veritatem in varias opiniones diſtractam ita illi exponit. „Cum tua pietas fidem Catholicæ „Eccleſiæ a nobis cupit perdiſcere, nihil nobis „melius viſum eſt, quam ut tuam pietatem fidei, „quam Patres Nicææ confeſſi ſunt, commonefa„ceremus, ea enim ſincere per omnem Eccleſiam „agnita & pervulgata fuit. Verum cum Aria„nam hæreſin quidam nunc renovare in ani„mo habentes fidem illam auſi ſint rejicere, „eamque confiteri ſimulent, cum revera ne„gent, qui vocem conſubſtantialis prave inter„pretentur, impiaque proferant in Spiritum „ſanctum, quem ajunt rem creatam eſſe, & per „Filium factum; nos perpendentes damnum, „quod populis affert ejuſmodi impietas fidem „Nicænam tuæ religioni tradere abſque mo„ra curavimus. Scito enim religioſiſſime Au„guſte hæc ab omni ævo eſſe prædicata, hanc„que fidem ſuffragio ſuo comprobare univer„ſas totius orbis Eccleſias, nempe Hiſpaniæ „Britanniæ, Galliæ, totius Italiæ, Dalmatiæ, „Daciæ, Myſiæ, Macedoniæ, Græciæ, Afri„cæ, Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphyliæ, „Lyciæ, Iſauriæ, Ægypti, Lybiæ, Ponti, Cap„padociæ, nec non orientis Eccleſias paucis

Fides Nicæna a toto orbe approbata.

„ex-

„exceptis, qui Arii hæreſin ſequuntur, quæ „tamen præjudicium facere non poſſunt. Ita„que fides, quam Patres Nicææ confeſſi ſunt, „hæc eſt.

3. „Credimus in unum Deum, Patrem om„nipotentem omnium viſibilium effectorem. „Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, ge„nitum ex Patre unigenitum, id eſt, ex ſub„ſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lu„mine, Deum verum ex Deo vero, genitum „non factum, conſubſtantialem Patri, per quem „omnia facta ſunt, ſive quæ in cœlo, ſive quæ „in terra ſunt: qui propter nos homines, & pro„pter noſtram ſalutem deſcendit, & incarna„tus eſt, & homo factus eſt, paſſus eſt, & re„ſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos, ac „venturus eſt ad judicandum vivos & mortuos. „Et in Spiritum ſanctum &c. *Symbolum Nicænum.*

Epiſtolæ Athanaſii ad Jovianum quatuor ſupplices Lucii Arianorumque petitiones Antiochiæ ad Jovianum factæ in nova Editione operum ſancti Athanaſii ſubjiciuntur, adverſus S. Athanaſium, qui tunc Antiochiæ aderat, in cujus locum Lucium ordinari peroptabant, quem Georgius Pſeudoepiſcopus Alexandrinus presbyterum conſtituerat. Ex Joviani autem reſponſis liquet, quantum ille pietate, quantum ingenii acrimonia valeret, Arianorum enim petitiones falſe arguteque reſpuit, Lucium vero ne auditum quidem cum convitio & imprecatione repudiavit. *Petitio Arianorum ad Jovianum.*

VITA

VITA ET CONVERSATIO SANCTI PATRIS NOSTRI ANTONII

ſcripta miſſaque ad monachos in peregrina regione verſantes a S. P. N. Athanaſio Epiſc. Alex.

§. I.

Monitum.

Vita S. Antonii anno circiter 365. a S. Athanaſio poſt ſuas perſecutiones Alexandriæ in pace commorante rogatu monachorum transmarinorum ſeu occidentalium conſcripta fuit græce, & in Italiam transmiſſa ab Evagrio in linguam latinam verſa fuit. Eſſe autem germanum S. Athanaſii fœtum, multis veterum Patrum teſtimoniis probat P. Montfaucon in *Edit. Op. S. Athan.* qui eam etiam contra Sculteti & Riveti maledicta egregie defendit. Quia vero hæc ipſa vita paſſim in omnibus Sanctorum Legendis obvia eſt, eam in compendium contrahemus ea potiſſimum excerpentes, quæ vel ad dogmata vel diſciplinam Eccleſiaſticam attinent, quæ enim aſceſin & moralem doctrinam concernunt, jam ſupra in præſenti Tomo attulimus, ubi Epiſtolas & Sermones S. Antonii Analyſi ſubjecimus.

§. II.

§. II.
ANALYSIS.

1. „Antonius genere Ægyptius nobilibus & „amplis facultatibus inſtructis Chri„ſtianis parentibus oriundus, litteris tamen „inſtitui renuit, ut puerorum conſortium de„vitaret, cum parentibus vero in Dominico „conventibus aderat, nec puer otio diffluebat, „ſed lectionibus attentus earum in ſe fructum „conſervabat, nec parentibus lauti cibi cauſa „importunus, ſed inventis contentus, nihil „ultra requirebat. Poſt parentum autem obi„tum cum decem & octo vel viginti annorum „eſſet, domus, & ſororis ſuæ admodum par„væ honeſtam curam geſſit. *S. Antonius naſcitur an. 251.*

2. „Sex autem nondum exactis menſibus „a parentum exitu in Eccleſiam ingreſſus con„tigit, ut tunc Evangelium legeretur, & au„divit Dominum diviti illi dixiſſe: *Si vis per„fectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & „da pauperibus, & veni ſequere me, & habebis „theſaurum in cœlis Matth.* 19. *v.* 21. Antonius „porro, quaſi ſui cauſa illa lecta fuiſſent, poſ„ſeſſiones ſuas, aruras trecentas, vicinis do„no dedit, ne ſibi ſororique moleſtiam affer„rent, mobilibus vero venditis pecuniam pau„peribus diſtribuit, paucis ſolum ſororis cauſa „reſervatis. Rurſus vero Dominicum ingreſ„ſus audiens: *Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum „Matth.* 6. *v.* 34. reliqua quoque pauperibus „largitus eſt; ſorore vero Virginibus ad Par„thenonem tradita, ut illic educaretur, ipſe *Monaſticæ vitæ nomen dat an. 271.*

„ante domum ſuam aſceticæ vitæ operam de„dit, nondum enim tunc erant tam frequentia „in Ægypto monaſteria, neque ullus mona„chus norat vaſtam eremum, ſed quisquis ſibi „ipſi vacare cuperet, haud procul ſuo pago „ſeſe exercebat ſolus. Hoc exemplum imita„batur Antonius, & ſi quem audiret alicubi „degere ad virtutem ſtrenuum, hunc perqui„rebat, & ad virtutis iter inſtituendum rever„tebatur. Sub initium itaque mentem firma„bat, ne ad paterna bona reverteretur, neque „ſuorum meminiſſet cognatorum: laborabat „manibus, atque hinc partim ſibi panem eme„bat, partim egenis largiebatur, frequens „orabat, & ita attentus erat lectioni, ut ipſi „memoria librorum loco eſſet; & ab illis quos „adibat fratribus addiſcebat, in quo quisque „virtutis genere excelleret, atque ſingulorum „dotes animo colligens curabat in ſe ipſe ex„primere. Omnes itaque vici incolæ eum „Dei amicum vocabant, & alii ut filium dili„gebant, alii ut fratrem.

[A] dæmo-bus ve-[n]atur.

3. „At invidus diabolus illum primum ab „aſcetica vita deducere tentavit facultatum „memoria, ſororis ſollicitudine, remiſſioris „vitæ blandimentis. Verum ſe infirmiorem „conſpicatus & cadentem aſſiduis Antonii pre„cibus, nocturnis eum inquietabat illecebris, „interdiu vero ita infeſtabat, ut qui eum cer„nerent, commiſſam inter utrumque pugnam „adverterent. Sed aderat Antonio adjutor „Dominus & victoriam dedit corpori contra „diabolum. Nec tamen Antonius quaſi pro-

„ſtra-

„ſtrato dæmone negligens poſtea fuit, neque „inimicus licet victus inſidiarum finem fecit, „unde ille magis magisque corpus macerabat: „ita vigilabat, ut totam perſæpe noctem in-„ſomnem duceret: cibum ſemel in die ſume-„bat poſt ſolis occaſum, nonnumquam poſt „biduum, imo ſæpe poſt quatriduum edebat. „Cibus illi panis cum ſale, & aqua ſola potus. „Ad ſomnium capiendum ſufficiebat illi ſto-„rea, ac ut plurimum humi cubabat: oleo „inungi nolebat, dicens, præſtare juvenes „magna alacritate aſceticam exercere, nec „ea quærere quæ corpus emollirent, quin po-„tius laboribus aſſuefacere.

4. „Sic itaque ſeſe coarctans Antonius ad „ſepulcra procul vico ſita ſe contulit, & ro-„gato ex familiaribus quodam, ut panem ſibi „multorum dierum intervallo adferret, in-„greſſus quoddam ſepulcrum clauſa janua ſo-„lus remanebat. Quod cum non ferret dæ-„mon, accedens una noctium cum turma dæ-„monum tot ei plagas inflixit, ut præ nimiis „cruciatibus mutus humi jaceret. Inſequente „vero die a familiari illo quaſi extinctus in „proximum vici Dominicum delatus; circa „autem mediam noctem ad ſe reverſus, fami-„liarem illum rogavit, ut ſe denuo ad ſepul-„cra deportaret. At omni bono adverſarius „accitis canibus ſuis tantum excitavit ſtrepi-„tum, ut totus concuti videretur locus, & „quaſi ruptis quatuor caſæ parietibus irrum-„pere dæmones viſi ſunt, varias ferarum rep-„tiliumque induti formas, quorum flagris ſti-

Pugna cum dæmonibus.

„mulisque læſus Antonius gemens quidem ob „corporis dolorem, animo tamen vigil ride„bat illos, Dominus vero ad opem ferendam „advenit, nam ſublatis oculis tectum vidit „quaſi apertum ac lucis radium ad ſe deſcen„dere, dæmonesque ſtatim evanuere, & pro„tinus corporis dolores remiſerunt. Eratque „tunc annorum prope triginta quinque.

caſtel- m deſer- m in- reditur b. 285.

5. „Inſequente die egreſſus confeſtim An„tonius ad montem contendit. Verum inimi„cus ejus propoſitum impedire volens magni „argentei diſci ſpeciem in viam projecit, qui „Antonio dæmonem objurgante ut fumus „evanuit. Rurſumque cum progrederetur ve„rum aurum in via projectum conſpexit, quod „tanquam ignem Antonius proſiliit. Igitur „ad montem ſe contulit, ubi caſtellum trans „flumen reperit, deſertum & reptilibus reple„tum, ibique habitavit, reptilia vero ſubito „receſſerunt, & obturato ingreſſu panibus ad „ſex menſes repoſitis, qui apud Thebæos du„rant per annum incorrupti, & aqua intus re„perta ibi ſolus commorabatur, neminem vi„dens, bis ſolum quot annis per ſupremam „domus partem pane accepto: familiares au„tem eo accedentes audiebant quaſi turbas „ibi tumultuari. Antonius vero prope ja„nuam accedens hortabatur eos ut ſecede„rent, has enim phantaſias dæmones exhi„bere. Obſignate vos, ajebat; & abibant illi „ſigno crucis muniti, ipſum autem pſallentem „audiebant: *Excurgat Deus, & diſſipentur inimici* „*ejus &c. Pſ.* 67.

gni cru- uſus.

6. „Vi-

6. „Viginti itaque prope annos ita degit: *An.* 305.
„poſt hæc cupientibus permultis Antonii aſce- *cum* 55.
„ſin imitari vi confractis foribus exiit Anto- *annos na-*
„nius, & multos corpore per eum Dominus *tus eſſet*
„ſanavit, alios à dæmonibus liberavit. Cum *e caſtello*
„autem inter loquendum futura memoraret *prodiit.*
„bona, nec non Dei erga nos amorem, mul-
„tis perſuaſit, monaſticam ut eligerent vitam,
„atque ita demum in montibus quoque exci-
„tata ſunt monaſteria, eremusque a monachis *Monaſte-*
„habitata eſt, qui relictis ſuis omnibus cœle- *ria eri-*
„ſti inſtituto nomen dabant: & cum neceſſe *guntur.*
„eſt, ut Arſeoniticum canalem transmearet,
„ut fratres inviſeret, canaliſque crocodillorum
„plenus eſſet, cum ſociis precatus pertranſivit
„illæſus, & reverſus ad monaſterium frequen-
„tibus colloquiis monachorum ſuorum auxit
„alacritatem, aliorum vero plurimos ad aſce-
„ticæ vitæ amorem inflammavit, ita, ut ejus
„ſuaſu brevi plurima fierent monaſteria, qui-
„bus omnibus quaſi pater ipſe præerat. Ali-
„qua autem die progreſſus monachis omnibus *Sermo ad*
„ad eum accedentibus, rogantibusque, ut eum *mona-*
„ſermocinantem audire liceret, hæc illis Ægy- *chos.*
„ptiaca lingua locutus eſt. Scripturæ ſacræ
„ſunt ad doctrinam ſatis &c. *vide ſupra in ſerm.*
„*S. Anton.*

7. „Hæc loquente Antonio delectabantur *Monaſte-*
„omnes, erantque in montibus monaſteria re- *riorum*
„pleta divinis choris pſallentium, lectionis *S. Anto-*
„ſtudioſorum, jejunantium, orantium, exul- *nii ſtatus.*
„tantium ſpe futurorum, laborantium ad elee-
„moſynas erogandas, charitate & concordia

 „jun-

„junctorum: nullus ibi, qui vel injuria afficeret vel afficeretur: nulla exactoris increpatio, „ſed multitudo aſcetarum, quorum unum „omnium erat virtutis ſtudium. Antonius vero ſecedens intra monaſterium ſuum majori „vitam aſceticam ſtudio adiit, ac humanæ vitæ fragilitatem animo verſans cibum aut „ſomnum, aut cæteras corporis neceſſitates „nonniſi cum rubore capiebat.

An. 310. *Alexandriam petit martyrii cupidus.*

8. „Poſt hæc Eccleſiam excepit Maximini „perſecutio, Sanctosque Martyres Alexandriam „adductos relicto monaſterio Antonius ſecutus „eſt, & martyrii quidem deſiderio flagrabat, „ſed cum nollet ſeſe tradere, confeſſoribus in „metallis & carceribus miniſtrabat, magna „quoque ipſi cura fuit, in judicii loco concertantes hortari ad animi alacritatem, & comitari donec conſummarentur. Judex Itaque juſſit, neminem monachorum in judicii „loco intereſſe. Antonius autem toto ependyte inſequente die in edito loco Præfecto ſe „exhibuit, nec tamen martyrium aſſequi potuit, quia Dominus eum conſervabat, ut aſceticæ vitæ permultis magiſter foret.

Ad montem interioris ſolitudinis ſe confert.

9. „Poſtquam autem ceſſavit perſecutio, „Antonius iterum ſeceſſit in monaſterium, & „aſceticam vitam ſeverius iniit, veſtimento interno uſus cilicino, externo pelliceo, quod „adusque mortem ſervavit: neque corpus neque pedes lavit, & numquam exutum illum „conſpexit quisqiam. Cumque Martinianus „militum præpoſitus filiam adduxiſſet a dæ-

„mone

„mone vexatam januam non aperuit, ſed de-
„ſuper proſpiciens ad fidem in Chriſtum eum
„exhortatus eſt, qui invocato Chriſti nomine
„abiit, filiam reducens a dæmone liberatam.
„Ut vidit autem ſibi a multis moleſtiam crea-
„ri, veritus, ne ex ſignis, quæ per ſe Domi-
„nus faciebat, extolleretur, profectus inde
„ducibus Saracenis poſt trium dierum & no-
„ctium iter ad montem pervenit admodum ex-
„celſum, ad cujus radicem aqua erat limpidiſ-
„ſima paucæque palmæ incultæ. In hoc mon-
„te acceptis panibus a viæ ſociis ſolus reman-
„ſit, & ad eum Saraceni cum gaudio panes
„deferebant. Poſt hæc ubi locum fratres edi-
„dicere, ipſi transmittendum panem curarunt,
„quos ut hoc labore levaret, rogavit, ut de-
„ferrent ſibi ligonem atque ſecurem, parum-
„que frumenti: quibus allatis terram ſatui ap-
„tam coluit, & quot annis inde panem habuit.
„Sed cum deinceps adverteret, quosdam ad
„ſe venire, pro illis pauca ſevit olera, & fe-
„ris ne culturæ nocerent, abire juſſis, illæ
„numquam ad eum locum acceſſere. Fratres
„vero qui ad illum accedebant, rogabant, ut
„ſingulis menſibus liceret ſibi olivas, legumi-
„na & oleum ad ipſum deferre, nam ſenex
„jam erat. Eo autem in loco degens graviſſi-
„mas iterum pugnas contra adverſarios dæ-
„mones ſuſtinuit, qui nihil non tentarunt, ut
„ex eremo illum abducerent, quod efficere ne-
„quiverunt.

10. „Rogatus aliquando a monachis, ut „aliquantum temporis ſe, ſuaque monaſteria „viſi- *Monaſteria viſita*

„viſitaret, iter cum illis ingreſſus eſt, camelo
„panes & aquam geſtante. Deficiente igitur
„aqua in itinere, cum calor nimius eſſet, ſe-
„nex videns periclitari omnes, parum ab illis
„digreſſus flexis genibus extenſisque manibus
„orabat, ſtatimque effecit Dominus, ut quo
„loco ipſe orabat, aqua ſcaturiret. Ut autem
„ad exteriora venit monaſteria, quaſi Patrem
„ſuum vidiſſent, eum amplexati ſunt, ipſe
„vero verbis ſuis illos quaſi Xeniis donabat,
„utiliaque impertiebat. Lætabatur ipſe quo-
„que conſpectu monachorum, ſororemque vi-
„dens in virginitate conſenuiſſe, aliarumque
„virginum eſſe præpoſitam.

raculis ret.

11. „Elapſis quibusdam diebus in montem
„remigravit, & ſe convenientibus monachis
„pia monita tradebat, quæ ſupra in opuſculis
„S. Anton. videri poſſunt: afflictorumque vi-
„cem dolebat, ac ſæpe in multis exauditus a
„Domino fuit, nec tamen ea de cauſa gloria-
„batur, ſed ſemper gratiis Domino actis affli-
„ctis auctor erat, ut noſſent ſolo Deo ineſſe
„medendi facultatem, qui quo tempore, qui-
„busque libet, beneficia impertit," quorum
multa interceſſione S. Antonii facta S. Athana-
ſius hic recenſet.

neticos rſatur.

12. „Ad hæc patientiſſimus erat, animo-
„que humili Eccleſiæ canonem ſupra modum
„obſervabat. Omnem Clericum honore ſibi
„præire volebat, nec verebatur Epiſcopis, Pres-
„byteriſque inclinare caput: Diaconus vero ſi
„utilitatis gratia accederet, quæ utilia eſſent
„ipſe

„ipſe loquebatur, quæ orationem vero ſpectant „ipſis cedebat. Neque verebatur ipſe ab aliis „ediſcere: Eratque prorſus admirabili fide & „pietate. Cum Meletianis quippe, ſchismati„cis numquam communicavit, nec cum Mani„chæis umquam aut aliis quibuslibet hæreti„cis amice collocutus eſt, niſi ut mutata ſen„tentia piam ſectarentur fidem: ſic etiam Aria„norum hæreſin execrabatur, omnibusque au„tor erat, ut nec ad eos accederent, & ad„euntes aliquando ad ſe e monte repulit: & „cum aliquando mentiti Ariani dicerent, ſe„cum ſentire Antonium, rem indigne tulit, „hortantibusque Epiſcopis & fratribus deſcen„dit de monte, atque ingreſſus Alexandriam „Arianos publico ſermone condemnavit. Ea „in urbe multos ejus opera mundavit Domi„nus a dæmonibus, alios mente captos libera„vit: multi item gentiles rogabant ſaltem ſe„nem contingere, & ex illis tot paucis iſtis „diebus Chriſtiani effecti ſunt, quot alias per „annum viſi fuerint.

13. „Prudentia erat ſingulari, & tametſi „litteras non didicerat, acri & ſagaci ingenio. „Aliquando ad eum acceſſere duo græci Phi„loſophi, quibus occurrens per interpretem „ait: Quid tantum ſuſcepiſtis laborem, ut „ſtultum hominem conveniretis: reſpondenti„bus illis, ipſum eſſe perquam prudentem, di„xit: Ergo mihi eſtote ſimiles, cum bona imi„tari par ſit, nam ſi ego vos adiiſſem, vos „imitaturus eram: Chriſtianus quippe ſum. „Aliis vero ſe adeuntibus illudendi cauſa, quod *Colloquia cum Philoſophis gentilibus.*

 „litte-

„litterarum eſſet imperitus, interrogavit eos „Antonius: Quidnam prius, mens an litteræ? „qui dixerunt, mentem eſſe priorem, & litte„rarum inventricem: ait Antonius: cui ergo „ſana mens eſt, huic non neceſſariæ ſunt lit„teræ. Accedentibus vero iterum quibusdam „Græcis ſapientibus, rationemque repoſcenti„bus de fide noſtra in Chriſtum, & divinæ „crucis prædicatione; hæc locutus eſt: Quid „præſtabilius eſt, crucem confiteri, an adulte„ria & reliqua diis aſcribere? Quid præſtat, „Verbumne Dei non mutatum pro ſalute ho„minum corpus aſſumſiſſe humanum, an Divi„num numen brutis animantibus aſſimilare? „quæ ſunt veſtra numina: Cur vero in cru„cem cachinnantes reſurrectionem non mira„mini, aut cur ſuſcitatos mortuos ſiletis, vi„ſum conſequutos, quæ Chriſtum Deum de„monſtrant. Ceterum quia argumentis potius „nitimini, nec vultis absque probationibus „Deum colere, dicite, Dei cognitio qua ra„tione accurate percipitur, ratiociniorum de„monſtratione an fidei operatione? aut quid „antiquius fides an demonſtratio? Illis repo„nentibus, fidem eſſe antiquiorem, ait Anto„nius: Præſtantior itaque & firmior eſt ope„ratio per fidem ſophiſticis veſtris argumentis. „Quod autem efficax ſit fides noſtra hinc oſten„ditur, quod nobis fide in Chriſtum innixis „vobis vero ſophiſticis diſceptationibus, veſtra „idolorum portenta abolentur, noſtra vero fi„des ubique propagatur. Dicite enim, ubi„nam ſunt oracula veſtra, quandonam hæc „omnia ceſſavere, niſi Chriſti cruce apparen„te?

e? tunc fides ab Imperatoribus perſecutionem paſſa replevit orbem, virginitatis virtus apparuit, Martyres mortem deſpexerunt. Ecce hic adſunt quidam a dæmonibus vexati, ſi lubet veſtra invocantes idola hos mundate. His dictis Chriſtum Antonius invocavit, eosque bis terque ſigillo crucis ſignavit, qui mox ſteterunt incolumes, Philoſophi autem hoc admirati, ſenemque amplexati disceſſere, ſeque ex eo utilitatem cepiſſe faſſi ſunt.

14. „Porro Antonii fama ad Imperatores usque pervenit, illique Conſtantinus Auguſtus, & filii ejus Conſtantius & Conſtans, Auguſti tamquam patri ſcripſere litteras mutuo ab illo accipere peroptantes; at ille nequaquam magni faciebat illas litteras, ſed tandem hortantibus reſcripſit, laudans ipſos, quod Chriſtum adorarent, dabatque monita ſalutem ſpectantia. Deinde ad interiorem iterum ſe montem contulit, atque pro more aſceticam coluit vitam: ubi aliquando in viſione Arianorum irruptionem, Eccleſiarumque direptionem prævidens, præſentes tamen conſolatus eſt, quod cito priſtinum Eccleſia ornatum recuperabit, hortans eos, ne cum Arianis ſe polluant, quia nequaquam Apoſtolorum eſt ejusmodi doctrina, ſed dæmonum.

Conſtantinus Imp. & filii ei ſcribunt.

Arianam perſecutionem prædicit an. 339.

15. „Qualis porro ipſi exitus vitæ fuerit, æquum eſt me enarrare. Cum de more monachos in exteriore monte degentes inviſeret, & a Providentia divina de futura morte

Mors S. Antonii an. 356.

„præ-

„præmonitus fuiſſet, fratribus hoc indicavit „cum ferme quintum ſupra centeſimum annum ageret. His illi auditis lachrymari, ſenem amplecti ac deoſculari: ille vero lætus „colloquebatur, monebatque, ne in vita aſcetica animo deficerent, ſed ita viverent, ac ſi „quotidie morituri eſſent. Fratribus autem „vim ipſi inferentibus ut illic remaneret, vitamque obiret, abnuit ille, quod Ægyptii ſoleant piorum hominum defunctorum corpora „maxime Sanctorum Martyrum funerare quidem & linteis involvere, nec tamen ſub terram occultare, ſed lectulis ſuperponere, & „apud ſe intus ſervare, rati ita vita functis eſſe „honori. Antonius autem plerumque rogarat „Epiſcopos, ut ea de re populos monerent, „ajens, nec legitimum nec ſanctum illud eſſe, „nam ipſum Domini corpus in monumento fuit „depoſitum. Itaque ſalutatis monachis, qui „in exteriore erant monte, ingreſſusque in interiorem montem poſt paucos menſes in morbum incidit, vocatisque iis, qui ſecum erant „duobus ob ſenectutem ipſi miniſtrantibus ait „illis: meum corpus humate, terraque contegite, meusque hic ſermo apud vos cuſtodiatur, ut nemo vobis exceptis locum ſciat. „Mea dividite veſtimenta Athanaſioque Epiſcopo melotem date unam, palliumque quo obvolvebar, quod novum ab ipſo cum acceperim, jam detritum apud me eſt; alteram melotem Sarapioni tradite Epiſcopo: vos habete cilicinum indumentum. Quod reliquum „eſt, ſalvete Filii, Antonius quippe hinc migrat, nec ultra vobiscum erit. His ille di-

„ctis

tis poſtquam illum oſculati ſunt, erectis pe-
ibus, ac quaſi amicos ad ſe adeuntes con-
emplatus, eorumque cauſa lætus expiravit.
lli quemadmodum mandaverat ipſis, condi-
o & involuto corpore illud terra contexere,
emoque hactenus novit, ubi lateat illis duo-
us exceptis. Qui autem accepere beati An-
onii utramque melotem & detritum ab eo
allium quaſi res magni pretii ambo illa cu-
odiunt, atque in illis Antonium conſpiciunt,
s quoque amicti ſe Antonii monita cum gau-
io geſtare videntur. Hic vitæ Antonii in
orpore exitus, qui ab adoleſcentia ad tam
randem ætatem incolumis perduravit, illæ-
os quippe oculos habuit, ut recte videret,
entium illi ne unus quidem excidit, pedibus
utem manibusque ſanus permanſit. Quod
utem fama ejus ubique pervagata fuerit, do-
um Dei eſſe nemo eat infitias, qui eos, qui
d finem usque ipſi ſerviunt, hic quoque cla-
os celebresque efficit in Chriſto Jeſu Domi-
o noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum.
Amen.

Poſt vitam S. Antonii in nova editione operum S. Athanaſii ſequuntur duæ illius epiſtolæ ad Orſiſium Abbatem ex vita S. Pachomii deprömptæ, quarum primam dedit in monaſterio Theodori Abbatis tempore poſtremi ſui ſub Conſtantio exilii ab anno 356 ad 361. Alteram Alexandriæ anno circiter 364 ſcripſit, in quo orſiſium monachosque ſuos de Theodori Abbatis morte conſolatur. His ſubjicitur narratio S. Athanaſii ad Ammonium Epiſcopum, in qua Theodori revelationem de Juliano Imperatore in Perſide occiſo refert. Ex actis S. S. men. Maji.

S. ATHA-

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI DE INCARNATIONE DEI VERBI ET CONTRA ARIANOS.

§. I.
Monitum.

Opusculum hoc varie in Manuſcriptis intitulatur, perperam autem in nonnullis poſt verba Arianos additur & Apollinarium, contra quem nihil hic agitur, ſed S. Athanaſius ſolum Anomæos & Pneumatomachos oppugnat. Porro tractatum hunc contra nonnullos criticos S. Athanaſio vindicat D. Montfaucon ex teſtimonio Theodoreti & Gelaſii, & licet hic ſanctus Doctor Anomæos potiſſimum adoriatur, tamen etiam de Spiritus S. deitate, ejusque cum Patre & Filio æqualitate, proceſſione ejus ex Patre & Filio, Incarnatione, paſſione, reſurrectione, veritate Corporis Chriſti in Euchariſtia pertractat, & opusculum hoc poſt annum 365 Anomæorum tempore ſcriptum eſſe videtur.

§. II.
ANALYSIS.

Objectiones contra divinitatem Filii. 1. „Qui perverſe divinas interpretantur ſcri„pturas, ſi eas recte intellexiſſent, „numquam eo blasphemiarum erupiſſent, ut „dicerent creatorem omnium creaturam eſſe.

„Va-

„Vafre enim ſcripturam detorquent, dum di-
„cunt: Qui poteſt Filius Patri ſimilis, aut ex
„ſubſtantia ejus eſſe cum ſcriptum ſit: *Pater de-*
„*dit Filio habere vitam in ſemetipſo. Joan.* 5. *v.* 26.
„quo excellentia denotatur dantis præ acci-
„piente. Et: *Quid me dicitis bonum? nemo bo-*
„*nus, niſi unus Deus. Marc.* 10. *v.* 18. Et rur-
„ſum: *Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me?*
„*Matth.* 27. *v.* 41. Et iterum: *De die extrema*
„*nemo ſcit, neque Filius, niſi Pater. Marc.* 13.
„*v.* 32. Et rurſum: *Quem Pater ſanctificavit,*
„*& miſit in mundum. Joan.* 10. *v.* 36. Ac rur-
„ſum: *Quem Pater ſuſcitavit a mortuis. Gal.* 1.
„Qui fieri poteſt, ajunt, ut qui a mortuis ſuſci-
„tatur, ſuſcitanti ſe ſit ſimilis aut conſubſtan-
„tialis.

2. „Noſtri igitur muneris eſt, ut verborum *Solvuntur.*
„iſtorum vim explicemus. Sane cum B. Pau-
„lus dicat: Pater ſuſcitavit Filium & Jeſus di-
„xit: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus ex-*
„*citabo illud*: *dicebat autem de templo corporis*
„*ſui. Joan.* 2. *v.* 19. palam autem eſt, quando
„corpus excitatur, Filium dici excitari. Sic
„etiam cum ait: vitam dedit Filio Pater, vi-
„tam carni datam intelligendum eſt, ſi enim
„eſt vita, *Joan.* 10. *v.* 27. quomodo vita vi-
„tam accipit. Suſcitatur ergo ſecundum car-
„nem ut homo, & vitam accipit ut homo; ipſe
„autem eſt, qui utpote Deus proprium tem-
„plum excitat, & propriæ carni dat vitam:
„& cum dicit: quem Pater ſanctificavit: alibi
„*Ego ſanctifico meipſum. Joan.* 17. *v.* 19. Item
„cum dicit: Deus meus quare me dereliquiſti,
„ex

„ex noſtra perſona iſtud loquitur, *habitu inven-*
„*tus ut homo* &c. *Phil.* 2. *v.* 7. Et ut ait He-
„ſaias: *Languores noſtros ipſe tollit Iſ.* 53. *v.* 4.
„non pro ſeipſo doloribus afficitur, ſed pro no-
„bis, nec ipſe a Deo derelictus eſt, ſed nos, &
„propter nos derelictos ille venit in mundum.
„Et cum dicit: *Propter quod & Deus exaltavit*
„*illum* &c. de templo loquitur, quod eſt cor-
„pus ejus: non enim altiſſimus exaltatur, ſed
„caro altiſſimi. Et cum Joannes dicit: *Jeſus*
„*nondum erat glorificatus. Joan.* 7. *v.* 19. de car-
„ne ejus loquitur nondum per aſcenſum in cœ-
„lum glorificata. Et cum dicitur: *Pater meus,*
„*qui miſit me, major me eſt. Joan.* 14. *v.* 21. di-
„cit Patrem ſe majorem, quod ipſe homo fa-
„ctus ſit: & cum Apoſtolus dicit: *In Chriſto in-*
„*habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.*
„*Col.* 2. *v.* 9. in carne ejus inhabitare intelli-
„gendum eſt. Et cum aliquando dixerit: *Pro*
„*nobis omnibus tradidit illum. Rom.* 8. alio loco
„ait: *Seipſum tradidit pro ea* (*Eccleſia*). *Eph.* 1.
„*v.* 21. Paſſio enim ejus noſtra impaſſibilitas,
„mors ejus noſtra immortalitas, lacrymæ ejus
„noſtrum gaudium, ſepultura ejus noſtra reſur-
„rectio &c. Et cum in cruce ait: *Pater in ma-*
„*nus tuas commendo Spiritum meum. Luc.* 23.
„*v.* 46. Patri per ſeipſum commendat omnes
„homines, qui in ipſo vivificantur. Ita quo-
„que cum ait: *Dominus creavit me initium via-*
„*rum ſuarum. Prov.* 8. de Eccleſia illud dicit,
„quæ in ipſo condita eſt. Et cum dicit: *Quid*
„*me dicis bonum? nemo bonus, niſi unus Deus:*
„Deus nempe, qui ſe annumeravit hominibus
„ratione carnis ſuæ hoc dicit, & ad mentem
„ejus,

„ejus, qui ſe adierat, reſpondit: is enim dun„taxat eum hominem eſſe arhitratus eſt, cu„jus naturæ non competit, bonum eſſe, ſed „ſoli Deo. Et cum dicit: de ultima die ne„mo novit neque Filius: ſecundum humanita„tem loquitur, ſi enim Patrem novit *Matth.* 11. „ultimam diem quo pacto ignorabit?

3. „Impium porro eſt creatum aut factum „dicere Spiritum Dei, ubi omnis ſcriptura ve„tus & nova cum Patre & Filio ipſum annu„merat & glorificat, quia ejusdem eſt deita„tis, ejusdemque potentiæ ac ſubſtantiæ, ut „ipſe Dominus dicit: *Qui credit in me, flumina* „*de ventre ejus fluent. Hoc autem dixit de Spi*„*ritu, quem accepturi erant credentes in eum.* „*Joan.* 7. *v.* 38. Ut & in Joele ex Perſona Pa„tris dicit: *Effundam de Spiritu meo. Joel.* 2. „Et propterea inſufflavit eum in faciem Apo„ſtolorum dicens: *Accipite Spiritum ſanctum.* „*Joan.* 20. *v.* 22. Et in ſpecie columbæ ex Fi„lio in Filium deſcendit Spiritus ſanctus, ni„mirum ex divinitate ejus in ejus humanita„tem. Et in Evangelio pollicetur Filius ſe da„turum aquam ſitientibus, dum Samaritanæ „de Spiritu ſancto loquitur. *Joan.* 4. *v.* 10. Ea„que de cauſa ait David: *Quoniam apud te eſt* „*fons vitæ. Pſ.* 35. *v.* 10. norat enim apud Deum „Patrem Filium eſſe fontem ſancti Spiritus. Et „cum Seraphim Deum glorificant ter dicentes: „*Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth.* „*Iſ.* 6. *v.* 3. Patrem & Filium & Spiritum ſan„ctum glorificant. Quapropter ſicut in nomi„ne Patris & Filii baptizamur, ita & in nomi-

Deitas Spiritus ſancti.

Proceſſio Spiritus S. a Patre & Filio.

„ne Spiritus ſancti. Pater quippe & Filius & „Spiritus ſanctus Dominus Sabaoth eſt, una „enim eſt Divinitas, & unus Deus in tribus „Hypoſtaſibus. Ideoque quæ Pater dicit in „Heſaia cap. 6. ea Joannes ait *cap.* 12. *v.* 39. „dixiſſe Filium; in Actibus autem Paulus ait, „eadem Spiritum ſanctum locutum fuiſſe *Act.* „27. *v.* 25. „ Porro pro probanda ulterius Spiritus ſancti divinitate S. Athanaſius hic eadem argumenta repetit, quæ ſupra jam in epiſtola ad Serapionem expoſuit, ac fuſe oſtendit de Spiritu S. eadem in S. Scriptura dici, „quæ de Patre & Filio prædicantur. Sic di„citur omnia *creare Pſ.* 103. *v.* 29. dicitur *Pa„trem revelare* 1. *Cor.* 2. *v.* 10. dicitur quotquot „*ex Spiritu ſancto nati ſunt, ex Deo nati ſunt.* „*Joan.* 1. *v.* 12. & *Joan.* 3. *v.* 8. Et quotquot „*in Chriſtum baptizati ſunt, in Spiritum S. ſunt* „*baptizati:* & qui *mentitus eſt Spiritui ſancto,* „mentitus eſt Deo. *Act.* 5. *v.* 3. Et cum ſcri„ptura dicat, *Spiritum S. locutum eſſe in pro„phetis,* hoc idem de Patre affirmat. *Hebr.* 1. „*v.* 1. Item Spiritus ſanctus dicitur vivificare „2. *Cor.* 3. *v.* 6. & *panis cæleſtis* appellatur „*Matth.* 6. cujus primitias in præſenti vita ha„bemus, dum carnis Domini participes effici„mur, ut ipſe dixit: *Panis quem ego dabo, ca„ro mea eſt, Joan.* 6. *v.* 52. quæ ex Spiritu vi„vificante concepta eſt. Item Spiritus S. di„citur *dux fuiſſe Iſraelis* in deſerto. *Iſ.* 63. „*v.* 13. Item *Paulum & Barnabam ad præ„dicandum Chriſtum gentibus miſiſſe. Act.* 13. „*v.* 2.

[V]eritas [C]orporis [C]hriſti in [E]uch.

4. „His

4. „His omnibus adverſantur illi, qui non ‚confitentur Filium & Spiritum ejus eſſe ejuſ-;dem ſubſtantiæ, cujus eſt Pater, & præter ‚illum non eſſe Deum; nec non ii, quos pu-‚det paſſionis ejus: Nemo enim Deum noſſe ‚poteſt niſi eum qui crucifixus eſt & reſurre-‚xit cum S. Thoma Dominum Deum confitea-‚tur *Joan.* 20. Nec obſtat, quod Apoſtolus ‚dicat: *Cum ſubjecta illi fuerint omnia, tunc &* ‚*Filius ſubjectus erit ei, qui ſubjecit ſibi omnia,* ‚*ut ſit Deus omnia in omnibus* 1. *Cor.* 15. *v.* 28. ‚Nam ſenſus eſt: cum omnes Filio ſubjecti ac ‚in illo filii Dei effecti fuerimus, tunc ipſe ‚pro nobis Patri ſubjicietur, ut caput pro ſuis ‚membris. Nos ergo ſumus, qui in eo Patri ‚ſubjicimur, nam quamdiu omnia ejus mem-‚bra ſubjecta non fuerunt, tamdiu ipſe qui eſt ‚caput eorum Patri ſubjectus non erat. Nec ‚rurſus obſtat, quod S. Petrus dicat: *Domi-* ‚*num eum & Chriſtum fecit Deus hunc Jeſum,* ‚*quem vos crucifixiſtis Act.* 2. *v.* 36. Nam non „de divinitate ejus dicit, ſed de humanitate „ejus. Cumque ait: *Pater ſi poſſibile eſt, trans-* „*eat a me calix iſte: verumtamen non mea volun-* „*tas ſed tua fiat. Matth.* 26. *v.* 41. Duas volun-„tates oſtendit, alteram humanam, quæ eſt „carnis, alteram Divinam, quæ Dei eſt, ſi-„quidem humana ob infirmitatem carnis de-„precatur paſſionem, divina autem ejus vo-„luntas promta eſt, qua alacriter paſſionem „excepit. Itaque verus Deus eſt Filius prius-„quam homo fieret, & poſtquam factus eſt „mediator Dei & hominum homo Chriſtus Je-„ſus, unde dicitur quem miſit unitum Patri

Filius & Spiritus S. Patri conſubſtantiales.

Duæ in Chriſto voluntates.

 „ſecun-

„ſecundum Spiritum nobis vero ſecundum
„carnem.

EPISTOLA
EPISCOPORUM ÆGYPTI ET LIBYÆ NONAGINTA, NEC NON B. ATHANASII CONTRA ARIANOS AD HONORATISSIMOS IN AFRICA EPISCOPOS.

§. I.
Monitum.

Qua occaſione hanc epiſtolam dederint ſanctus Athanaſius cæterique Epiſcopi, ex ipſo ejus liquet initio, ubi Africani monentur, ne iis obtemperent, qui ſtudio abrogandæ Synodi Nicænæ, ea obſervari volebant, quæ ab illis Arimini ſtatuta fingebant, cum tamen Nicææ in Thracia compilata fuerint. Deinde Nicæna Synodus præ omnibus Arianorum conciliabulis commendatur, cujus acta ad vocem ὁμοούσιον aſſerendam narrantur, paucisque Spiritus S. divinitas propugnatur, & licet certum tempus ſcriptionis illius aſſignari non poſſit, commode tamen ad annum 369 referri poteſt.

§. II.
ANALYSIS.

Falſa Synodus Ariminenſis. 1. „Sufficiunt quidem ſatisque ſunt Nicæna „decreta tum ad ſubverſionem omnis „impiæ hæreſeos, tum ad tutelam utilitatem-
„que

„que Eccleſiaſticæ doctrinæ; quia tamen au„divimus, nonnullos hujus oppugnandæ cupi„dos quamdam Synodum quaſi Arimini cele„bratam in medium adferre, & omnem mo„vere lapidem, ut ea potius, quam Nicæna „obtineat, neceſſe duximus, vos litteris mo„nere noſtris, ut ne hujusmodi homines tole„retis, nihil quippe aliud illud eſt niſi nova „Arianæ hæreſis fructificatio, nam qui Syno„dum Nicænam repudiant, quid optant aliud, „quam ut Arii ſententia vim obtineat? quid „ergo dignum illis, niſi ut Ariani & ipſi nun„cupentur?

2. „Enimvero ideo œcumenica fuit Syno„dus Nicæna trecentis decem & octo coactis „Epiſcopis, ut de fide ageretur Arianæ impie„tatis cauſa, ne deinceps per provincias fidei „obtentu variæ celebrarentur Synodi, imo ſi „celebrari contingeret, ne prævalerent, ple„na enim pietatis eſt ipſa, totum illa replevit „orbem, hanc Indi, hanc quotquot apud bar„baros Chriſtiani ſunt, agnoverunt. Vanus „certe conatus eorum, qui illam oppugnave„re: Domini enim verbum per œcumenicam „Nicænam Synodum prolatum in æternum „manet.

Nicæna Syn. toto orbe recepta.

3. „Quis igitur eos admittat, qui Arimi„nenſem aut aliam Synodum præter Nicænam „in ore habent? aut quis eos non oderit, qui „abjectis Patrum decretis recentiora Arimini „per vim & contentionem conſtituta illis an„teponunt? Quis autem cum iis convenire ve-

Geſta in concilio Ariminenſi.

„lit hominibus, qui ne ſua quidem ipſi approbant, nam qui in ſuis decem aut pluribus „etiam Synodis, uti alibi diximus, modo illa „modo alia ſcripſerunt, palam ſane fecere, ſe „ſingulas earum incuſare. Ne feramus igitur „viros, qui Ariminenſem Synodum aut aliam „memorant præter Nicænam: nam illi ipſi, „qui Ariminenſem in ore habent, ignorare „videntur ea, quæ illic geſta ſunt, alioqui de „illa ſilerent. Scitis enim, quomodo Urſa„cius, Valens, Eudacius, & Auxentius, cum „quibus etiam erat Demophilus, cum præter „illa quæ Nicææ conſtituta ſunt, alia quæ„dam ſcribere vellent, depoſiti ſunt, cum „econtra Epiſcopi ſana fide præditi numero „ferme ducenti ſolam Nicænam Synodum ſa„tis ſibi eſſe ſcripſerunt. Hæc item Conſtan„tio ſignificarunt, qui Synodum celebrari jus„ſerat. Verum qui Arimini depoſiti fuerant, „Conſtantium adeuntes effecerunt, ut indi„gniſſime acciperentur illi, minis quoque ad„ditis, non licitum fore, illis, ad proprias „Eccleſias remigrare, vimque ipſos in Thracia „illa ipſa hyeme perpeſſuros, ut eo pacto res „a ſe innovatas illi tolerarent. Siquis igitur „magnam illam Synodum cum iſtorum Syno„dis conferre voluerit, illorum Patrum pieta„tem, iſtorum dementiam deprehendet. Qui „Nicæam convenerunt, nequaquam depoſiti „fuerant, ſed ex Patris ſubſtantia Filium eſſe „confeſſi ſunt, iſti autem tertio Arimini depo„ſiti ſcribere auſi ſunt, non dicendum eſſe, „Deum habere ſubſtantiam aut hypoſtaſin. „Ex quibus animadvertere licet, Nicænos Pa-

„tres

„tres ſcripturas ſpirare, cum Deus per Hiere-„miam dicat: *Quis eſt in ſubſtantia ejus, & vi-„dit Verbum ejus. Jer.* 23. *v.* 18. *&* 22. & paulo „poſt: *Si ſtetiſſent in hypoſtaſi mea.* Hypoſtaſis „autem ſubſtantia eſt, neque aliam habet „ſignificationem, quam hoc ipſum quod eſt, „quod Hieremias vocat ὕπαρξιν ſeu exiſten-„tiam *Jer.* 9. *v.* 10. eſt enim & exiſtit. Hi „vero cum non velint hypoſtaſin in Deo dice-„re, quomodo non jure depoſiti ſunt. Rur-„ſum Patres Nicæni docuerunt, Filium & „Verbum non eſſe creaturam: iſti vero potius „Ariani quam Chriſtiani ipſam creaturam di-„cere auſi ſunt, & unam ex rebus factis, „quarum ipſum Verbum eſt opifex & conditor.

Hypoſtaſis, quid.

4. „Quod vero illam ſpectat Nicææ con-„ſcriptam ſententiam, ſcilicet, Filium eſſe „Patri conſubſtantialem, cujus gratia ſimu-„lant ſe cum Nicæna Synodo pugnare, in il-„lam vel ignorantes impingunt, vel ideo de-„certant, quod ea ſit vera & accurata contra „ſuam hæreſin ſententia: quare par fuerit, ut „ipſi rem narremus, quo hinc accurata ma-„gnæ Synodi diligentia oſtendatur. Cum vel-„lent enim Epiſcopi impias ab Arianis adin-„ventas voces e medio tollere, atque ſcriptu-„rarum voces omnium conſenſu receptas con-„ſcribere nempe ex Deo natura eſſe unigeni-„tum Verbum: Euſebiani mutuo colloqueban-„tur, & ajebant: aſſentiamus illis, nam nos „quoque ex Deo ſumus: ſed Epiſcopi illorum „vafritiem conſpicati illud ex Deo liquidius „explicarunt, Filiumque ex ſubſtantia Dei

Acta in Nicæno pro conſubſtantialitate.

„eſſe ſcripſerunt," ita ut creaturæ quidem ideo
„dicerentur ex Deo eſſe, quod non a ſeipſis
„extitiſſent, Filius vero ſolus proprius ſub-
„ſtantiæ Patris haberetur. Rurſus Epiſcopis
„paucos iſtos interrogantibus, an dicerent Fi-
„lium Patri per omnia ſimilem ut Deum ve-
„rum, deprehenſi ſunt Euſebiani ſibi invicem
„annuere, quod hæc etiam in nos homines
„caderent, qui etiam ſumus & vocamur ima-
„go Dei. Verum Epiſcopi tunc quoque in-
„tellecta eorum fraude ex Scripturis has col-
„legere voces, ſplendorem, figuram ſubſtan-
„tiæ &c. demum lucidius & compendioſe
„ſcripſerunt, conſubſtantialem eſſe Patri Fi-
„lium. Epiſcopi vero nequaquam voces illas
„excogitarunt, ſed Patrum teſtimonio freti ita
„ſcripſerunt, ſiquidem priſci Epiſcopi ante
„annos prope 130 tum magnæ Romæ, tum
„etiam noſtræ urbis *Dionyſii* ſcriptis ſuis eos
„culpaverunt, qui Filium rem factam & Pa-
„tri non conſubſtantialem dicerent. Cujus
„rei non ignarus Euſebius Cæſareæ olim Epi-
„ſcopus, qui cum prius Arianæ hæreſi ſuffra-
„garetur, poſtea Nicænæ Synodo ſubſcripſit,
„& in litteris ad ſuos miſſis hæc affirmavit:
„Ex antiquis quoſdam eruditos claroſque
„Epiſcopos atque ſcriptores ſcimus circa Pa-
„tris & Filii divinitatem conſubſtantialis no-
„mine uſos.

Filius non ut nos ſi-milis Pa-tri ſed ſe-

5. „Dicant igitur num credant Filio di-
„centi: *Ego & Pater unum ſumus?* imo dicent.
„Sed quomodo unum ſunt? reſpondebunt ob
„ſimilitudinem, niſi ſint Anomæi, Sed ſi rur-
„ſus

„ſus ſciſciteris, qua ratione ſimilis? dicent: „virtute perfecta & conſenſu, quod idipſum „velit, quod Pater. Sed diſcant, eum qui ex „voluntate Deo ſimilis eſt, mutandi ſui arbi„trium habere. Atqui Verbum nequaquam „eſt tale, niſi forte ex aliqua parte noſtro mo„re, nedum ſecundum ſubſtantiam ſimile ſit, „id enim proprium nobis eſt, qui creaturæ ſu„mus, qualis Verbum non eſt. Rurſum di„cant an poſſint res factæ dicere: *Omnia quæ„cunque habet Pater, mea ſunt? Joan.* 16. *v.* 16. „Habet autem ille quod ſit creator, æternus, „omnipotens, immutabilis: opificia autem „creare non poſſunt, creata cum ſint, nec „æterna eſſe, initium quippe exiſtendi ha„bent, nec omnia poſſunt, nec immutabilia „ſunt. Ergo ſi hæc Filii ſunt, non ex virtute „ſed ex ſubſtantia ſua illa habet, nec ex alia „ſubſtantia ipſe eſt, ſed ex ſubſtantia Patris, „cujus hæc ſunt propria: quod autem ſub„ſtantiæ Patris proprium eſt, ejusque proles, „quomodo appellandum ſit, niſi conſubſtan„tiale? Sane ſi ex virtute ſimilis eſt Patri „filius, hæc autem ſunt qualitatis propria, „ergo Deum dicitis ex qualitate & ex ſub„ſtantia compoſitum.

cundum ſubſtantiam.

6. „His igitur ita commonſtratis ſuperflua „eſt, quæ ab ipſis adfertur Ariminenſis Syno„dus, ſuperflua & alia Synodus ab ipſis de „fide appellata, ſufficit enim Nicæna, quæ „cum priſcis Epiſcopis conſentit. Quodſi vero „ſeſe ſimulant, conſubſtantialis vocem refor„midare, dicant, ſententiantque ſimplicius, Fi-

Vocis Conſubſtantialis rectus ſenſus.

„lium natura eſſe Filium, anathemate autem
„damnent eos, qui dicunt eum eſſe creatu-
„ram, & ex alia ſubſtantia, & ſic ab Ariana
„hæreſi refugiant, & confidimus, eos, ſi hæc
„ſinceriter anathemate damnent, ſtatim con-
„feſſuros, Filium ex ſubſtantia Patris, & Pa-
„tri conſubſtantialem eſſe.

luxen-us depo-ndus.

7. „Cæterum par erat, hæc pluribus ſcri-
„bere, & hæc non quaſi docentes, ſed quaſi
„admonentes dicimus: omnium enim una eſt
„hæc ſententia, & cum aliquem abeſſe conti-
„gerit, alii pro aliis ſubſcribimus. Litteras
„quoque dilecto noſtro Damaſo magnæ Romæ
„Epiſcopo miſimus de Auxentio, qui Medio-
„lanenſem invadit Eccleſiam, cujus illi geſta
„enarravimus, eum nempe non modo eſſe
„Arianæ hæreſis ſectatorem, ſed etiam mul-
„tis ſceleribus obnoxium, quæ cum Gregorio
„impietatis ſuæ ſocio perpetravit, noſque mi-
„rari, cur nondum depoſitus, & ab Eccleſia
„ejectus ſit: gratiasque retulimus ejus pietati,
„quod cum iis qui Romam convenerant Urſa-
„cio & Valente, aliisque, qui cum illis ſenti-
„rent, ejectis Catholicæ Eccleſiæ concordiam
„ſervaſſet, quam cum apud vos quoque ſer-
„vari peroptemus, hortamur vos, ne feratis
„eos, qui fidei occaſione multitudinem Syno-
„dorum objiciunt, ſed apud vos Nicæna ſo-
„lum fides obtineat, quæ Synodus vere cip-
„pus eſt inſcriptus contra omnes hæreſes.
„Hæc ipſa eos, qui in Spiritum ſanctum blaſ-
„phemant, ipſumque dicunt eſſe creaturam,
„confutat. Cum enim Patres de fide in Fi-
„lium

„lium pertractaſſent, ſtatim addiderunt. Credimus & in Spiritum ſanctum, ut perfectam „de ſancta Trinitate confeſſi Chriſtianæ fidei „teſſeram & Catholicæ Eccleſiæ doctrinam in „hoc ipſo exhiberent: utpote in cujus nomine „baptizati, & in qua Divinitati conjuncti cre„dimus nos regnum cœlorum hæreditate ac„cepturos in Chriſto Jeſu Domino noſtro, per „quem Patri gloria & imperium in ſæcula. „Amen.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI
AD EPICTETUM EPISCOPUM CORINTHI CONTRA HÆRETICOS EPISTOLA.

§. I.
Monitum.

Epiſtola hæc apud antiquos ſcriptores celeberrima eſt: eam integram refert S. Epiphanius hær. 77. S. Cyrillus in epiſt. ad Joan. Antioch. ejusdem meminit, aitque, eam olim ab hæreticis vitiatam fuiſſe, ſed a ſe ſuæ integritati reſtitutam. Occaſio eam ſcribendi hæc fuit. Erant Corinthi referente Epicteto Corinthiorum Epiſcopo quidam homines, qui hæreticas ſententias ſpargebant, ſcilicet 1. Corpus Chriſti ex Maria genitum conſubſtantiale eſſe Verbi Deitati. 2. Verbum in carnem

&

& in totum corpus mutatum fuiſſe. 3. Dominum fictione, non natura geſtaſſe corpus. 4. Ipſam Deitatem circumciſam & cruci affixam fuiſſe. 5. Verbum nequaquam ex Maria, ſed ex ſua ipſius ſubſtantia ſibi corpus efformaſſe. 6. Qui ait corpus Chriſti ex Maria eſſe non Trinitatem ſed quaternitatem admittere. Sententias has S. Athanaſius breviſſime in hac epiſtola refutat, quæ circa annum 371. ſcripta eſſe videtur.

§. II.

ANALYSIS.

1. „Legi commentarios a tua mihi pietate „oblatos, qui utinam ſcripti nun„quam fuiſſent, ut ne minima quidem horum „perverſorum dogmatum, memoria tranſmit„teretur ad poſteros. Ego tamen tuam mira„tus ſum pietatem, quæ res ferat ejuſmodi, „& quod non illis talia dictitantibus ſilentium „indixerit, nec piam fidem illis propoſuerit, „ut vel obtemperantes acquieſcerent, vel ſi „repugnarent, pro hæreticis haberentur. Cæ„terum ne ex perpetuo ſilentio impudentiæ „occaſionem malarum illi rerum artifices arri„piant, e re fuerit ex divinis ſcripturis pauca „memorare, fortaſſe vel hoc modo pudore af„fecti turpiſſimas opiniones excogitandi finem „facient.

Corpus Chriſti non eſt

2. „Heus igitur vos, qui eo animum appu„liſtis, ut corpus diceretis eſſe Verbi divinita„ti conſubſtantiale? in divinis certe ſcripturis „ni-

„nihil comparet hujusmodi, nam ipſæ Deum „in humano fuiſſe corpore affirmant, ſed & „Patres, qui Nicææ convenerant, non corpus, „ſed ipſum Filium dixerunt eſſe Patri conſub„ſtantialem, & hunc quidem ex ſubſtantia Pa„tris, corpus vero ex Maria eſſe ex ſcripturis „declararunt. Illud etiam quantæ ſit abſurdi„tatis advertite: ſi Verbum corpori quod ex „terra naturam ſuam habet, eſt conſubſtantia„le, & aliunde Verbum itidem eſt Patri con„ſubſtantiale, ipſe Pater corpori ex terra facto „conſubſtantialis erit. Et quid ultra Arianos „inſectamini cum ipſi Patrem rebus creatis eſſe „conſubſtantialem affirmetis, & in aliam im„pietatem tranſeuntes dicatis, in carnem, oſſa, „& totum corpus converſum eſſe Verbum, & „a propria natura mutatum? reſtat enim, ut „aperte dicatis, ipſum ex terra factum fuiſſe, „ex terra enim totius corporis natura originem „trahit. Quænam igitur hæc dementia, ut „vobiscum ipſi pugnetis? dum enim dicitis, „Verbum corpori eſſe conſubſtantiale, alterum „cum altero conferri ſignificatis: cum vero „in carnem mutatum eſſe, ipſi Verbo muta„tionem affingitis: Et quis vos ultra ferat? „ſi enim Verbum eſt corpori conſubſtantiale, „ſuperflua fuerit Mariæ mentio & miniſterium, „cum corpus ante Mariam ab æterno eſſe poſ„ſit, uti eſt ipſum Verbum juxta vos con„ſubſtantiale corpori. Quænam item neceſſi„tas Verbi adventus, ut vel illud, quod ſibi „conſubſtantiale erat, aſſumeret, vel muta„tum a propria natura corpus efficeretur? non „enim ſeipſam Deitas aſſumit, ut ſibi conſub-

deitati conſubſtantiale.

Verbum in carnem non eſt mutatum.

„ſtan-

„ſtantiale induat. Sed neque peccavit Verbum, quod aliorum peccata redemit, ut mutatum in corpus ſeipſum pro ſeipſo in Sacrificium offerret, ac ſeipſum redimeret. Quare adeſt vere Maria, ut ab ea corpus aſſumat, „& tamquam proprium illud pro nobis offerat, „illamque indicavit Iſaias cap. 7. 14. *Ecce Virgo.* Et Gabriel mittitur ad *Virginem deſponſatam*, ut indicaret, Mariam vere hominem „eſſe partumque memorat Scriptura, & ait: „*Pannis eum involvit. Luc.* 2. Et Gabriel prudenter dicit non ſimpliciter, *quod in te naſcetur*, ne extrinſecum corpus illi inductum putaretur, ſed *ex te*, ut quod gignebatur, ortum ex illa duxiſſe crederetur. Atque hoc „ipſum corpus octavo die circumciſum eſt; a „Simeone in ulnas ſuſceptum &c. non enim „ipſa Verbi ſubſtantia mutata circumciſa eſt, „cum ſit immutabilis, ſed in corpore circumciſo, „cruci affixo & patiente erat impaſſibile & incorporeum Dei Verbum. Illud ipſum corpus in „ſepulchro poſitum erat, cum Verbum abiit, „licet a corpore minime ſegregaretur, ut prædicaret iis, qui in carcere erant ſpiritibus. „1. *Pet.* 3. Id quod potiſſimum eorum ſtultitiam arguit, qui dicunt, Verbum in carnem „mutatum fuiſſe, ſi enim hoc eſſet, monumento ſane opus non fuiſſet, ipſum enim corpus per ſeipſum abiiſſet, quo ſpiritibus in inferno detentis prædicaret. Nec obſtat, quod „Verbum quæ corporis erant propria ſibi ipſi „incorporeo exiſtenti propria effecerit, & cum „natura ſua intactile eſſet, dicebat tamen: „*dorſum meum dedi ad flagella. Iſ.* 50. nam quæ „hu-

In morte Chriſti Verbum non fuit ſeparatum a corpore.

„humanum Verbi corpus patiebatur, hæc ipſa „Verbum, quod corpori conjunctum erat, ad „ſe referebat, ut nos Verbi Deitatis participes „fieri poſſemus.

3. „Hæc autem non fictione facta ſunt, ſed „Salvatore vere homine facto hinc totius ho- „minis ſalus conſecuta eſt: nam ſi fictione „duntaxat Verbum in corpore fuit, ſequitur, „ut ſecundum Manichæum ſpecie tantum te- „nus ſalus & reſurrectio hominum fieri dica- „tur. Humanum itaque natura erit, quod ex „natura prodiit, verumque erat Domini cor- „pus; nec quisquam hac de re dubitabit, ſi- „quidem eorum meminerit, quæ Lucas ſcri- „pſit: nam poſtquam a mortuis ſurrexiſſet, „cum quidam exiſtimarent, ſe non in corpore „ex Maria genito Dominum aſpicere, ſed il- „lius loco Spiritum videre, dixit ille: *Videte* „*manus meas - - palpate & videte, quia Spiritus* „*carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habe-* „*re. Luc.* 24. *v.* 39. Nec obſtat, quod dicitur: „*Verbum caro factum eſt:* nam ſicut ex eo quod „apud Paulum ſcriptum eſt: *Chriſtus factus eſt* „*pro nobis maledictum Gal.* 3. *v.* 13. non ipſe „factus eſt maledictum, ſed quia maledictum „pro nobis ſuſcepit: ſic & Verbum caro factum „eſt, non quod in carnem mutatum fuerit, ſed „quod carnem viventem aſſumpſerit, & homo „factum ſit. Merito proinde ſeſe coarguent, „qui exiſtimant, ante Mariam fuiſſe carnem ex „ea aſſumtam, & ante ipſam Mariam Verbum „humanam habuiſſe animam, in qua ante ſuum „adventum ſemper extiterit: Silebunt etiam, „qui

Chriſtus verum corpus humanum aſſumſit.

„qui dicunt, carnem non eſſe mortis capacem, „ſed immortalis naturæ, ſi enim mortuus „non eſt, quomodo Paulus Corinthiis tradidit: „*Quoniam Chriſtus mortuus eſt.* Aut quomodo „reſurrexit, ſi mortuus non eſt?

Quaternitas in Deo non datur.

4. „Multum autem erubeſcent, qui vel ſe„mel cogitaverint, poſſe pro Trinitate fieri qua„ternitatem, ſi corpus ex Maria eſſe dicatur: „nam ſi, ajunt, corpus Verbo conſubſtantiale „dicamus, Trinitas manet Trinitas nihil in „ipſam extraneum inducente Verbo, ſin vero „corpus humanum ex Maria genitum dica„mus, neceſſe eſt, ut cum corpus ſit extra„neum ſecundum ſubſtantiam, & in ipſo ſit „Verbum, quaternitas pro Trinitate propter „corporis acceſſionem efficiatur. Hæc cum „loquuntur, non cogitant, quo pacto ſecum „ipſi pugnent, etenim licet ex Maria corpus „eſſe negarint, ſed Verbo conſubſtantiale di„xerint, nihilominus eipſo juxta eorum men„tem quaternitatem illos dicere demonſtrabi„tur: quemadmodum enim Filius licet Patri „conſubſtatialis non eſt ipſe Pater, ſic corpus „Verbo conſubſtantiale non eſt ipſum Verbum, „ſed aliud a Verbo diſtinctum, adeoque Trini„tas ex eorum ſententia quaternitas erit. Item „ſi quod Scripturæ dicant, corpus Salvatoris „ex Maria & humanum eſſe, ideo pro Trinita„te quaternitatem dici exiſtimant, quaſi ac„ceſſio quædam ex corpore facta ſit, multum „hallucinantur, dum rem factam factori ex„æquant, & arbitrantur poſſe Deitatem acceſ„ſionem admittere ignorantque non propter „aug-

„augmentum Deitatis Verbum carnem factum „eſſe, ſed ut caro reſurgeret, & ut humanum „genus redimeret: nam potius humano corpo„ri ex Verbi conjunctione ingens facta eſt ac„ceſſio, ex mortali enim factum eſt immorta„le, & cum animale eſſet, factum eſt ſpiri„tuale.

5. „Eadem autem ratione ii quoque jam „ſilebunt, qui dixerunt, eum qui ex Maria „prodiit, nec Chriſtum, nec Dominum nec „Deum eſſe. Si enim Deus in corpore non „erat, quomodo ſtatim atque ex Maria prodiit, „vocatus eſt *Emmanuel, quod eſt interpretatum no„biscum Deus Matth.* 1. *v.* 23. quomodo Thomas „cum in illo clavorum veſtigia conſpexiſſet, ex„clamavit: *Dominus meus & Deus meus Joan.* 20. „Quod vero nonnulli comminiſcuntur, quem„admodum in Prophetas verbum advenit, ita „quoque in quemdam hominem Mariæ filium „veniſſe, inutile eſt agitare, cum eorum inſa„nia manifeſtam confutationem præſeferat, ſi „namque Verbum ita advenit, cur hic homo „ex virgine, & non ex viro & muliere prodiit? „cur cujusque mors non dicitur pro nobis to„lerata? cur Verbum dicitur ad ſolum Mariæ „Filium in conſummatione ſæculorum adve„niſſe? cur ſolus Mariæ Filius poſt triduum re„ſurrexit? cur ſolus Mariæ Filius dicitur Em„manuel? cur de ſolo Mariæ Filio dictum eſt: „*Et Verbum caro factum eſt.* Ad reliquos ergo „ſanctos Verbum factum eſt, ut prophetarent, „ex Maria autem Verbum carne aſſumpta ho„mo prodiit, qui natura quidem & ſubſtantia *Qui ex Maria natus eſt, Deus eſt.*

„verbum Dei erat, ſecundum carnem autem „ex ſemine David, & ex carne Mariæ homo „factus eſt. Hunc Pater in Jordane & in mon„te manifeſtavit dicens: *Hic eſt Filius meus di„lectus, in quo mihi complacui. Matth.* 3. Hunc „Ariani quidem abnegarunt, nos vero agnoſ„centes adoramus, nec Filium a Verbo divi„dimus, ſed agnoſcimus ipſum Verbum eſſe „Filium, per quem omnia facta ſunt, & per „quem nos redemti ſumus. Rogo ergo tuam „pietatem & auditores, ut hæc cum bona con„ſcientia recipiatis, & ſiquid a pietate deficiat „illud corrigatis, mihique indicetis.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

EPISTOLA

AD ADELPHIUM EPISCOPUM ET CONFESSOREM CONTRA ARIANOS.

§. I.

Monitum.

Adelphius Epiſcopus Onupheos Lychnorum ab Arianis in exilium Pſinablam Thebaidis miſſus fuerat. Huic S. Athanaſius ſequentem Epiſtolam ſcripſit circa annum 371. quo pullulante Apollinarii hæreſi varii de Incarnatione Chriſti errores etiam ab Arianis adoptabantur, qui negabant corpus Chriſti a Catholicis rite adorari poſſe, cum hi crederent Verbum

bum perfectam aſſumſiſſe humanam naturam, corpus ſcilicet, mentemque humanam, cum econtra Apollinariſtæ ſolam humanam carnem a Verbo aſſumtam eſſe, ipſum autem Verbum inſtar animæ fuiſſe opinarentur. Ex quo errore alius emanaſſe videtur eorum, qui carnem Domini ex conjunctione cum Verbo increatam factam fuiſſe dicebant. Proinde in hac epiſtola docet S. Athanaſius & adorandum eſſe Chriſti corpus, ſive Chriſtum hominem, & ita a nobis non adorari rem creatam, ſed Verbum hominem factum, nec humanam naturam a Verbo ſeparandam eſſe, ut Verbum adoretur, ſed Verbum forma ſervi indutum debere adorari. Quo modo Neſtorium & Eutychen longe ante exortas eorum hæreſes condemnavit; Neſtorium quidem, dum negat Chriſtum in duo dividendum: Eutychen vero cum integras ac diſtinctas duas in Chriſto naturas tuetur.

§. II.

ANALYSIS.

1. Sanctus Athanaſius laudata cura Adelphii in refutandis hæreticorum erroribus, eundem laborem ſuſcipiens ait: „Rem creatam non adoramus: abſit: Ethnicorum enim „& Arianorum eſt hujusmodi error, ſed rerum „creatarum Dominum carnem factum Dei Ver„bum adoramus. Etſi enim ipſa caro ſeorſim „ſpectata pars ſit rerum creatarum, attamen „Dei facta eſt corpus. Neque vero hujusmodi „corpus a Deo dividentes adoramus, neque „cum Verbum volumus adorare, ipſum a car„ne *Chriſtum adorant rem creatam non adoramus.*

„ne removemus, ſed idem Verbum in carne „exiſtens Deum agnoſcimus. Quis ergo ita „demens ſit, ut Domino dicat: recede a cor„pore, ut te adorem? Atqui talis non fuit „leproſus ille, Deum enim in corpore exiſten„tem adoravit, nec Dei Verbum arbitratus eſt „propter carnem rem creatam eſſe, nec car„nem ejus vilipendit, ſed univerſi creatorem „tamquam in creato templo adoravit. Nec „enim rem creatam adorat res creata, neque „rurſus ob carnem ſuam Dominum ſuum refu„git adorare, ſed vidit in corpore creatorem „ſuum, atque *in nomine Jeſu omne genu flexum* „*eſt & flectetur, cœleſtium terreſtrium & inferno*„*rum Philip.* 2. Neque dedecus Verbo caro at„tulit, ſed ipſa potius ab illo gloriam accepit: „nec item quia formam ſervi accepit Filius, „qui in forma Dei eſt, diminutus divinitate eſt, „ſed contra univerſæ carnis rerumque omnium „creatarum liberator ipſe fuit.

uro hriſti uomodo loran- i.

2. „Annon igitur illi, qui aſſumtam a Ver„bo carnem vilipendunt, vel ejus cauſa Filium „Dei tamquam rem creatam calumniantur. in„grati omnique odio digni videri debent? Tan„tum enim non ita clamant ad Deum: ne mit„tas Filium tuum unigenitum in carnem, ne „nos a morte & peccato liberet. Nam qui „Verbum carnem factum adorare recuſant, hi „ingratos in ejus benignitatem ſeſe exhibent, „qua humanam aſſumſit naturam. Qui autem „Verbum a carne dirimunt, hi profecto nul„lam peccati redemtionem, nullamve mortis „ſolutionem autumant fieri. Ubinam vero „car-

„carnem, quam Salvator accepit, ſeorſim poſi„tam reperient impii, ut dicere audeant; nos „non adoramus Dominum cum carne, ſed cor„pus ſeparamus, & ſoli Domino ſervimus. Sa„ne beatus Stephanus Dominum a dextris „ſtantem vidit *Act.* 7. *v.* 57. ſi igitur caro a „Verbo nequit dividi, annon neceſſe eſt, illos „aut errore depoſito jam Patrem in nomine „D. N. Jeſu Chriſti adorare, aut ſi Verbum „carnem factum adorare illique ſervire nolue„rint inter Ethnicos vel Judæos numerari?

3. „Noſtra autem fides recta eſt, atque ex „doctrina Apoſtolica deducta, & Patrum tra„ditione nec non novi & veteris Teſtamenti „autoritate confirmata. Hæc enim ſunt Pro„phetarum verba: *Ecce virgo concipiet & pariet* „*Filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Quid „porro illud eſt, quam Deum in carne factum „eſſe. Idem quoque Apoſtolica docet tradi„tio 1. *Petr.* 4. *v.* 1. & *ad Titum* 2. *v.* 15. Hinc „gratias ſemper agimus in nomine Jeſu Chriſti, „neque gratiam nobis per ipſum præſtitam re„pudiamus: corporea enim Salvatoris præſen„tia mortuis fuit pretium & rerum omnium „creatarum ſalus. Vellem vero, ut tua pietas „hoc ab illis ſciſcitaretur: nempe cum Iſraeli„tæ Jeroſolymam jubebantur aſcendere, ut „adorarent in templo Domini, ubi arca erat, „ſupra quam Cherubim gloriæ obtegebant pro„pitiatorium, benene agebant, an male? ſi „male, cur legem negligentes multabantur? „ſi recte, ergo mori digni ſunt Ariani, qui ve„teris populi erga templum reverentiam lau-

Dominum in carne adoramus.

„dant, & Dominum in carne tamquam in tem-
„pló exiſtentem adorare renuunt. Annon er-
„go adorari dignum eſt ſanctiſſimum Domini
„corpus a Spiritu ſancto formatum ac Verbi
„factum indumentum, cujus corporis Verbum
„manu extenta mulierem febri laborantem ſa-
„navit, & voce humana emiſſa Lazarum re-
„vocavit ad vitam?

...s crea- crea- ...n repa- re non ...uit.

4. „Nec vero impiiſſimi Ariani, eo quod
„creatum corpus eſt, Verbum quoque crea-
„tum eſſe debent exiſtimare: ſi enim Verbum
„res creata eſſet, creatum non aſſumſiſſet cor-
„pus, ut illi vitam impertiret: ecquid enim
„auxilii res creata rei creatæ ferre poſſit cum
„ipſa ſalute indigeat. Itaque ipſum Verbum
„propter noſtram ſalutem factum adoramus
„hominem, non quidem ut æquale in æquali
„factum corpore, ſed ut Dominum, qui ſervi
„accepit formam, nec non ut creatorem, qui
„in re creata fieri voluit, ut omnia in ipſa li-
„berans mundum offerret Patri, cunctaque pa-
„cificaret, ſive quæ in cœlis ſunt, ſive quæ in
„terris ſunt.

Nota. Sequitur hic in editione operum S. Athana-
ſii ejusdem epiſtola ad Maximum Alexandri-
num Philoſophum circa annum 371 ſcripta, in
qua approbat, quæ ad ipſum ſcripſerat Maxi-
mus contra quosdam hæreticos, quorum alii
Chriſtum verum Deum negabant: alii verbum
ut olim ad aliquem hominem adveniſſe autu-
mabant: alii ipſum communi naturæ ordine
hominem factum exiſtimabunt. Hæc omnia
verbis Maximi refutat, & ea repetit, quæ in
antecedentibus tractatibus ſuſius diſputaverat.

S. ATHA-

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

DE

INCARNATIONE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI CONTRA APOLLINARIUM.

§. I.

Monitum.

Duos libros a S. Athanaſio contra Apollinarium conſcriptos circa annum 372 memorat Proclus in *Syn. ſæc. Conſtantin.* Leontius, Joannes Damaſc. & alii. In his duobus libris S. Athanaſius narrat, quam varie circa Chriſti perſonam errarent Apollinariſtæ, quamque parum ſibi mutuo conſtarent: alii enim putabant, Verbum ſola ſpecie carnem aſſumſiſſe: alii carnem cœleſtem & increatam ſibique conſubſtantialem Verbum induiſſe, mentem vero humanam utpote peccatis maliſque obnoxiam cogitationibus a Verbo aſſumtam minime fuiſſe, dicebant; quæ fuit Apolliniſtarum hæreſeos quaſi teſſera. Apollinarius tamen Vitalis & ſiqui alii hujus ſectæ homines, cum ſeſe a Catholicis urgeri cernerent, carnem Chriſti noſtræ ſimilem eſſe fatebantur, imo animam ſed tantum ſenſitivam, vel ut ait Svidas, animam vituli in Chriſto admittebant.

§. II.

ANALYSIS.

LIBER PRIMUS.

Otio torpentes hæreſes excogitant.

1. „Dum hæreticorum mens otio torpet, „ejuſmodi traditionibus ſuſcipiendis „idonei ſunt, ex quibus ingens arrogantia & „multa malitia exoritur, quos confutare ope„ræ pretium fuerit. Igitur Apollinariſtæ aut „mutationem verbi comminiſcuntur, aut paſ„ſionis diſpenſationem meram eſſe phantaſiam „ſuſpicantur: atque interdum increatam cœ„leſtemque Chriſti carnem, aliquando deitati „ajunt eſſe conſubſtantialem. Deinde, in„quiunt, vice interioris qui in nobis eſt homi„nis mentem cœleſtem ineſſe Chriſto, nam „figura illa, qua induebatur, inſtar organi uſus „eſt, neque enim poſſibile erat, illum perfe„ctum hominem fieri, ubi enim perfectus ho„mo, ibi & peccatum, itemque duo perfecta „unum fieri non poſſunt: alioquin in Chriſto „erit pugna peccati, opusque erit ſolita fieri „purgatione. Aſſumſit ergo corpus absque „mente, ut ipſe mens in illo eſſet expers om„nino peccati, tum ratione divinitatis, tum „ratione carnis quæ absque mente ſit, neque „enim peccat caro ejus, qui carnem movet, „id eſt, qui cogitat, ſi is prius peccati actum „mente non conceperit.

Apollinariſtarum errores.

Carnis conjunctio cum divinitate ex utero facta eſt.

2. „Hæc ſunt illorum ſophismata. Verum „ſola ſancta Trinitas Deitatis eſt increata & „æterna, immutabilis & invariabilis: cum au„tem Chriſtus ſecundum carnem ex homnibus „or-

„ortum duxerit ac paſſibilis ſit, quomodo in„creatum paſſibile dicitis, cum enim increa„tam Verbi ſubſtantiam paſſibilem dicitis in „Divinitatem blaſphematis, & dum paſſibilem „carnem increatam dicitis, aut tolerantiam „paſſionis phantaſiam exiſtimatis juxta Mani„chæorum impietatem, aut talem eſſe ſtatui„tis increatæ Deitatis ſubſtantiam. Sed dici„tis increatum factum eſſe, quod unitum ſit „cum increato. Sed carnis cum Verbi Divi„nitate conjunctio ex utero Deiparæ Mariæ fa„cta eſt: & ſi Chriſtus increatus illa unione fa„ctus eſt, quomodo non ſtatim perfectus appa„paruit: ſed crevit, increatum enim acceſſio„nem non admittit. Et quis increatum ſi au„diat Domini corpus, ſeque creatum agnoſcat, „ſibi nullam eſſe intelligit cum Chriſto com„munionem? Quomodo igitur Chriſtus nos ſui „participes conſtituit?

3. „Sola ergo Deitatis ſubſiſtentia increa„ta intelligitur carnis autem & ſanguinis ſpe„ciem exhibuit Dominus, nec non animi do„lentis, quæ tamen nemo dixerit, naturam „Deitatis eſſe, propria autem Deo ſecundum „naturam facta ſunt, cum Verbo placuit, hu„manam ſubire generationem, ſuumque ipſius „opus in peccato, corruptione & morte diſſo„lutum in ſeipſo inſtaurare. Quapropter pec„cati quidem condemnationem in terra, male„dictionis abolitionem in ligno, a corruptio„ne immunitatem in ſepulcro, mortiſque ſo„lutionem in inferno peregit. Si igitur natu„ra ex mutatione ſit increata, ergo & inviſi-

Caro Chriſti non eſt increata.

 „bilis

„bilis & immortalis, & mortis prorſus incapax „erit. Qua erga ratione mortuus eſt Domi„nus, aut quomodo viſibilis & palpabilis fa„ctus eſt? cur itaque ea dicitis, quæ omnibus „hæreticis ſententiam ſuppeditant impiiſſi„mam, quam tenuit olim Rhetorius (*qui di„cebat nullum hæreticum errare*), cujus impie„tatem referre horret animus. Sed rurſum di„citis, nos creaturam non adoramus. O ſtul„ti! cur non cogitatis, corpus Domini quod „factum eſt, adorationem non exigere, ſed Ver„bo cujus corpus factum eſt adorationem affer„tis veſtram: ſic ſanctæ mulieres *Joan.* 20. „*v.* 17. Pedes Chriſti tenuerunt, Deum ado„raverunt; pedes quidem carnis contactum „præferebant, ſed cum Dei eſſent, Deum illæ „adoraverunt.

Corpus Christus cœlo non detulit.

4. „Hæc cum ita ſe habent, cur vos rur„ſum dicitis, corpus e cœlo eſſe? cur Chriſtus „illud effecit? anne ut ex cœlo in terram cor„pus deferret, & inviſibile redderet viſibile, „mortale & paſſibile? ſed quidnam in illis be„neficii, ſi ea in Chriſto facta dicatis, quæ in „Adam facta ſunt, cum econtra corpus quod „ex cœlo Adam in terram detulit illud Chri„ſtus e terra in cœlum evexit? & quod Adam „cum prius peccati expers, & nulli damnatio„ni obnoxius eſſet in corruptionem & damna„tionem mortis dejecit, idipſum Chriſtus in„corruptibile eſſe, imo a morte liberare oſten„dit. Deinde non homo tantum dicitur Chri„ſtus quaſi novus quidam homo, qui de cœlis „advenerit, ſed & Filius hominis factus eſt:

„ſi

„ſi igitur in terra factus eſt filius hominis, li-
„cet non ex ſemine viri, ſed ex Spiritu S. na-
„tus ſit, Adami filius intelligetur, neque enim
„præter Adamum, qui ex terra eſt, alius
„quispiam deſcriptus eſt homo, qui in cœlo
„fuerit, ut & ex cœlis corpus habeat Chriſtus,
„& filius hominis ſit ex alio ab Adamo. Qua-
„propter Matthæus quidem filium Abraham &
„David illum deſcribit ſecundum carnem: Lu-
„cas vero eum Adæ & Dei Filium enarrat.

5. „Præterea carnem Divinitati conſub- *Caro non eſt deitati conſubſtantialis*
„ſtantialem dicere audetis, non advertentes,
„quod eſt conſubſtantiale eamdem quidem na-
„turam habere, propriam tamen perfectionem
„in ſeipſo exhibere. Sicut enim Filius, qui
„Patri conſubſtantialis declaratur perfectus in
„perfecto agnoſcitur, ſic & Spiritus ſanctus,
„conſubſtantialis enim eſt Trinitas: dabitis er-
„go conſubſtantiali carni perfectionem præter
„Filii perfectionem; & ſecundum vos quater-
„nitas pro Trinitate prædicabitur. Sed dici-
„tis: caro facta eſt Verbo conſubſtantialis. Ve-
„rum ſi ea, quæ natura Divinitas non eſt, per
„mutationem Divinitas efficiatur, cur Arianos
„arguitis, qui hanc de Verbo ſententiam affe-
„runt, licet Scriptura dicat: Verbum caro fa-
„ctum eſt. Non dictum eſt: caro Verbum fa-
„cta eſt, ſed Verbum caro factum eſt, quia
„Verbi facta eſt caro, & non hominis cujus-
„dam, id eſt, Deus homo factus eſt. Si igi-
„tur ex confeſſione conſubſtantialis carnis no-
„men de medio tollitis, aut non amplius mor-
„tem ejus annuntiatis, aut licet mortem con-
„ſub-

„ſubſtantialis Patri & Spiritui ſancto annuntie„tis, ſi non confiteamini eum carne paſſum „eſſe, ipſam Patris & Spiritus S. Deitatem ca„pacem mortis eſſe dicetis, mors quippe car„nis conſubſtantialis Verbi mors fuit.

6. „Rurſus errant, qui dicunt, alium eſſe, „qui paſſus eſt Filium, & alium, qui paſſus non „eſt, non enim alius eſt, quam ipſum Verbum, „quod paſſionem & mortem ſuſceperit, ſed il„lud ipſum incorporeum & impaſſibile Ver„bum, cum generationem carnis ſubire digna„tum eſſet, omnia implevit, ut haberet, quod „pro nobis offerret. Et dicitur melius Ange„lis factum, non quod Verbum factor Angelo„rum melius factum ſit, quaſi aliquando mi„nus illis fuerit, ſed forma ſervi, quam ipſum „Verbum propriam ſibi naturali generatione „reddidit melior ex Protoplaſti generatione ex„orta eſt, & nos illi affines reddidit, familia„res Deo affectos. Quodſi Verbo conſubſtan„tialis eſt caro & coæterna, jam dicetis om„nes creaturas omnium Creatori Deo coæter„nas eſſe, quod nemo dicere poteſt, nam con„ſubſtantiale unionem cum conſubſtantiali non „admittit, niſi ſecundum naturam.

Loco animæ mens cœleſtis in Chriſto non fuit.

7. „Nefarie dicitis vice interioris noſtri ho„minis mentem cœleſtem in Chriſto fuiſſe; „nam homo dicitur Chriſtus, Deus quoque di„citur Chriſtus, ac Deus & homo eſt Chriſtus, „& unus eſt Chriſtus. Vanum itaque eſt ve„ſtrum ſophiſma, quo aliud in Chriſto præter „ipſum Chriſtum conſpicere nitimini. Si enim „alter

„alter eſt Chriſtus a cœleſti mente in eo ſita, „perfectaque eſt mens illa, ergo duo erunt, & „ſic reciditis in illam ſententiam, quam inſe- „ctare videmini: deinde falſum eſt, corpus & „animam eſſe exteriorem hominem, ſed cor- „pus exterior, anima interior homo eſt, in „duas enim tantum partes dividitur homo, „damnaturque ad duo ſecedere loca: Quodſi „mihi alium damnationis locum præter hos „duos indicare valetis, merito dixeritis, in „tres partes dividi hominem, ſi vero nullum „alium locum oſtendere poteſtis præter ſepul- „crum & infernum, ex quibus a Chriſto „homo perfecte liberatus eſt, ad quid tertia „pars in Chriſto ſeu mens cœleſtis confingitur. „Dicitis: Salvator humanam mentem execra- „tus eſt, & ſi perfectus homo factus eſſet, etiam „peccati particeps foret. Sed impietatis pleni „ſunt, qui ita cogitant: quam enim peccato „definitionem tribuitis? ſi cum Manichæo ſen- „titis peccatum ex natura eſſe, creatoris na- „turæ criminatores eſtis, qui cum ab initio „Adam efformavit, non innatum ipſi peccatum „fecit ſed voluntate libera donavit, *invidia au- „tem diaboli mors intravit in mundum Sap. 2. „v. 24.* cum is transgreſſionis auctor fuerit. „Fruſtra igitur vos fingitis, Salvatorem, qua „circumdabatur forma, id eſt, organica uſum „fuiſſe, vice autem interioris noſtri hominis „cœleſtem mentem in Chriſto fuiſſe. Quo „pacto enim dolebat, anxius erat, precaba- „tur: quæ neque carnis mente carentis, ne- „que immutabilis Deitatis fuerint, ſed animæ „intelligentia præditæ, dolentis, & quæ cum

„intel-

„intelligentia paſſionem ſenſerit. Deinde non„ne Chriſtus ipſe ait: *Pono animam meam pro* „*ovibus meis. Joan.* 10. *v.* 15. Et quomodo pro „toto homine redemptionis pretium dediſſet, „& mortis imperium abrogaſſet, ſi illud quod „per intelligentiam peccaret, animam nempe, „Chriſtus in ſe impeccabilem non conſtituiſſet.

Verbum non advenit ſicut in Prophetas.

8. „Denique vani ſunt, qui dicunt Ver„bum adveniſſe, ut in unum ex Prophetis: „Quis enim Prophetarum Deus cum eſſet, ho„mo factus eſt? cur autem lex nihil ad perfe„ctum adduxit: cur mors regnavit etiam in „illos, qui non peccaverunt ad ſimilitudinem „protoplaſtorum? Quare Dominus dixit: *Si er*„*go vos Filius liberavit, vere liberi eritis? Joan.* 8. „*v.* 36. nonne ſecundum eam novitatem & per„fectionem renovamur quæ eſt in Chriſto Jeſu „Domino noſtro. Amen.

LIBER SECUNDUS.

DE SALUTARI ADVENTU JESU CHRISTI ET ADVERSUS APOLLINARIUM.

1. „Qui D. N. Jeſum Chriſtum non ex Deo „& homine unum confitentur, dicant, „quomodo illud *Verbum caro factum eſt*, intelli„gant, qui enim hoc dixit, idem ait, ipſum „pro nobis animam poſuiſſe ſuam. Sicut enim „forma Dei plenitudo Divinitatis Verbi intelli„gitur, ſic forma ſervi humanæ ſubſtantiæ in„telligens natura cum organica compoſitione „cognoſcitur, ut illa quidem dictione, *erat*, „Ver-

„Verbum intelligeretur, illa autem, *factum* „*eſt*, caro cum anima cognoſceretur, quæ „forma ſervi dicitur, ac intellectualis quædam „ſubſtantia eſſe intelligitur, uude anima a cor„pore recedente totus homo ſolvitur. Nequa„quam igitur hæc vox Chriſtus carne ſecluſa „profertur, quandoquidem nomen illud paſſio „& mors conſequuntur. Quomodo ergo Ver„bum Deus cum eſſet, factum eſt Chriſtus „priusquam homo fieret, nam ſi hoc nomen „Chriſtus Divinitati a carne ſeparatæ proprium „ſit, ergo Patri Spirituique ſancto adtribuen„dum & paſſio quoque communis erit, ut qui„dam errantes arbitrantur. Proinde unctio „Chriſti facta eſt, non quod Deus unctione in„digeret, nec quod absque Deo unctio fieret, „ſed Deo unctionem applicante ipſamque in „corpore unctionis capace recipiente.

Malæ cogitationes non ſunt ex natura hominis.

2. „Sed dicitis: Chriſtum non aſſumta ſer„vi forma hominem ſecundum omnia factum „fuiſſe, ſed quaſi hominem apparuiſſe: nam „*primo* ſi Chriſtus omnia hominis accepit, ſa„ne & humanas cogitationes habuit: impoſſibi„le autem eſt humanis cogitationibus non in„eſſe peccatum, quomodo igitur Chriſtus abs„que peccato erit. Verum humanis cogitatio„nibus ex natura earum peccatum non ineſt, „nam Deus non creavit vitioſas cogitationes, „ſed diabolus fraude illas in rationali homi„num natura in prævaricatione conſtituta & „a Deo expulſa quaſi alienum ſemen induxit, „ita ut diabolus legem peccati in natura ho„minis conſtituerit, unaque mortem, quæ per

„opus

„opus peccati in illa dominatum exerceat. „Quocirca venit Filius Dei[1], ut ſolvat opera „diaboli. Sed inſtatis: jam ſolvit, cum non „peccaverit. At nequaquam eſt illud, pecca„tum ſolvere, neque enim in Filio Dei, ſed „in rationali natura hominis per inductum ſe„men diabolus peccatum eſt operatus; & quia „impoſſibile fuit naturæ rationali, quæ ſua „ſponte peccaverat, ac mortis damnationi ſub„jecta erat, ſeſe in libertatem revocare, ideo „venit ipſe Dei Filius, ut eam in natura ſua „per novam originem & mirabilem generatio„nem reſtauraret.

Chriſtus ut homo. Deus mundum ſalvavit.

3. „*Secundo*: Dicitis: ſi homo eſt Chriſtus, „pars erit mundi; pars autem mundi mundum „ſalvum facere nequit. Sed quomodo fieri „poteſt, ut Verbum homo factum mundum „non redimat, cum manifeſtum ſit, in qua „natura commiſſum eſt peccatum, in ea quo„que extitiſſe gratiæ exuberantiam. Quænam „autem gratiæ exuberantia? quod Verbum fa„ctum ſit homo, manens tamen Deus, ut & „homo factum Deus crederetur; quemadmo„dum & Chriſtus homo cum ſit, Deus tamen „eſt, quia cum Deus eſſet, factus eſt homo, „& in hominis forma credentibus ſalutem „impertit.

Chriſtus homo ſine peccato.

4. „*Tertio* objicitis: Qua ratione poteſt na„tura, quæ in conſuetudine peccati edita eſt, „& quæ peccati ſucceſſionem excepit, abſque „peccato eſſe: quod impoſſibile cum ſit, erit „igitur Chriſtus ut unus ex hominibus. Ve-

„rum

„rum hæc & Marcion, & Manichæus ſenſit, „qui carnem hominis, ejusque generationem „ſub malitiæ principe conſtituit. Horum ſen„tentiam vos renovatis, dum diverſa ratione „ſpiritualem hominis naturam, quæ anima eſſe „intelligitur, una illi ſubjicitis, quam non poſſe „peccatum vitare ſtatutis, quantumcumque „tandem animam carnalem eſſe ſcribatis. At„qui ſi carnalis eſt anima, cur non una cum „corpore moritur, & cur Petrus animas in in„ferno detentas Spiritus vocat. 1. *Petri* 3. *v.* 19.

Chriſtus in forma ſervi diabolum vicit.

5. „*Quarto* inſtatis: Si natura quæ pecca„vit, in Deo exiſtens peccatum non fecerit, vi „detinetur, & in ſtatu violento eſt, maxime „cum *cogitatio hominis in malum prona ſit ab* „*adoleſcentia ſua Gen.* 8. *v.* 21. Verum illud „*ab adoleſcentia*, quod ab inimico inſitum eſt, „indicat. Deinde ſi non peccare ex neceſſita„te fit, peccare ſecundum naturam erit, & ſi „ita oportet naturæ creatorem peccati eſſe opi„ficem, quod ſi blasphemum eſt, & neceſſe „eſt, ex accidenti peccatum eſſe, liquidum „eſt, non peccare ſecundum naturam eſſe, at„que ideo forma ſervi, quæ in Deitate appa„ruit, non vi adacta ſed ſuapte natura & vir„tute ſe peccati expertem exhibuit, poſtquam „neceſſitatis conditionem & peccati legem diſ„ſolvit. Nam cum formam ſervi inimico Ver„bum objecerit, per eum, qui olim victus fue„rat, victoriam conſecutus eſt. Quocirca per „omne tentationis genus pertranſivit Jeſus. „Neque enim contra Deitatem, quam in illo „non norat, bellum ſuſcepit diabolus, nequa-

„quam enim id auſus eſſet, ſed contra hominem, quem olim in errorem deducere valuit. „Cum autem Adæ & aliorum juſtorum animæ „in mortis condemnatione detinerentur & clamarent ad Dominum, venit Verbum, quod „Deus erat, ut homo fieret, quo homo quidem reviviſceret, iniquus autem hoſtis pro„fligaretur, quod ex prima efformatione for„mam hominis in ſeipſo reſtituit, carnem ve„ro ſuam absque carnalibus cupiditatibus, & „absque humanis cogitationibus (*vitioſis*) in „imagine novitatis exhibuit. Voluntas enim „ſolius Divinitatis (*ſcilicet quantum ad directio„nem. vid. Comp. Theol. tom.* I. §. 314. *Sch.*) ſi„quidem natura tota Verbi aderat ſub ſpecimi„ne humanæ formæ, non in diviſione perſona„rum, ſed in exiſtentia humanitatis & Divi„nitatis.

Chriſtus hominem captivum liberavit.

6. „*Quinto* dicitis: Impoſſibile eſt, homi„nem a captivitate liberum eſſe, qui ſemel in „captivitatem actus ſit. Verum ſic impoten„tiam Deo, potentiam vero diabolo adtribui„tis, dum dicitis peccatum ab eo inductum, „numquam in hominum natura deſtrui poſſe. „Et quodnam foret in homines Chriſti benefi„cium, niſi in ejus naturæ novitate apparuiſ„ſet. Sed dicitis, ſimilitudine & imitatione „ſalutem conſequi eos qui credunt, non reno„vatione. Sed fides eſt, quæ infirmum in vir„tute, paſſibile in impaſſibilitate, corruptibile „in incorruptione, mortale in immortalitate „eſſe credit.

7. „*Sex-*

7. „*Sexto* dicitis: Deum eſſe, qui in car „ne paſſus eſt, & reſurrexit. Verum hoc mo- „do paſſibilem eſſe dicitis Patrem & Paracle- „tum, cum una ſit natura Divina. Et Moy- „ſes de Deo ſcribit: *Deus noſter ignis conſu-* „*mens Deut.* 4. *v.* 24. de carnali autem ejus ad- „ventu, Prophetam ait ex fratribus excitan- „dum *Deut.* 18. *v.* 18, & vitam in ligno ſuſpen- „ſam *Deut.* 28. *v.* 66. quaſi corpus Domini ad „vitam nobis datum ſit. Et Apoſtolus dicit: „*Homo Chriſtus Jeſus, qui dedit ſemetipſum pro* „*nobis.* 1. *Tim.* 2. *v.* 5. Sane ſacræ Scripturæ „in carne Dei, & carnis Dei hominis facti ſan- „guinem & paſſionem eſſe prædicant, necnon „reſurrectionem corporis Dei, nempe reſurre- „ctionem ex mortuis factam. Vos autem con- „tra Deitatis œconomiam loquimini; quæ in „cruce ipſa liquido apparet, cum in effuſione „quidem ſanguinis carnem adeſſe confirmetur, „cumque vox edita & anima indicata non dei- „tatis ſeparationem manifeſtet, ſed corporis „mortem ſignificet, cum Deitas neque corpus „in ſepulcro deſereret, neque ab anima in in- „feris ſepararetur. Idcirco in anima quidem „Chriſti mortis imperium deſtructum, reſur- „rectio facta ex inferno, & animabus prædi- „catum eſt: in corpore autem Chriſti corruptio „abolita eſt, & incorruptio ex ipſo ſepulcro „emicuit: Et Dominus cœleſtis homo erat, „non quod carnem ex cœlo ſumptam exhi- „buerit, ſed quod eam, quam ex terra ſum- „pſit cœleſtem conſtituerit.

Deus in carne an paſſus.

Verbum in morte animam nec corpus deſeruit.

Verbum non eſt paſſum ſed Verbi caro.

8. „*Septimo* objicitis, quomodo Dominum „gloriæ crucifixerunt, quin tamen Verbum „crucifixerint? Reſpondeo: Verbum ignomi„nia affecerunt, dum Verbi corpus cruci affi„xerunt. Nam Deus quidem eſt, qui ignomi„nia affectus eſt, paſſio autem & mors, ac re„ſurrectio tum carnis tum animæ Dei fuit. „Unde Joannes ait: *Ille animam ſuam pro nobis* „*poſuit.* 1. *Joan.* 3. *v.* 16. Et in Evangeliis „ſcriptum eſt; *Expiravit*, & *inclinato capite* „*tradidit Spiritum. Joan.* 19. ut ſciamus, qua„lem Spiritum exceſſiſſe a corpore, ſicque mor„tem obveniſſe: nam ſi Verbum exceſſit a cor„pore & ita mors obvenit indiſſolubilis com„mixtio ſoluta eſt, & mors noſtra ibi locum „habuit, ſi ex Dei ſeparatione corporis extin„ctio obtigerit, quomodo enim corpus ab in„corruptibili Deo ſeparatum in incorruptibili„tate remanere potuit. Deinde ſi hæc ipſa „Verbum ſuſtinuit, ubinam quæſo Verbi im„mutabilitas? & ſi Verbum ſuſcitante ſe a „morte opus habuit, non Verbi victoria erit, „ſed ejus, qui ipſum ſuſcitavit.

Chriſtus Deus & homo.

9. „*Octavo.* Ita loquuntur: Ecquisnam il„le, qui natus eſt ex Maria? Deusne an ho„mo? ut ſiquidem dixeris: homo, ejus Divi„nitati fidem non habeat, quod ſi dixeris: „Deus: ejus carnis generationem neget. Hinc „rurſum: Quis eſt, qui paſſus eſt, & crucifi„xus? Deusne an homo? ut ſiquidem dicas: „Deus: blasphemum quid proferat ex ſenten„tia Arianorum. Sin autem dicas: homo: ex „Judaica ſententia loquatur. Verum ſanctæ

„Scri-

„Scripturæ Verbum ineffabiliter ex Patre Deum „eſſe, & ipſum ex Virgine hominem genitum „eſſe prædicant, ut neque Deus non crederetur, neque carnis generatio negaretur. Ubi „autem eſt carnis nomen, nomen ibi totius „adeſt compoſiti compago excepto peccato. „Et ad nomen quidem hominis paſſionem ap„plicant, de Divinitate autem Verbi immuta„bilitatem & ineffabilitatem confitentur. Ideo„que de Verbo quidem ut de Deo loquuntur, „ejusdem vero ut hominis generationem enar„rant, ut idem ipſe naturaliter & vere utrum„que ſit, Deus quidem quoad æternitatem Dei„tatis & rerum creationem, homo autem quo„ad generationem ex muliere: Deus item eſt „Verbum, ſi ſpectetur quidem immortalitas, „incorruptibilitas, & immutabilitas; & homo, „ſi conſideretur in cruce ſuſpenſio & ſanguinis „effluxus, ac corporis ſepultura, necnon deſcen„ſus ad inferos, atque reſurrectio a mortuis. „Sic Chriſtus ex mortuis excitatus eſt, & Deus „cum ſit, mortuos excitat.

Nota. Eodem fere tempore, quo S. Athanaſius priores duos libros contra Apollinarium ſcripſit, ſcilicet circa annum 372 ſcripſit etiam duas epiſtolas, unam ad Joannem & Antiochum Presbyteros, alteram ad Palladium Presbyterum ex ſequenti occaſione. S. Baſilius ut conditioni temporum ſe accommodaret, etſi Spiritui ſancto omnia quæ Deo conveniunt adſcriberet, a Dei tamen nomine abſtinebat, ne auditoribus inſuetis hujus appellationis offenſioni foret. Id cum ægre ferrent nonnulli monachi S. Doctorem eo nomine ubique traducebant, horum audaciam in prima epiſtola graviſſime retundit S. Athanaſius.

S. Athanaſii Epiſtola ad Joannem & Antiochum. Et Epiſtola ad Palladium.

ſius. In altera vero epiſtola monet Palladium, ut monachis de hac re cum S. Baſilio diſceptantibus, pacis reconciliandæ auctor eſſet. teſtaturque ſe approbare piam illam S. Baſilii ſimulationem, qui pro infirmorum infirmitate ipſe infirmus videri voluit: memorat etiam epiſtolam ad ipſos monachos hac de cauſa a ſe conſcriptam, quæ tamen hodie non amplius habetur.

SANCTI ATHANASII EPISTOLA AD AMUNEM MONACHUM.

llutio- invo- taria n ſunt catum.

„Inutile nihil aut impurum Dei Verbum con-
„didit, cum autem callida ſint diaboli te-
„la, ut fratres a conſuetis exercitiis deterreat,
„dum impuras inſerit obſcænasque cogitatio-
„nes, age paucis maligni fraudes depellamus.
„Miror autem diaboli vafritiem, qui cogitatio-
„nes ſuggerit, ſpecie quidem puritate plenas,
„& hujusmodi inſuſurrat, quæ vanas quæſtio-
„nes & nugas a nobis ſane repudiandas affe-
„runt. Quid enim peccati aut impuri naturali
„ineſt excremento, muco. ſputo & aliis, quæ
„animali ad vitam neceſſaria ſunt? Ad hæc
„hominem eſſe manuum Dei opus credimus,
„quomodo ex pura potentia opus contamina-
„tum prodire valuit? Tunc enim ſolum in-
„quinamur, cum peccatum operamur: at cum
„præter voluntatem naturale quodpiam excre-
„mentum emittitur, tunc naturæ neceſſitate
„hæc toleramus. Sed dicunt aliqui, in Evan-
„gelio legi non quæ ingrediuntur, ſed quæ egre-
„diuntur coinquinant hominem *Matth.* 15.
„*v.* 20.

„*v.* 20. Verum divinum oraculum ſic habet, „cum quidam enim de cibis ambigerent, ut „eorum levaret ignorantiam præfata Verba di„xit, & addit, undenam egrediantur, ex cor„de, quod probe noſſet, illic profanarum co„gitationum & ſcelerum malos ineſſe theſau„ros. Opportune ergo aliquis dixerit, naturale „excrementum nulli nos ſupplicio addicit, quin „& ipſi medici nobiscum defendent, animali „datos eſſe quosdam neceſſarios meatus ad hu„mores ex variis membris egerendos, qualia „ſunt capitis excrementa, pili, aquoſitates, „quæ ex capite emittuntur: ventris item ſe„ceſſus, illaque ſpermaticorum meatuum ſu„perfluitas. Ecquodnam hac in re peccatum „in Deum, cum ipſe Dominus, qui animal „condidit, id effecerit, ut hæc membra eſſent „ejusmodi meatibus inſtructa. Sed fortaſſe „improbi dixerint: Ergo nec verus eorum uſus „eſt peccatum, ſiquidem organa a conditore „facta ſunt. Verum quem dicis uſum, legiti„mumne, quem Deus his permiſit verbis: *Creſ„cite, & multiplicamini. Gen.* 1. *v.* 28. & proba„vit Apoſtolus cum dixit: *honorabile connubium. „Hebr.* 8. *v.* 4. an publicum illum, qui clancu„lum & libidinoſe exercetur. Idipſum enim „quodam modo, & quodam tempore non licet, „quadam autem ratione & opportunitate per„mittitur: & eadem eſt de coitu ratio: beatus „quippe qui in juventute libero junctus matri„monio natura ad liberorum procreationem „uſus eſt: quodſi vero ad libidinem, fornica„tores & mœchos, quod apud Apoſtolum me„moratur, ſupplicium excipiet.

SANCTI ATHANASII EPISTOLA FESTALIS TRIGESIMA NONA.

talo-
us libro-
um S.
criptu-
æ.

In hac epiſtola ab initio mutila „adhortanti„bus germanis fratribus prout didici, ait, „viſum eſt mihi ab initio & ordine libros re„cenſere, quos divinos eſſe canonice ſcrip„tum, traditum & creditum eſt, ut quisque, „ſi ſeductus quidem fuerit, eos coarguat, „qui ſe ſeduxerint, ſin purus permanſerit, læ„tus hæc monita accipiat. Sunt itaque vete„ris Teſtamenti libri omnes numero viginti „duo: tot enim, ut audivi, elementa apud „Hebræos eſſe traditum eſt: ſinguli autem „hoc ordine, hoc nomine ſunt. Primum Ge„neſis, deinde Exodus, hinc Leviticus, poſt„ea Numeri, exinde Deuteronomium. Hos „excipiunt Jeſus filius Nave, Judices & poſtea „Ruth. Hinc rurſum Regnorum libri quatuor, „ex quibus primus & ſecundus pro uno nume„rantur libro, tertius & quartus pro uno ſimi„liter. Poſt hæc Paralipomenon primus & „ſecundus pro uno pariter libro cenſentur. „Hinc Esdræ primus & ſecundus pro uno „ſimiliter: poſtea Liber Pſalmorum, deinceps „Proverbia, tum Eccleſiaſtes & Canticum „Canticorum: Ad hæc Job, ac deinceps Pro„phetæ, ex quibus duodecim pro uno libro „numerantur. Hinc Heſaias, Hieremias & „cum ipſo Baruch, Lamentationes, Epiſtola: „poſtea Hezechiel & Daniel. Hactenus vete„ris Teſtamenti libri. Novi autem Teſtamenti „libri

„libri ſunt hi. Evangelia quatuor ſecundum „Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum „Lucam, ſecundum Joannem. Poſtea Acta „Apoſtolorum, & Epiſtolæ Catholicæ, quæ „Apoſtolorum vocantur, numero ſeptem: „nempe Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, „Judæ una. Ad hæc Pauli Apoſtoli quatuor„decim ſunt Epiſtolæ ſic ordine deſcriptæ: „prima ad Romanos, duæ ad Corinthios, de„hinc ad Galatas, poſtea ad Epheſios, deinde „ad Philippenſes, tum ad Coloſſenſes, poſt „ad Theſſalonicenſes duæ, & ea, quæ ad He„bræos dirigitur, deinde ad Timotheum duæ, „ad Titum una, ultimo ad Philemonem una: „ad hæc Joannis Apocalypſis. Hi ſunt ſalutis „fontes, in his ſolis pietatis doctrina docetur: „nemo iis addat, aut aliquid ab illis detrahat. „Sed majoris accurationis cauſa illud quoque „ſcripto addere neceſſe duxi, eſſe nimirum „alios libros præter iſtos, non in canonem „quidem redactos, ſed quos a Patribus decre„tum eſt, legendos ab iis eſſe, qui nuper edi„ſcendi pietatis gratia verbi acceſſerint: Sa„pientia Salomonis, & Sapientia Sirach, „Eſther, Judith, Tobias, doctrina (*ſeu conſti„tutiones*) Apoſtolorum, & Paſtor. Attamen „cum illi in canonem redacti ſint, hi legantur, „nusquam apocryphorum mentio habetur, ſed „ii ſunt hæreticorum commentum, qui arbi„tratu ſuo libros conſcribunt, quibus aſſignant „tempora, ut ea, quam ipſis adſcribunt anti„quitatis ſpecie occaſionem captent, ſimpli„ciores fallendi.

Epiſtola ad Rufinianum.

Nota I. Sequitur modo in Editione nova operum S. Athanaſii epiſtola ejusdem ad Rufinianum, cui quærenti. qua conditione admittendi ſint hæretici, cum ad rectam fidem regrediuntur, S. Athanaſius reſpondet, quod revertentibus, ſi hæreſi ſua ſponte patrocinati ſint, condonandum quidem ſit, ſed illos in clerum minime eſſe admittendos: ſi vero vi coacti cum hæreticis conſenſerint, & venia illis danda, & in Clero locus concedendus erit.

Epiſtolæ ad Luciferum.

Nota II. Græcis S. Athanaſii operibus ſubjunguntur hic duæ epiſtolæ ad Luciferum Epiſcopum & confeſſorem a S. Athanaſio miſſæ, in quarum prima laudat Luciferum ob firmitatem animi, illumque Confeſſoris titulo exornat, & rogat, ut libros quos pro defenſione ſua ſcilicet ſancti Athanaſii ad Conſtantium Imperatorem ſcripſit, ſibi ſubmittat, quos cum ab eo accepiſſet, in altera epiſtola ad eum data recenſet mala in perſecutione Arianorum Clericis Monachis aliisque orthodoxis illata, & Luciferum denuo a fidei conſtantia & dicendi libertate commendat.

Epiſtola ad monachos.

Nota III. Extat etiam in citata Editione hic brevis epiſtola ad monachos data, in qua eos S. Athanaſius hortatur, ut non modo Arianos averſentur, ſed etiam ab iis abſtineant, qui cum Arianis communicarent, niſi reſipiſcant. Hanc epiſtolam excipit aliquod fragmentum ex aliqua epiſtola Feſtali, in qua notatur, Arianos Eccleſias Dei convertiſſe in domos negotiationis & domos veli, id eſt, juridicialia tribunalia.

Fragmentum Epiſt. Feſtalis.

S. ATHA-

„ſpoſuimus ad Patrem, & Filium, & Spiritum „ſanctum, ad ſacrum lavacrum regenerationis „venientes confeſſi ſic: Credo in Deum Pa„trem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum „Filium ejus unigenitum, & Spiritum ſan„ctum. Et licet Dominus dixerit: *Credite in „Deum, & in me credite:* & non dixit: Credite „in Spiritum ſanctum, tamen Apoſtoli docue„runt Eccleſias orbis, credere in Patrem & „Filium, & Spiritum ſanctum: neque enim in „Deum credunt, qui non credunt in Spiritum „ſanctum, adeo ut Paulus inventis quibusdam „diſcipulis & interrogatis, ſi Spiritum ſanctum „accepiſſent credentes, illisque reſpondenti„bus, nec ſi eſſet Spiritus S. audiſſe, dixit: „*in quo ergo baptizati eſtis?* probans, qui non „ſunt baptizati in nomine Spiritus S. nec in „Patris & Filii nomine eſſe baptizatos. Ita „plane & creatorem Spiritum S. agnoſcimus, „alioquin ſi creator non eſſet, & ſine ipſo ab „initio creati ſumus, quomodo in regenera„tione ſine eo non regeneramur? Dicetis for„te: ut ſanctificet accedentes ad lavacrum re„generationis, eſt enim Spiritus S. ſanctifi„cans, non tamen creator, omnia enim ex „Deo per Filium creata ſunt 1. *Cor.* 8. *v.* 6. „Quibus dicimus: ſancta per Filium creata eſt „creatura, ſed nec ſine Filio Spiritus ſanctifi„cat, nec Filius ſine Spiritu vel Patre 1. *Theſ„ſal.* 5. *v.* 23. & 1. *Cor.* 6. *v.* 11. Si igitur ſan„cta creatio creata eſt, ſine Spiritu autem „ſancto non eſt ſanctificata, & Spiritum ſanctum „eſſe creatorem neceſſe eſt omnes confiteri. „Deinde ſi ab initio ſine Spiritu S. creati ſumus,

„quo-

„minant. & tamen dabitis Filium Deo connu-
„merari. Sed licet ſingulariter Sancti loquan-
„tur unius nominis mentione, id eſt, Patris,
„vel Filii, vel Spiritus S. in uno tamen no-
„mine Trinitatem in ſe pronuntiare ſciunt,
„alioquin ſi audieritis in S. Scriptura nomen
„Dei & Spiritus ubi ponetis Filium? Sane
„S. Paulus Spiritum ſanctum expreſſe nominat
„2. *Cor.* 13. *v.* 13. & 1. *Cor.* 6. *v.* 11. & ſæpius
„alibi in S. Scriptura Spiritus S. cum Patre &
„Filio connumeratur. Quodſi Salvatoris iſtud,
„ut ajunt, movit illos dicentis: *Hæc eſt autem*
„*vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum,*
„*&, quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Joan.* 17. *v.* 3.
„& non perhibentis, ut non cognoſcant &
„Spiritum ſanctum: ſatisfiet illis, cum au-
„diant ipſum & de Spiritu dicentem: *Ego ro-*
„*gabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*
„ . . . *vos autem cognoſcetis eum &c. Joan.* 14.
„*v.* 15. Advertant igitur & Apoſtolos cogno-
„ſcentes, & Spiritum & Filium & Patrem,
„mundum vero miſerabilem, quem non co-
„gnoſcit. Significanter vero Dominus & alium
„Paraclitum eſſe dixit Spiritum S. quoniam
„& ipſe Paraclitus eſt. 1. *Joan.* 2. *v.* 1. ut do-
„ceremur Spiritus cum Filio æqualitatem.

Spiritus verus Deus. 3. „Præterea Spiritus S. Divinitatem do-
„cet Dominus, dum fidei Sacramentum Apo-
„ſtolis tradens dicit: *Euntes nunc docete omnes*
„*gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Fi-*
„*lii, & Spiritus ſancti. Matth.* 28. Nec non &
„illa magna & beata confeſſio fidei, imo ipſa
„fides Sanctorum, & teſtamentum, quod di-
„ſpo-

oſuimus ad Patrem, & Filium, & Spiritum
uctum, ad ſacrum lavacrum regenerationis
nientes confeſſi ſic: Credo in Deum Pa-
em omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum
lium ejus unigenitum, & Spiritum ſan-
um. Et licet Dominus dixerit: *Credite in
eum, & in me credite:* & non dixit: Credite
Spiritum ſanctum, tamen Apoſtoli docue-
nt Eccleſias orbis, credere in Patrem &
lium, & Spiritum ſanctum: neque enim in
eum credunt, qui non credunt in Spiritum
nctum, adeo ut Paulus inventis quibusdam
ſcipulis & interrogatis, ſi Spiritum ſanctum
cepiſſent credentes, illisque reſpondenti-
is, nec ſi eſſet Spiritus S. audiſſe, dixit:
quo ergo baptizati eſtis? probans, qui non
nt baptizati in nomine Spiritus S. nec in
itris & Filii nomine eſſe baptizatos. Ita
ane & creatorem Spiritum S. agnoſcimus,
oquin ſi creator non eſſet, & ſine ipſo ab
itio creati ſumus, quomodo in regenera-
ne ſine eo non regeneramur? Dicetis for-
: ut ſanctificet accedentes ad lavacrum re-
nerationis, eſt enim Spiritus S. ſanctifi-
ns, non tamen creator, omnia enim ex
o per Filium creata ſunt 1. *Cor.* 8. *v.* 6.
ibus dicimus: ſancta per Filium creata eſt
eatura, ſed nec ſine Filio Spiritus ſanctifi-
t, nec Filius ſine Spiritu vel Patre 1. *Theſ-*
. 5. *v.* 23. & 1. *Cor.* 6. *v.* 11. Si igitur ſan-
a creatio creata eſt, ſine Spiritu autem
ncto non eſt ſanctificata, & Spiritum ſanctum
e creatorem neceſſe eſt omnes confiteri.
inde ſi ab initio ſine Spiritu S. creati ſumus,

„quo-

„minant, & tamen dabitis Filium Deo connu-„merari. Sed licet ſingulariter Sancti loquan-„tur unius nominis mentione, id eſt, Patris, „vel Filii, vel Spiritus S. in uno tamen no-„mine Trinitatem in ſe pronuntiare ſciunt, „alioquin ſi audieritis in S. Scriptura nomen „Dei & Spiritus ubi ponetis Filium? Sane „S. Paulus Spiritum ſanctum expreſſe nominat „2. *Cor.* 13. *v.* 13. & 1. *Cor.* 6. *v.* 11. & ſæpius „alibi in S. Scriptura Spiritus S. cum Patre & „Filio connumeratur. Quodſi Salvatoris iſtud, „ut ajunt, movit illos dicentis: *Hæc eſt autem* „*vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum,* „*&, quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Joan.* 17. *v.* 3. „& non perhibentis, ut non cognoſcant & „Spiritum ſanctum: ſatisfiet illis, cum au-„diant ipſum & de Spiritu dicentem: *Ego ro-* „*gabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis* „ . . . *vos autem cognoſcetis eum &c. Joan.* 14. „*v.* 15. Advertant igitur & Apoſtolos cogno-„ſcentes, & Spiritum & Filium & Patrem, „mundum vero miſerabilem, quem non co-„gnoſcit. Significanter vero Dominus & alium „Paraclitum eſſe dixit Spiritum S. quoniam „& ipſe Paraclitus eſt. 1. *Joan.* 2. *v.* 1. ut do-„ceremur Spiritus cum Filio æqualitatem.

Spiritus S. verus Deus.

3. „Præterea Spiritus S. Divinitatem do-„cet Dominus, dum fidei Sacramentum Apo-„ſtolis tradens dicit: *Euntes nunc docete omnes* „*gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Fi-* „*lii, & Spiritus ſancti. Matth.* 28. Nec non & „illa magna & beata confeſſio fidei, imo ipſa „fides Sanctorum, & teſtamentum, quod di-

„ſpo-

„ſpoſuimus ad Patrem, & Filium, & Spiritum „ſanctum, ad ſacrum lavacrum regenerationis „venientes confeſſi ſic: Credo in Deum Patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum „Filium ejus unigenitum, & Spiritum ſan„ctum. Et licet Dominus dixerit: *Credite in* „*Deum, & in me credite:* & non dixit: Credite „in Spiritum ſanctum, tamen Apoſtoli docue„runt Eccleſias orbis, credere in Patrem & „Filium, & Spiritum ſanctum: neque enim in „Deum credunt, qui non credunt in Spiritum „ſanctum, adeo ut Paulus inventis quibusdam „diſcipulis & interrogatis, ſi Spiritum ſanctum „accepiſſent credentes, illisque reſpondenti„bus, nec ſi eſſet Spiritus S. audiſſe, dixit: „*in quo ergo baptizati eſtis?* probans, qui non „ſunt baptizati in nomine Spiritus S. nec in „Patris & Filii nomine eſſe baptizatos. Ita „plane & creatorem Spiritum S. agnoſcimus, „alioquin ſi creator non eſſet, & ſine ipſo ab „initio creati ſumus, quomodo in regenera„tione ſine eo non regeneramur? Dicetis for„te: ut ſanctificet accedentes ad lavacrum re„generationis, eſt enim Spiritus S. ſanctifi„cans, non tamen creator, omnia enim ex „Deo per Filium creata ſunt 1. *Cor.* 8. *v.* 6. „Quibus dicimus: ſancta per Filium creata eſt „creatura, ſed nec ſine Filio Spiritus ſanctifi„cat, nec Filius ſine Spiritu vel Patre 1. *Theſ*„*ſal.* 5. *v.* 23. & 1. *Cor.* 6. *v.* 11. Si igitur ſan„cta creatio creata eſt, ſine Spiritu autem „ſancto non eſt ſanctificata, & Spiritum ſanctum „eſſe creatorem neceſſe eſt omnes confiteri. „Deinde ſi ab initio ſine Spiritu S. creati ſumus, „quo-

„quomodo per eum reſurrectio mortuorum ef„ficitur juxta Apoſtolum *Rom.* 8. *v.* 11.

Probatur. 4. „Præterea quæ Pater & Filius feciſſe „dicuntur, in Scriptura, invenietur & Spiri„tus ſanctus feciſſe. Sic *Jer.* 2. *v.* 6. Deus, „& *Iſa.* 63. *v.* 13. Spiritus S. dicitur Iſrael de„duxiſſe in deſerto: Dicitur autem & lex Do„mini *lex Spiritus Rom.* 8. *v.* 2. Sic etiam ho„mines Dei *Spirituales* Spiritus S. nomine ap„pellantur. 1. *Cor.* 12. *v.* 1. Item ſenſum Jeſu „Chriſti Apoſtolus Spiritum S. eſſe profeſſus „eſt 1. *Cor.* 2. *v.* 10. Et Spiritus S. Paulum & „Barnabam a ſe dixit eſſe vocatos, quo genti„bus annuntiarent Chriſtum *Actor.* 13. Item „Prophetæ quandoque ex perſona Patris lo„quuntur *Pſ.* 88. *v.* 36. quandoque ex Perſona „Filii *Iſ.* 52. *v.* 5. Quandoque ex Perſona Spi„ritus ſancti 1. *Tim.* 4. *v.* 1. Quin etiam ali„quando Pater uti *Matth.* 3. *v.* 17. aliquando „Filius, qui antequam converſaretur inter ho„mines, ſingulis Sanctorum locutus eſt, & „poſt in cœlum aſcenſum: aliquando quoque „Spiritus S. ad diſcipulos: *Segregate mihi Bar„nabam & Saulum Act.* 13. *v.* 2. De generatio„ne quoque fidelium exponens Dominus, & „Nicodemum inſtruens dicit, quod eos, qui „in ſe credunt, a Spiritu S. regenerari opor„teat *Joan.* 3. *v.* 7. Paulus etiam ad Corin„thios de Spiritu S. ait: corpora veſtra tem„plum ſunt Spiritus S. 1. *Cor.* 6. *v.* 19. Et Pe„trus ad Ananiam dicit: *Quid quod tentavit „Satanas cor tuum, mentiri Spiritui ſancto? … „non es mentitus hominibus ſed Deo Act.* 5. *v.* 3.

„Item

„Item & Patri, & Filio & Spiritui ſancto, fide-„les vivere ſancta eloquia docent. *Rom.* 6. *v.* „10. Et 2. *Cor.* 5. *v.* 15. Et *Gal.* 5. *v.* 25. „Corpus item Domini ex Spiritu S. eſſe cre-„ditur *Matth.* 1. *v.* 18. & *Luc.* 1. *v.* 31. Et Sal-„vator de Spiritu ſancto dicit: *Mittam Para-„clitum ad vos. Joan.* 16. *v.* 7. Et Iſaias dona „Spiritus S. enumerat. *Iſa.* 11. *v.* 1. Et juxta „S. Paulum *Hebr.* 3. *v.* 7. *Spiritus ſanctus dicit: „hodie ſi vocem ejus audieritis &c.* Et S. Ste-„phanus Judæos increpat, quod reſiſtant Spi-„ritui ſancto. *Act.* 7.

5. „Quis igitur non mirabitur Spiritus S. „Divinitatem, cum talia ſint de eo dicta, „cum viderit eum arguere mundum de pecca-„to, cum viderit eum ſuſcitantem mortuos, „& vivificantem & facientem, quod Pater & „Filius facit: *Joan.* 5. *v.* 21. Et quisnam Pa-„raclitum creatorem non confitetur eſſe, qui „mittitur, & creat corpora a ſæculo diſſoluta, „& renovat faciem terræ *Pſ.* 102. *v.* 30. ſine „quo nihil Pater, nec Filius operatur in crea-„tionem, & in cujus virtute ſigna & prodigia „fiunt. *Eph.* 3. *v.* 14. qui nos ſanctificat. 1. *Co-„rinth.* 6. *v.* 11. ubi nimirum eſt Deus, ibi eſt „& Filius, & Spiritus eſſe oſtenditur, & in „Filio & in Spiritu ſancto Deus adoratur. Et „ne de noſtro loqui videamur, S. Paulus Spi-„ritum ſanctum dicit in illa gloria viſum eſſe „Eſaiæ *cap.* 6. *v.* 1. & locutum eſſe ei, cum „miſiſſet eum ad populum: ſcriptum enim eſt „ſic in Actibus Apoſtolorum: *bene Spiritus S. „locutus eſt ad Patres veſtros per Prophetam*

Probatur ulterius.

„*Eſaiam: . . aure audietis, & non intelligetis*
„*&c.* *Actor.* 28. *v.* 25. Ecce Joannes *cap.* 12.
„*v.* 39. Filium, Paulus vero Spiritum S. in
„viſione Eſaiæ adoratum a Seraphim dicunt,
„Eccleſiæ autem Chriſti Patrem: quia vero
„omnes veritatem dicunt, manifeſte probatum
„eſt, Patrem, & Filium, & Spiritum S. eſſe
„adoratum. Deinde numquid prævaricatores
„mandati Salvatoris effecti ſunt Apoſtoli, &
„contra traditionem ejus baptizaverunt tan-
„tam multitudinem? non enim ſcriptum eſt,
„quia baptizaverunt in nomine Patris, & Filii,
„& Spiritus S. ſed tantum in nomine Domini
„Jeſu Chriſti *Act.* 19. *v.* 5. Et *Act.* 2. *v.* 38.
„Sed non ſunt prævaricati, nam licet Filii no-
„men tantummodo dicatur, habet tamen Pa-
„trem & Spiritum ſecum pronuntiatum. Ita-
„que & Spiritus S. Dominus Sabaoth dicitur,
„& eſt cum Patre & Filio a Seraphim adora-
„tus, propter quod ter dicunt: Sanctus, ſan-
„ctus, ſanctus, ut Trinitatem pronuntiarent.
„Unde & Paulus Dominum vocari Spiritum
„non negat. 2. *Cor.* 3. *v.* 17. & *Rom.* 8. *v.* 2. ait:
„*Lex autem Spiritus vitæ liberavit me a lege pec-*
„*cati.* Quomodo ergo auſi eſtis Spiritum ſan-
„ctum ſervum dicere, qui creaturam liberavit.
„Item nonne Spiritum ſanctum, quo uncti ſu-
„mus unguentum ſuper credentes effuſum Pau-
„lus vocat 2. *Cor.* 1. 21. & arrham hæredita-
„tis. *Eph.* 1. *v.* 13. Et promiſſum a Chriſto Spi-
„ritum ſanctum ſuper fideles in die Penteco-
„ſtes deſcendiſſe narrat S. Lucas *Act.* 2. *v.* 1.
„Idem dicitur ſpiraculum vitæ *Gen.* 2. *v.* 7. vi-
„dentes autem Unigenitum inſufflantem in fa-
„ciem

Baptiſma in nomine Jeſu tantum an collatum.

„ciem Apoſtolorum, & dicentem, *accipite Spi-*
„*ritum ſanctum*, ſpirationem Filii in propria vi-
„ta & ſubſtantia manente Spiritum eſſe docea-
„mur, & neque genitum neque creatum eſſe a
„Filio ſapiamus. Propterea vero non eſt ge-
„nitus a Filio Spiritus, quia non eſt Verbum
„ejus, creatum vero dicere Spiritum abſit,
„Idem Spiritus S. *aqua viva* dicitur *Joan.* 7,
„*v.* 27. Et *virtus*, ac Sapientia Dei. *Act.* 1. *v.* 8.
„Audientes ergo quanta de Spiritu ſancto Scri-
„pturæ dixerint, qualia de Patre & Filio, ta-
„lia etiam de Spiritu S. ſapiamus: quoniam
„ſicut credimus in Deum Patrem, & in Filium
„ejus unigenitum, ita credimus & in Spiritum
„ſanctum, & ita ſentientes de Trinitate & imi-
„tantes adorationem Seraphim hæredes regni
„cœlorum effici poterimus.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI EPISTOLA AD MARCELLINUM IN INTERPRETATIONEM PSALMORUM.

§. I.

Monitum.

Nonnulli recentiores arbitrantur, hanc epiſtolam ad Marcellinum opus eſſe S. Athanaſii de titulis Pſalmorum a S. Hieronymo laudatum. Cum vero in hac epiſtola de titulis Pſalmorum ne verbum quidem occurrat, pa-

lam

lam eſt, alium a S. Hieronymo librum recenſeri. Hoc vero opuſculum Caſſiodorus in *inſtit. div.* ita memorat: „Legendus eſt etiam li„bellus Athanaſii Alex. civ. Epiſc. quem Mar„cellino poſt ægritudinem in locum refectionis „dulciſſimæ deſtinavit, qui inſcribitur: de li„bro Pſalmorum, ubi diverſa commonens, vir„tutem operis ipſius minutiſſima diſcuſſione „patefecit, diverſos hominum caſus cum ſuis „remediis ſuaviter introducens" Argumentum igitur epiſtolæ eſt, primo quod Pſalmos recitans non eorum, qui in aliis S. Scripturæ locis loqui perhibentur, verba proferat, ſed quaſi ſua, & ad ſe pertinentia. Hinc dividuntur Pſalmi in varia genera, orandi, confitendi & his ſimilia: denique indicatur, quo caſu & occaſione quisque Pſalmus cani debeat.

§. II.
ANALYSIS.

Pſalmorum liber omnia in Scriptura contenta pertractat.

1. „Omnis noſtra Scriptura tum vetus, tum „nova divinitus inſpirata, utilisque „ad doctrinam eſt. Attamen Pſalmorum liber „quædam obſervatu digna habet: quilibet „enim liber ſuum quod præfert argumentum „tractat & proſequitur: verbi gratia Pentateu„chus mundi originem, geſta Patriarcharum, „exitum Iſraelis ex Ægypto, & cum legis tra„ditione Tabernaculi & Sacerdotii conſtitutio„nem. Triteuchus ſortium diſtributionem, Ju„dicum acta, Davidis genealogiam. Libri Re„gum & Paralipomenon, geſta Regum. Es„dras captivitatis ſolutionem, reditum populi, „tem-

„templi & urbis exſtructionem; Prophetæ de „adventu Salvatoris, de præceptis ſervandis „monita, prævaricantium reprehenſiones. Pro„phetias de gentibus. At liber Pſalmorum „omnium reliquorum fructus in ſe continens „cantus edit.

2. „Nam quæ Geneſin ſpectant pſallit „Pſ. 18. & 23. Quæ vero ad Exodum Nume„ros & Deuteronomium pertinent, pulchre ca„nit in Pſalmo 77. 104. 105. 113. Ea ipſa pſal„lit in Pſalmo 104 atque integrum omnino Pſal„mum iſtum de iisdem rebus conſcriptum eſſe „deprehendere eſt. Quæ vero Sacerdotium, „Tabernaculumque ſpectant refert Pſalmo 28. „Res vero Jeſu Nave & Judicum tangit Pſal„mo 106. Regnorum quoque hiſtorias quo„dammodo canit in Pſalmo 15. Quæ porro „Esdram ſpectant in 125 graduum decantat; „& rurſum in 121. Quæ autem Prophetarum „ſunt, in ſingulis pene Pſalmis ſignificat ad„ventum Salvatoris, uti in Pſalmo 49. 117. „Quod autem ipſe ſit Patris Verbum ita canit „106. *Miſit Verbum ſuum, & ſanavit eos.* Hoc „porro Verbum cum ſciret eſſe Dei Filium ca„nit in 44. *Eructavit cor meum Verbum bonum.* „Et in 109. *Ante luciferum genui te.* Et in 32. „*Verbo Domini cœli firmati ſunt* &c. Quin & „Chriſtum ipſum venturum minime ignoravit, „cujus mentionem facit Pſ. 44. v. 7. eumque „verum hominem futurum oſtendit Pſ. 86. & „ex virgine naſciturum canit Pſ. 44. v. 11. ubi „autem dixit Pſalmorum liber hominem eum „eſſe futurum, conſequenter eum eſſe carne

Pſalmi e Geneſi.

De Joſ libro &c

De adventu & reliquis Chriſti.

„paſſibilem ſignificat, dum futuras Judæorum „inſidias canit Pſalmo ſecundo: in 21 autem „ipſam mortis rationem ex perſona Salvatoris „loquitur: adjicitque non ſui cauſa, ſed propter „nos id pati Dominum Pſalmo 87. v. 8. Et 68. „v. 5. Et 138. v. 8. Et 71. v. 4. Quapropter „ejus quoque ad cœlos aſcenſum prædicit „Pſ. 23 & 46. v. 6. Seſſionem quoque a dex„tris annuntiat Pſ. 109. v. 1. in nono autem „Pſalmo pernitiem diaboli addit: & ipſum om„nium judicem venturum prænuntiat Pſ. 71. „v. 1. & 49. v. 1. & 81. v. 1. Quin & voca„tionem gentium ex eo ipſo libro pluribus „ediſcere licet Pſ. 46. v. 1. & 71. 9.

[P]ſalmi le[gendi]s divi[n]e pra[e] n do[ce]t.

3. „Licet autem communis ſit gratia Spi„ritus in omnibus S. Scripturæ libris, Pſalmo„rum tamen liber ſic gratiam quamdam habet „ſingularem, eximiumque aliquid obſervatu „dignum, quod ſcilicet uniuſcujusque animi „motus in ſe deſcriptos contineat. In aliis „quippe libris legem ſolum quis audit, quid „facere vel non facere oporteat. Prophetias „item audit, ut ſolum ſciat venturum Salvato„rem hiſtoriasque ediſcat Regum, Sanctorum„que acta. At in Pſalmorum libro motus ani„mæ ſuæ deprehendit, & ſecundum ea quæ „patitur, poteſt exemplar quoddam ſermonum „eligere, & edocetur, quid dictu factuque „opus ſit ad curandum morbum. Exempli „gratia præcipitur Pœnitentia, quæ eſt ceſſa„tio a peccato: in hoc autem libro qua ratio„ne ſit pœnitendum, & quibus in pœnitentia „uti verbis oporteat, edocetur: Item in Pſal-

„mis

„mis expreſſum eſt, quomodo tolerare oporteat tribulationes, quid tribulatum dicere par „ſit, quid poſt tribulationes, qua ratione quisque probatur, quinam ſint ſermones eorum, „qui ſperant in Dominum. Item docent Pſalmi, quid, qui gratias agit, loqui debeat: „quales in perſecutione, quales poſt eam erepti Deo ſermones proferre debeamus: qua „ratione Deum laudare oporteat, quibusque „verbis Domino decenter confiteamur. Quin „& ſingulis in rebus quisque reperiet divina „cantica ad nos noſtrosque motus motuumque „temperationes accommodata.

4. „Etenim hoc quoque in Pſalmis admirandum, quod in aliis libris, quæ ſancti de „quibusdam dicunt, hæc ipſa qui legunt, iis „de quibus dicuntur, referant, & qui audiunt, „ſeſe alios exiſtiment ab iis, de quibus ſermo „habetur, ita geſta relata admirationi ſolum „habeant, & imitanda ſibi proponant. At librum iſtum qui ſumit prophetias de Salvatore cum admiratione & adoratione percurrit; „alios vero Pſalmos quaſi proprios ſibi ſermones legit, qui autem audierit, quaſi hæc eadem ipſe proferret, compungitur, atque ita „canticorum verbis afficitur quaſi ſua eſſent, & „quæ dicuntur quaſi ipſe egerit, ita de ſe loquendo ad Deum refert, nam Pſalmi tam „ejus qui præcepta ſervavit, quam ejus, qui „prævaricatus eſt, geſta continent. Atque „mihi quidem videtur, pſallenti verba pſalmorum eſſe inſtar ſpeculi, ut proprii animi motus in ipſis contempletur, atque ita affectus *Verba Pſalmorum ex argumento.*

„ea recitet: & qui legentem audit, ita canti-
„cum ſuſcipit, ac ſi de ſe diceretur, ipſeque
„vel propria convictus conſcientia atque com-
„punctus reſipiſcet, vel de ſpe in Deum, vel
„de auxilio credentibus exhibito quaſi ſibi
„præberetur, gaudebit de ejusmodi gratia, at-
„que gratias Deo agere incipiet. Cum itaque
„tertium Pſalmum quispiam canit, ſuas per-
„pendens ærumnas quaſi ſua reputat illius ver-
„ba, & ſic de reliquis.

viſio ...lmo- ...m ex ...gu- ...nto.

5. „Sunt autem Pſalmi alii ſub forma nar-
„rationis, alii Prophetiæ, alii precationis, alii
„confeſſionis. In forma narrationis hi ſunt:
„10. 43. 48. 72. 77. 86. 88. 109. 113. 126. 136.
„numero duodecim. In forma vero orationis
„ſunt: 6. 67. 89. 101. 131. 141. una ſex. Qui
„colloquii, precationis, & obſecrationis modo.
„5. 6. 7. 11. 13. 15. 24. 27. 30. 32. 37. 42. 53.
„54. 55. 56. 58. 60. 63. 82. 85. 87. 139. 140.
„142. una viginti quinque. Qui in forma al-
„loquii, precationis & gratiarum actionis 138.
„ſolus. Qui colloquii tantum forma 3. 25. 68.
„69. 73. 78. 79. 108. 122. 129. 130. ſub forma
„confeſſionis 50 ſolus. Qui conjunctam ha-
„bent confeſſionem cum narratione, 9. 74. 104.
„105. 106. 117. 135. 136. ſimul octo. Qui
„conjunctam habet cum confeſſione & narra-
„tione laudem eſt 110. ſub forma admonitio-
„nis eſt 36 ſolus. Qui prophetiam habent ſunt
„20. 21. 44. 46. 71. ſimul quinque. Annuntia-
„tionem cum prophetia junctam habet 109 ſo-
„lus. Adhortationis vero & quaſi præceptionis
„modum habent 28. 32. 80. 94. 95. 96. 97. 102.

„103.

„103. 113. Hortatorius cum cantico eſt 49. Qui „vitam virtute ornatam deſcribunt ſunt 104, „111. 118. 124. 132. Qui laudem annuntiant ſunt „90. 112. 116. 134. 144. 145. 146. 147. 148. „150. Qui gratiarum actionis, ſunt 8. 17. 29. „33. 45. 62. 73. 84. 114. 115. 120. 121. 123. „125. 128. 141. Qui beatitudinem prædicant, „ſunt 1. 31. 40. 111. 118. 127. Eſt qui ala- „critatem exhibeat cum cantico ut 117. Alius „ad fortitudinem hortatur, ſcilicet 71. Sunt „qui impios redarguant ut 2. 13. 35. 51. 52. „Invocationis eſt 4 ſolus. Sunt qui vota faciant „66. 79. glorationis in Domino verba conti- „nent 22. 26. 38. 39. 41. 61. 75. 83. 96. 98. „151. objurgandi cauſa ſcripti ſunt 57. 81. Qui „cum hymnis verba faciunt, hi ſunt, 47. 64. „Jubilationis & de reſurrectione eſt 65. alius „jubilationis tantum verba profert, ſcilicet 99.

6. „Cum igitur in Pſalmis legentibus licet „deprehendere, quid ſingulis in rebus dicendo „placere poſſit Domino, ſi quemquam beatum „prædicare volueris, habes qua ratione, in „quo, quem dicere debeas in Pſalmo ſcilicet „primo, 31. 40. 111. 127. Si reprehendere „volueris inſidias Judæorum adverſus Salva- „torem, habes ſecundam odam. Si a tuis „perſecutionem patiaris, multique adverſum „te inſurgant dicito tertium Pſalmum. Si af- „flictus invocaveris Dominum, & exauditus „gratias agere velis pſalle 4. & 114. Si impro- „bos inſidias parantes conſpiciens orationem „tuam auribus percipi volueris, pſalle matu- „tinis horis quintum. Si ob Domini commina- *Varii Pſalmorum uſus.*

„tionem te turbatum videris, potes dicere 6.
„& 27. Si adverſum te quiſpiam conſilium de-
„derit, pſalle ſeptimum. Cernens Salvatoris
„gratiam ubique diffuſam pſallito octavum.
„Pro torcularibus gratias agere volens pſalle
„eundem & octogeſimum. Pro victoria de
„inimico & creaturæ liberatione recita nonum:
„quodſi te quis metu conturbare voluerit, pſal-
„le decimum. Cum improbitatem modum ex-
„cedere videris, confuge ad Dominum & dic
„undecimum Si diuturnæ ſint inimicorum
„inſidiæ, invoca Dominum canens 26 pſal-
„mum. Cum audis quosdam blasphemantes
„Providentiam, Domino ſupplicans recita 13
„& 52. Si diſcere cupis, qualis ſit civis regni
„cœlorum, pſalle 14. Oratione tibi opus eſt pro-
„pter adverſarios cane 16 & 85. 88. 140. Sci-
„re vis, quomodo Moyſes oraverit, habes 89.
„Liberatus es ab inimicis cane 17. Miraris na-
„turæ & providentiæ ordinem, pſalle 18 & 23.
„Conſolare afflictos per verba Pſalmi 19. Vides
„te a Domino paſci, pſalle 22. Invadunt te
„inimici dic 24. Perſeverant dic 25. 34. 42.
„Si acrius inſtent, cane 26 & 27. Si gratias
„offerre Deo velis, pſalle 28. Si domum &
„animam tuam Deo dedicas, dic 29 & 126.
„Si te ab omnibus ob veritatem odio haberi
„perſpexeris pſalle 30. Baptizatos & redem-
„ptos cum videris, cane 31. Quando cum
„multis pſallere volueris, pſalle 32. Cum in
„hoſtes incideris & illos effugeris, pſalle 33.
„Si videris iniquos, dic 35, & videbis ipſos
„ſibi peccandi auctores eſſe; & ſi eos adverſus
„puſillos inſurgere videris, dicito 36. Si ir-
„ruen-

„ruentem videris hoſtem, dic 38. Si ærumnas „patiaris, pſalle 39. cum multos videns pau„peres, poteris ad miſericordiam alios exci„tare per Pſalmum 40. Si animæ dolores in „hac vita demulcere velis, dic 41. Si beneficia „Patribus collata memorare velis & hominum „ingratitudinem, habes 43. 77. 88. 101. 105. „106. 113. Si volueris Dei erga te enarrare „clementiam, habes 45.

7. „Sed peccaſti: habes confeſſionis & pœ„nitentiæ verba in Pſalmo 50. calumniam paſ„ſus es, dic ea, quæ in 51 habentur. Aliqui „te perſequuntur, recita 53 & 55. Perſecutor „te in tua ſpelunca abſconditum reperit, con„ſolare te per Pſalmum 55 & 141. Si pericu„lum effugeris, dic ea, quæ ſunt in 58. Si ex„probrent tibi inimici tui, conſolare te recitan„do Pſalmum 4. Adverſus hypocritas dic ad „eorum confuſionem Pſalmum 57. Adverſus „eos, qui in te atrociter irruunt, dic verba 61. „Si perſecutionem fugias, cane Pſalmum 62. „Si terreant te inimici, dic Pſalmum 63. 67. „69. 70. Quando Deum celebrare volueris, „recita 64. Si quosdam de reſurrectione inſti„tueris, recita 69. Poſtulans a Domino miſe„rationes, pſalle 66. cum videris impios pro„ſpere agentes, non commovearis, ſed dic ver„ba Pſalmi 72. Cum iratus fuerit Deus adver„ſus populum, habes conſolationem in 73. „Quando confeſſione tibi opus erit, pſalle 70. „74. 91. 104. 105. 106. 107. 110. 117. 135. 137. „Vis gentilium & hæreticorum opiniones con„fundere, cane quæ in 75 habentur. Te ſum-

„mopere afflicto ora, & ſi exaudiaris gratias „Deo age recitans 76. Si inimici domum Dei „profanaverint, & ſanctos occiderint, ſupplica „per 78.

8. „In ſolemni die volens Domino canere, „pſalle 80 & 94. Inimicis contra pietatem „conjurantibus dic verba 82 Pſalmi. Si te„nearis deſiderio cœli, dicito 83. Ceſſante capti„vitate gratias age per 84 & 115. Si cognoſce„re velis diſcrimen inter Catholicam Eccle„ſiam & ſchismata, eaque confundere dicere „potes 86. Si velis tibi addere fiduciam, lau„da Deum recitans 90. Pſallere vis in Sab„bato, habes 91. vis gratias agere Dominico „die, habes 23. vis ſecunda Sabbati pſallere, „dic quæ ſunt in 94. canere vis die paraſceves, „laudem habes in 92. Si captivitate ſoluta do„mus rurſus ædificata fuerit, cane 95. Terra „a bellis quieſcente, canere potes 96. vis quar„ta Sabbati pſallere, habes 93. cernens vindi„ctam de diabolo a Domino ſumptam, pſalle „verba 93. Providentiam divinam ſuadere vo„lens, pſalle 99. & rectum ejus judicum, Pſal„mum 100. vis conſolationem in anguſtiis ac„cipere, habes 101. gratias Deo vis agere, ha„bes 102. & 103. vis laudare Deum, habes „112. 116. 134. 145. 146. 147. 148. 149. 150. „Credis ea, quæ orando loqueris, dic 116. „Sentis te in operibus tuis aſcendere, habes „in ſingulis profectibus quindecim graduum „cantica dicenda. Ubi te peccare deprehen„diſti, ſede & lacrymare, & dic verba 136 „Pſalmi. Si poſt tentationes velis gratias age-

„re

„re habes 138. Ab inimicis liberari cupis di„cito verba 139. vis ſupplicare & orare, pſalle 5, „140. 141. 142. 145. Inimicus inſurrexit in po„pulum, pſalle verba 143. Deinde admirans „beneficia Dei in 86 narrata ſi volueris Deo be„nedicere, Davidis verba in 104 Pſalmo poſi„ta recitato. Vis Domino canere, dic 95 & 97. „Si cum puſillus eſſes prælatus es ad uſum „fratrum tuorum, pſalle 151. Pſallere vis Hy„pacoen quæ habet Alleluja, habes 104. 105. „106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. „118. 134. 145. 146. 147. 148. 149. 150. Cum „volueris ea quæ Salvatorem ſpectant, pſallere, „præcipue habes 44 & 109 qui genuinam ejus „ex Patre generationem & in corpore adventum „ſignificant: 10 & 68 qui de cruce & paſſione „ejus prænuntiant: 2. & 108. indicantes Ju„dæorum inſidias & Judæ proditionem. Item „20. 49 & 71 ſignificantes regnum ejus & ju„dicandi poteſtatem & ejus ſecundum adven„tum. Item 15 declarat ejus carnalem reſur„rectionem, & 23 & 46 annuntiant ejus ad „cœlum aſcenſum. Cum autem legeris 92. 95. „97. 98 beneficia Salvatoris per cruciatus ejus „nobis collata poteris contemplari.

Cur Pſalmi canantur.

9. „Talis eſt character libri Pſalmorum ad „hominum utilitatem accommodatus. Quid „cauſæ autem ſit, quod ejusmodi ſermones „cum modulatione & oda pſallantur, non præ„termittendum eſt: quidam enim putant ob „ſoni ſuavitatem Pſalmos cani, ſed nequaquam „ita eſt, non enim voluptatem aut eloquen„tiam affectavit Scriptura, ſed duabus maxi-

„me

„me de cauſis: primo quia decuit divinam „Scripturam non obiter ſed fuſius Deum hymnis celebrare. Secundo quemadmodum harmonia tibias apte componens unum concentum efficit, ita cum in anima varii ſint motus, inſitque vis cogitandi, concupiſcendi, „iraſcendi, ex quorum permotione membrorum corporis operatio exoritur, ratio poſtulat, hominem non ſecum diſſentire, ut ſicut „in harmonia plectrum, ita homo quaſi pſalterium effectus, & Spiritui omnino intentus „omnibus membris motibusque ſuis obediat „inſerviatque Dei voluntati: iſtiusmodi autem „imperturbati animi imago eſt harmonica illa „Pſalmorum lectio, qua ſiquid in anima turbulentum eſt, mitigatur: beatus enim David „cum eo modo Sauli pſalleret, non ſolum Deo „placebat, ſed & perturbationem & furoris „morbum a Saule abigebat.

Pſalmi non verbis humanæ eloquentiæ ornandi.

10. „Decet igitur, ut quisquis hunc librum „legit, ex illo quaſi ex paradiſo utilitates ſibi „decerpat, utpote in cujus verbis exiſtimo omnem humanam vitam, animæque affectiones „contineri, nam ſive pœnitentia ſive confeſſione ſit opus, ſive tentatio vel tribulatio apprehenderit, & ſic de cæteris, habet in divinis „pſalmis doctrinam harum rerum. Nequis autem ea ſæcularibus verbis, quadam eloquentiæ ſpecie ductus ornare aggrediatur, ſed ſine „ullo artificio, prout dicta ſunt, ea recitet & „pſallat, ut ſancti viri, qui eaipſa nobis, ut „miniſtri tradiderunt, ſua agnoſcentes verba „nobiscum orent, imo potius ut Spiritus, qui

„in

„in ſanctis locutus eſt, ibi conſpiciens verba „ſua illis inſpirata patrocinium noſtrum una „ſuſpiciat: quanto enim præſtantior eſt San„ctorum vita aliorum vita, tanto excellentio„ra eorum verba ſermonibus noſtris atque effi„caciora eſſe jure quis dixerit. Unusquisque „igitur hæc jam dicens confidat fore, ut per „ea Deus ſupplicantes auditurus ſit.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI EXPOSITIONES IN PSALMOS.

§. I.

Monitum.

Expoſitiones S. Athanaſii in Pſalmos præter S. Hieronymum laudavit Theodoretus in *Expoſ. in tit. Pſal.* item Chronicon Alexandrinum ſæculo ſeptimo conſcriptum. Item Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus in *epiſt. ad Thom. Ep.* & alii. Unde illas inter genuinos fœtus S. Athanaſii D. Montfaucon *in nov. Edit.* recenſet. Harum expoſitionum nonnulla fragmenta a Daniele Barbaro Patriarcha Aquilejenſi in catena Patrum Græcorum Venetiis anno 1569 edita fuerunt. His alia etiam fragmenta addidit Felkmannus ex Nicetæ Metropolitæ Heracleæ catena expoſitionum Græcorum Patrum in Pſalmos. His alia ſupplementa & fragmenta ex Codice Ambroſiano adjecit prælaudatus D. Monfaucon in collectione

ne nova Patrum & Scriptorum Græcorum, ex quibus omnibus utiliora in ſequenti Analyſi colligemus. Porro S. Doctor plerumque in argumento totius Pſalmi ſynopſin ante oculos ponit afferendæ interpretationi affinem, & in ſua expoſitione vulgo ſententiam ſpiritualem exponit, non raro tamen etiam litteram attingit, & quidem ad ſcopum Prophetæ, & multæ hic lectiones Aquilæ & Symmahi ab aliis non obſervatæ occurrunt.

§. II.

ANALYSIS.

Argumentum in Pſalmos.

Diviſio & ordo Pſalmorum.

1. „In Hebraico libro Pſalmorum ſine numeri „additione omnes Pſalmi inſcripti ſunt „variis modis, alii quidem una juncti, ut pri„mus & ſecundus, alii diviſi, uti nonus in „duos diviſus. Porro totus Pſalmorum liber „in quinque partes diſtributus eſt, & obſervan„dum, ordinem Pſalmorum hiſtoriæ & tempo„rum ſeriem non tenere, nam cum Judaicus „populus in captivitatem abductus in ſummam „paternarum ſcripturarum oblivionem veniſſet, „quidam Propheta eorum Synagogam curans „cum aliis Scripturis librum quoque Pſalmo„rum collegit, quos cum ſimul uno tempore „non reperiſſet, ſed diverſis temporibus, ne „omnes quidem Davidis Pſalmi ordine poſiti „ſunt, ſed Pſalmi filiorum Core & Aſaph & „Salomonis, Moyſis, Ætham, Æmam rur„ſusque Davidis permixtim poſiti ſunt.

2. „De-

2. „Deinde qui Pſalmi ſunt ſine titulo, vel „ſine auctore aſſignato, eorum dicunt eſſe He„bræi, quorum nomen ſcribitur in Pſalmis „eos præcedentibus, omnes autem Pſalmi cen„tum quinquaginta feruntur. Quidam porro „arbitrantur, omnes B. Davidis eſſe, neque „tamen id aliqua nota ſignificatur. Et verum „quidem eſt, omnes Davidi adſcribi, at in ti„tulis indicatur, quo auctore quisque Pſalmus „editus ſit: nam quatuor canticorum principes „miniſtri vero 288 electi fuere. Horum qua„tuor principum Pſalmi aliquot circumferun„tur: quando enim dicit: Pſalmus filiis Core, „Æthan, Aſaph & Æman ab ipſis Æthan &c. „filiis Core pſallitur. Cum dicit: Pſalmus „Aſaph, vel Idithum, vel Davidis ipſe Aſaph, „Idithum, David pronuntiavit: cum autem di„cit: Davidi, ab aliis recitatur Pſalmus in Da„videm. Sunt ergo omnes 150, quorum 72 „Davidis ſunt, 9 Davidi: 12. Aſaphi: 12. fi„liis Core: unus Idithum: unus Ætham: unus „Æman: unus Salomonis: duo Aggæi & Za„chariæ: ſine titulo 39. unusque Moſis. Ratio „autem cur totum pſalterium ad Davidem re„feratur, hæc eſt, quia ipſe David in cauſa „fuit, cur iſthæc ederentur, ipſe namque can„tores elegit. *Auctor Pſalmorum.*

Pſal-

Pſalmus I.

Argumentum.

„Initium Prophetiæ Chriſto ab ipſo ſecundum „carnem naſcituro offert David: quamob„rem inprimis beatos dicit, qui ſperant „in eo.

vers. 1. *Beatus vir, qui non abiit in conſilio im„piorum.* Poteſt conſilium impio„rum cætus dici improborum, quorum tres „ordines apud Judæos erant contra Salvato„rem inſurgentes, Scribæ, Phariſæi & Legis„periti: beatum ergo dicit eum, qui ne tan„tillum ad illorum conventus accedit, qua„lis erat Joſeph ab Arimathia. *Et in cathedra „peſtilentium non ſedit.* Per cathedram doctri„nam ſignificat: *Matth.* 23. Cathedra igitur „peſtilentiæ eſt doctrina, iniquorum.

v. 2. *Die ac nocte.* „Fervens animi ſtudium „ſignificat, ſiquidem non eſt meditanda negli„genter lex Domini; die autem meditatur, qui „in virtutibus proficit; nocte vero, qui cum „perturbationes inſurgunt, immotam ſervat „animi generoſitatem.

v. 3. *Et erit tamquam lignum, quod plan„tatum eſt.* Lignum Chriſtus eſſe deſcribitur „Prov. 3. v. 18. rami Apoſtoli, fructus ſanguis „ex aqua ex latere fluens. *Decurſus aquarum* „divinas vacat Scripturas, in quibus Chriſtus „prædicatur. *Quod fructum ſuum dabit in tem„pore ſuo*, ſcilicet rectam fidem, folium autem

„ejus

„ejus eſt, plena obſervatio mandatorum, quod „*non defluet*, ſeu decidet. *Et omnia quæcunque* „*faciet*, *proſperabuntur*. Nulla enim ſecundum „Deum actio utilitate caret.

v. 5. *Ideo non reſurgent impii in judicio*, quia „non habent radicem, ſcilicet ſed ſimiles ſunt pulveri „terræ a vento, ſcilicet Dei comminatione: „*Diſcedite a me Matth.* 25. *v.* 41. agitato, qui „proinde decident, utpote non conſiſtentes in „Chriſto, & non erunt *in concilio juſtorum*, nam „ſeparabit juſtos a peccatoribus. v. 6. *Quo-* „*niam novit*, id eſt, honorat *Dominus viam ju-* „*ſtorum*.

Pſalmus II. Davidi.

Argumentum.

„Poſtquam in primo Pſalmo Judæos vocavit „impios, in hoc eorum opera recenſet.

vers. 1. *Quare fremuerunt gentes*. Fremitum „vocat brutam ferocitatem, *gen-* „*tes* Herodem & Pilatum, *& populi* Judæi, *me-* „*ditati ſunt inania*, qui Salvatorem generis ſui „non acceperunt.

v. 2. *Et principes*, Scribæ, Phariſæi, & „Legisperiti convenerunt in unum, *& adver-* „*ſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus*. Inſidiæ „enim in Chriſtum paratæ in ipſum Patrem re- „currunt, nam Pater eſt in Filio, & Filius in „Patre. Duæ autem præpoſitiones & duo ar-

„ticuli duas Perſonas inducunt, Patrem nem-
„pe & Filium.

v. 3. *Dirumpamus vincula eorum*: noluerunt „enim intra ſacram eſſe ſagenam, cui ſimile „eſt regnum cœlorum. *Et projiciamus a nobis* „*jugum ipſorum*. Gravitatem legis, de qua di- „xit: Jugum meum ſuave eſt.

v. 4. *Qui habitat in cœlis irridebit eos*. Tan- „quam ſtulta conſulentes: *& Dominus ſubſan-* „*nabit eos*. Quaſi nihilum deſpiciet, & odio „habebit.

v. 5. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua*. Illud „ſcilicet: væ vobis Scribæ &c. *Matth*. 23. *v*. 13. „& auferetur a vobis regnum Dei *Luc*. 10. *v*. 46. „imo regnum terrenum per Romanos.

v. 6. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſu-* „*per Sion*. Ubi fidem apud gentes futuram „enarrat, Sion vero Eccleſiam ſignificat.

v. 7. *Dominus dixit ad me Filius meus* &c. „ac ſi diceret: ipſa me Patris natura Fi- „lium declaravit. Additur, *es*, quod gene- „rationem ante ſæcula declarat, erat enim „ſemper Filius. Adjecit: *hodie genui te*, ut „generationem ſecundum carnem monſtraret, „*hodie* enim tempus ſignificat.

v. 8. *Et poſſeſſionem tuam terminos terræ, re-* „*ges eos in virga ferrea*. Id eſt, in cruce, cu- „jus materia lignum, cujus virtus ferrum.

„Jux-

„Juxta quosdam Romanum imperium ſigni-
„ficat.

v. 10. *Et nunc reges intelligite*, & ad pœni-
„tentiam convertimini. *Erudimini, qui judica-
„tis terram.* Per illud *erudimini* profectum
„ſignificat: per illud autem v. 12. *Apprehen-
„dite diſciplinam* perfectionem Evangelicam:
„*ne pereatis de via juſta:* ejus ſcilicet, qui di-
„xit: *Ego ſum via Joan.* 14.

Pſalmus David, quando fugiebat a facie Abeſſalon Filii ſui, III.

Argumentum.

„Pſalmus hoc enuntiat, quod ſicut Abeſſalom
„rebellionem excitare nitebatur adverſus pa-
„trem ſuum Davidem, ita Judæi contra pa-
„tres ſuos Prophetas inſurrexerunt non ad-
„mittentes Dei mandata, ſed obſiſtentes illis.

vers. 1. *Domine quid multiplicati ſunt, qui tri-
„bulant me, vehementer.* v. 3. *Non
„eſt ſalus ipſi in Deo ejus.* Sic dicunt, qui in
„peccatum David tantum intuebantur, ejus-
„que pœnitentiam ignorabant.

v. 4. *Tu autem Deus ſuſceptor meus es.* Quæ
„vox prophetæ fidei apprime convenit, qui
„confidebat, ſe minime relictum iri, imo po-
„tius exaltandum, & regnum accepturum.

v. 5. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Do-
„cetur in occurrentibus caſibus nonniſi ad
„Deum confugiendum.

v. 6. *Ego dormivi, & ſoporatus ſum.* Men„tis ſomnum dicit, per quem in peccatum in„cidit & *exſurrexi* divina converſione dignatus „ingruentibus malis ſuperior evaſi.

v. 8. *Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa* odii data, *dentes peccatorum*, „id eſt, blasphema dicta, ſeu irrationales co„gitationes, *confregiſti*, deſtruxiſti.

v. 9. *Domini eſt ſalus*, qui & totum popu„lum ſalvum faciat, qui a Deo ſalutem con„ſecutus eſt, eoquod Chriſtus a mortuis re„ſurrexerit, ac noſtros inimicos, dæmones „percuſſerit.

In finem in carminibus Pſalmus David IV.

Argumentum.

„Hunc Pſalmum poſt reportatam victoriam „victori dicat.

vers. 2. *Cum invocarem exaudivit me Deus ju„ſtitiæ meæ*: non modo ab ærum„nis liberaſti. ſed *in tribulatione dilataſti mihi*, „& in libertatem me poſuiſti. *Miſerere mei* „*&c.* quia dixerat ſe exauditum, ideo confu„git ad Dei miſericordiam.

v. 3. *Filii hominum usquequo gravi corde.* „Hæc iis dicta ſunt, qui magni exercitus ope „juſtum opprimi poſſe confidebant, quæ ſpes „*vana* & *mendax* eſt.

v. 4.

v. 4. *Et ſcitote, quoniam mirificavit Domi-*
„*nus Sanctum ſuum*, qui confidit in ipſo, *Do-*
„*minus exaudiet*, id eſt, exaudivit *me*, *cum cla-*
„*mavero*.

v. 5. *Iraſcimini & nolite peccare &c.* Etiamſi,
„inquit iram admittatis, ne ſinatis eam in
„actum prorumpere in *quiete compunctionis* eam
„continentes.

v. 6. *Sacrificate ſacrificium juſtitiæ &c.* Pro-
„ba opera edentes, & quaſi ſacrificium Deo
„offerentes. *Multi dicunt, quis oſtendit nobis*
„*bona?* Ita dicunt, qui miniſteria Deum ſpe-
„ctantia negligunt.

v. 7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui*
„*Domine.* Lumen mundi Chriſtus eſt, qui
„vera nobis bona oſtendit, per quæ ſpiritalem
„*lætitiam* habuimus in mente & *in corde.*

Pſalmus V.

vers. 1. *Verba mea auribus percipe Domine.*
„*v.* 5. *mane aſtabo tibi*, magno
„ſtudio ſolem gratiarum actione prævertendo,
„ſic enim videbo divina tua myſteria, quæ
„præparaſti diligentibus te. *Quia non Deus*
„*volens iniquitatem tu es* ideo me exaudiendum
„confido, quia eorum, quæ tu oderis nempe
„improbitatis, invidiæ &c. nullam curam ha-
„bui.

v. 7. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem* „in inſtituto vitæ ſuæ labentes: *perdes omnes* „*qui loquuntur mendacium*, ſcilicet heterodoxos „a veritate excidentes.

v. 8. *Virum ſanguinum & doloſum abomina-* „*bitur Dominus; ego autem in multitudine miſeri-* „*cordiæ tuæ introibo in domum tuam*, cœleſtem „Jeruſalem. *Adorabo ad templum Sanctum tuum* „*in timore tuo*. Templum eſt ſtatus animæ „ſanctæ, in qua Chriſtus requieſcit, quem illa „adoratione proſequitur, ejus timorem ubique „circumferens. Ideo *propter inimicos meos*, „ſpiritales ait *dirige in conſpectu tuo viam meam*. „*Cor eorum vanum eſt*. Id eſt ſapientium hujus „ſæculi, ſeu hæreticorum, qui veritatis ſer- „monem ignorant.

v. 11. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*, „*linguis ſuis doloſe agebant*, mortifera eructan- „tes dogmata. v. 12. *decidant a cogitationibus* „*ſuis* quas contra me admittunt invidentes „meo ſecundum Deum profectui.

v. 13. *Et habitabis in eis*. Ipſe namque & „Pater ejus venient, & manſionem apud eum „facient. v. 14. *Et gloriabuntur in te omnes*, „*qui diligunt nomen tuum &c.* ob tuam erga fa- „mulos tuos ſollicitudinem quibus coronam „gloriæ dabis in fine, qua tamquam ſcuto eos „proteges.

In

In finem, in hymnis, pro Octava Pſalmus David VI.

Argumentum.

„Octava eſt Reſurrectionis Chriſti dies, qua „laborum fructus percepturi ſumus. Hunc „porro canit Pſalmum utpote diuturno tem„pore in pœnitentia verſatus, quam obtulit „pro peccato.

vers. 1. *Domine ne in furore tuo arguas me:* „correptionem non abnuit, ſed „eam quæ cum ira fiat

v. 2. *Miſerere mei Domine, quia infirmus* „*ſum.* Nulla enim anima peccat, quam ex „viribus quidquam amiſerit.

v. 4. *Et anima mea turbata eſt valde:* animæ „ſcilicet facultates. *Et tu Domine usquequo?* „diuturnam pœnitentiam declarat. v. 5. *Con*„*vertere Domine. . . . ſalvum me fac propter mi*„*ſericordiam tuam.* Totum ſalutis negotium „miſericordiæ Dei adſcribendum. v. 6. *Quo*„*niam non eſt in morte qui memor ſit tui.* Quo„niam, inquit, diuturnum mihi eſt pœniten„tiæ tempus, timeo ne mors tuam miſericor„diam prævertat, ubi nullus eſt confeſſioni „locus, ideo tuam miſericordiam maturari „poſtulo.

v. 7. *Laboravi in gemitu meo.* Audiamus „Regis pœnitentiam, qui non ſolum laboravit, „& collacrymatus eſt, ſed etiam *lavit per ſin*-

„gulas noctes per totum vitæ tempus pro nocte „una, quam peccando transegit, lachrymis „lectum ſuum rigavit.

v. 8. *Turbatus eſt a furore oculus meus*, mens „ſcilicet animæ oculus. *Inveteravi inter omnes „inimicos meos:* ubi tempus ærumnæ declarat. „*Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.* „Quaſi jam exauditus ſequentem contra ini„micos ſermonem contexit.

Pſalmus Davidi quem cantavit Domino pro verbis Chuſi filii Jemini VII.

Argumentum.

„Poſtquam Chuſi malum Achitophelis conſi„lium de perſequendo Davide impediviſſet, „David quaſi non humano ſervatus auxilio „Deo canticum hoc in gratiarum actionem „offert.

vers. 1. *Domine Deus meus in te ſperavi*, quo„niam de ſalute mea nihil ab ho„mine ſperandum puto: tu ergo ſalvum me „fac ex inſtantibus inimicis, maxime ſpirituali „leone, qui animæ meæ inſidias parat.

v. 5. *Si reddidi retribuentibus mihi mala:* in„juriarum oblivione Deum ad miſericordiam „provocat *decidam ab inimicis meis inanis*, nul„lam victus habens rerum copiam. v. 6. *Per„ſequatur inimicus animam meam*, & incidam in „manus diaboli, ſiquid ex dictis admiſi. *Ex„altare*

„*altare in finibus inimicorum meorum*: id eſt,
„robuſtis inimicorum tuorum.

v. 7. *Et exurge Domine Deus in præcepto.*
„Palam hic annuntiat adventum Salvatoris.
„*Et Synagoga populorum circumdabit te.* His
„aperte declarat Eccleſiæ fidem in ipſum. *Et*
„*propter hanc*, Synagogam, *in altum*, ſcilicet
„crucem, ſeu cœlum ad delenda peccata no-
„ſtra, & pro nobis advocandum apud Patrem
„*regredere.*

v. 9. *Judica me Domine ſecundum juſtitiam*
„*meam* eripiendo me de inimicis, ob mala
„mihi illata patienter portata. *Qui ſalvos fa-*
„*cis rectos corde.* v. 12. *Deus judex juſtus, for-*
„*tis & patiens*, qui judicium differt, etſi non
„omnino parcat; *ſagittas ſuas*, ſupplicium,
„*ardentibus* effecit, iis, qui pœnam ignis me-
„ruerunt.

v. 15. *Ecce parturiit injuſtitiam*, inimicus
„vitæ noſtræ, *concepit dolorem & peperit iniqui-*
„*tatem.* Deliberavit, & quod decreverat in
„actum deduxit. v. 16. *Lacum aperuit, & ef-*
„*fodit eum.* Cum in Salvatorem Chriſtum
„mortem paraſſet, morti ipſe traditus eſt.

In finem pro torcularibus Pſalmus David XIII.

Argumentum.

„Olim in templo erat protorcular ſeu Altare:
„ſed poſt vocationem gentium multa ſunt

„torcularia, ipſæ ſcilicet Eccleſiæ, fructus „eorum qui pie vivunt percipientes.

vers. 1. *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.* Obſtupeſcit ob datam nominis Dei noti„tiam. v. 3. *Ex ore infantium & lactentium per„feciſti laudem* Eorum ſcilicet, qui coram Deo „infantes ſunt quoad malitiam. *Propter ini„micos tuos*, dæmones vel Judæos, qui Chri„ſtum ceu inimicum pellebant, & ſimulabant, „ſe eſſe *ultorem* Dei Patris. *Inimicum & ulto„rem* etiam diabolum dicit, qui poſtquam com„pulit ad peccatum, pœnas peccatoribus in„fligit, peccati gravitate ob oculos poſita.

v. 5. *Quid eſt homo, quod memor es ejus...* „*minuiſti eum paulo minus ab angelis.* Iſthæc „Paulo ad Salvatorem noſtrum referente id „ad expoſitionem ſatis eſt. v. 8. *Omnia ſub„jeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas,* „id eſt, eos qui crediderint ex Iſrael: *inſuper* „*& pecora campi*, id eſt, gentes: *volucres cœli,* „qui in vita ſua elati & ſuperbi ſunt.

In finem pro occultis Filii, Pſalmus David IX.

Argumentum.

„Hoc Pſalmo ea declarat, quæ latenter a Sal„vatore facta ſunt, pro quibus Propheta per„ſonam gerens humanæ naturæ ingredi„tur gratias agens, occultorum porro illo-

„rum

„rum revelatio eſt ea, & quæ in inferno ge„ſta ſunt, necnon reſurrectio & aſcenſio.

vers. 1. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo. . . in convertendo inimicum „meum retrorſum* &c. Inimicum mortem eſſe „ait, quæ retrorſum convertitur ad non eſſe: „& tunc *infirmabuntur* adverſariæ poteſtates, „*& peribunt a facie tua.*

v. 7. *Inimici defecerunt frameæ in finem.* Fra„meas adverſarias poteſtates dicit, quibus po„tens ille eſt. *Periit memoria cum ſonitu:* ejus „namque pernicies ultro citroque audita fuit.

v. 12. *Pſallite Domino qui habitat in Sion,* ſeu „cœleſti Jeruſalem. *Annuntiate inter gentes ſtu„dia ejus.* Hæc quaſi ad Apoſtolos & Evange„lii præcones loquitur.

v. 20. *Exurge Domine non confortetur homo.* „Precatur unigenitum in terris illuſceſcere, ne „ſuperbus diabolus, quem *hominem* vocat, ſu„percilium ultro tollat. *Judicentur gentes in „conſpectu tuo.* Salutarem gentium vocatio„nem rogat citius adeſſe. v. 21. *Conſtitue Domi„ne legislatorem ſuper eos*, qui novi Teſtamenti „legem induxit. *Ut ſciant gentes, quoniam ho„mines ſunt*, qui per dæmonum fallaciam in „jumentorum mores commutati erant.

Pſalmus X. ſecundum Hebræos.

vers. 1. *Ut quid Domine receſſiſti longe.* Rogat „accelerari gentium converſio„nem. v. 2. *Dum ſuperbit impius, incenditur pau-*

„*per*. Superbia impii velut incendium eſt pau-
„peri. v. 3. *Quoniam laudatur peccator in deſi-*
„*deriis animæ ſuæ:* tanta quippe ejus clementia
„eſt, ut quia impii impuniti remanebant eo-
„rum vita apud ſtultos homines accepta eſſet
„& laudaretur.

v. 4. *Exacerbavit Dominum peccator*, irriden-
„do ejus providentiam & judicium: ſed annon
„Deus *quæret?* annon tribuet ipſi ſecundum
„iram, quam ſibi theſaurizavit *in die iræ ſuæ?*

v. 5. *Non eſt Deus in conſpectu ejus*. Initium
„omnis improbi operis eſt, Deum non cogitare
„judicem, quando *auferuntur judicia ejus a facie*
„*ejus, & dicit in corde ſuo, non movebor* &c. non in-
„ducar in malum. *Cujus maledictione os plenum*
„*eſt*, quia putat permanentem felicitatem ſe
„habiturum, ideo inſidias parat pauperibus,
„& cum divitibus in malis machinas ſtruit.
„*Inclinabit ſe & cadet*, & poſtquam dixit vici,
„lapſus erubeſcit.

v. 12. *Exurge Domine Deus meus*. Preca-
„tur, ut Dei in puniendo mora & clementia mo-
„veatur, ne impii petulantiores evadant: *Di-*
„*xit enim* impius *in corde ſuo, non requiret*, &
„ideo exaltatur & labitur.

v. 14. *Vides quoniam tu laborem & dolorem*
„*conſideras*, & omnia noſti: *tibi derelictus eſt*
„*pauper* &c. qui tuum expectat auxilium. *Con-*
„*tere brachium*, ſeu potentiam, *inimici, quære-*
„*tur peccatum illius & non invenietur*, id eſt, peri-
„bit

„bit peccator propter peccatum. *Dominus ve-*
„*ro regnabit in æternum*, & *peribitis gentes de*
„*terra illius*, & projicientur in ignem æter-
„num.

v. 17. *Deſiderium pauperum*, ut nimirum fu-
„turis donarentur bonis, exaudiſti Domine.
„*Præparationem cordis eorum audivit auris tua*,
„ad omnia enim ſuſtinenda corde promti ſunt.
„v. 18. *Judica pupillo & humili, ut non appo-*
„*nat ultra* &c. cum pauperes ulciſcetur, tunc
„*non apponat ultra magnificare ſe homo.*

In finem Pſalmus David X.

Argumentum.

„Hunc quoqne Pſalmum canit poſtquam inimi-
„cos devicerat. Hic piam ſententiam præ-
„fert.

vers. 1. *In Domino confido, quomodo dicitis ani-*
„*mæ meæ.* Cur mihi ſuadetis, in-
„quit, ut fugiam in montes *ſicut paſſer;* tametſi
„in Deo confidam. v. 3. *Quoniam ecce peccato-*
„*res intenderunt arcum.* His verbis ad fugam
„eum concitabant, alias enim *ſagittis* inimici
„vel malis cogitationibus confodiendus foret,
„& quidem in obſcuro ſeu latenter.

v. 4. *Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt.*
„Compulit enim inimicus hominem in cor-
„ruptionem licet in incorruptionem conditus
„eſſet. *Juſtus autem quid fecit?* &c. Dominus,
„*qui templum* habet *cælum*, facto juſtorum &
„im-

„impiorum examine, aliis quidem impertit bo„na, alios in æterna ſupplicia dejicit. v. 5. „*Oculi ejus*, ſeu benefica inſpectio *in pauperem* „*reſpiciunt*, *palpebræ ejus* ſeu judicialis rerum„que exploratrix providentia, *interrogant filios* „*hominum*.

In finem pro octava Pſalmus David XI.

Argumentum.

„Rogat liberari a generatione mala, quæ erat „tempore Salvatoris. Matth. 12. v. 41.

vers. 1. *Salvum me fac Deus*, *quoniam defecit* „*ſanctus* &c. Inſidias in Chriſtum „paratas in unum complectitur: *diminuta* „namque *veritate* Judæi mendacium contra „Chriſtum commenti ſunt. v. 3. *Labia doloſa* „*in corde*: quoniam cum eum magiſtrum & „bonum appellarent, longe diverſa in eum „conſilia inibant.

v. 4. *Diſperdat Dominus univerſa labia dolo*„*ſa*, *& linguam magniloquam*. Judæorum, qui „dixerunt, linguam noſtram magnificabimus, „quaſi ſcilicet facultatem haberent, quidvis „contra Salvatorem proferendi, & dicendi; „*quis noſter Dominus eſt?*

v. 6. *Propter miſeriam inopum &c.* ſecun„dum Spiritum, *exurgam* ait; *ponam in ſaluta*„*ri*, *fiducialiter agam in eo.* Palam omnibus „faciam ſalutare quod etiam curabo evulgari

„ultro

„ultro citroque, ubique enim terrarum prædi-„catum eſt: v. 7. *Eloquia Domini eloquia ca-„ſta, argentum igne examinatum.* id eſt, vera „ſunt promiſſa tua velut argentum *ſeptulum*, „ſeu ſæpius in crucibulo probatum. Ideo *tu* „*Domine ſervabis nos* ab inimicis noſtris, nam „*ſecundum altitudinem* ſeu poteſtatem tuam „multiplicaſti filios hominum, quibus ſpecia-„lem curam impendiſti, & vitam æternam tri-„buiſti.

In finem Pſalmus David XII.

Argumentum.

„Hunc Pſalmum canit, dum pœnitentiam de-„licti ageret, & ſalutare noſtrum annuntia-„ret.

vers. 1. *Usquequo Domine oblivifceris me in fi-„nem.* Propter admiſſum pecca-„tum, *usquequo avertis faciem tuam a me,* quam „ſemper Angeli vident.

v. 2. *Quamdiu ponam conſilia in anima mea* „dum mecum cogito, ne forte in peccato mo-„riar, id quod cauſat *dolorem in corde meo* die „ac nocte.

v. 3. *Usquequo exaltabtiur inimicus meus,* me „peccante, exaltatio enim Satanæ pernities eſt „hominum. v. 4. *Illumina oculos meos* mentis „meæ. *Ego* enim *in miſericordia tua ſperavi*, „unde confido peccati me remiſſionem acceptu-„rum per tuam miſericordiam, *tuam*, inquit, „per

„per quam *ſalutare* tuum dediſti omnibus ho-
„minibus, quod *exultationem parabit cordi meo*,
„olim de peccato dolenti.

In finem Pſalmus David XIII.

Argumentum.

„Declarat hominum in omnibus ſtudiis & acti-
„bus ſuis impietatem, ut neceſſitatem præ-
„dicet adventus Chriſti.

vers. 1. *Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt „Deus.* Quandoquidem non co-
„gitantes Deum eſſe nullum non ſcelus perpe-
„trarunt, ideo *Dominus de cælo proſpexit*, quod
„aperte Domini ad homines adventum indi-
„cat. *Non eſt qui faciat bonum, non eſt usque ad „unum.* Cum venit Dominus omnes pravo
„operi addictos invenit. *Sepulcrum patens eſt „guttur eorum:* in ſuo enim gutture dæmones
„hominem quaſi cibum detinebant.

v. 4. *Nonne cognoſcent omnes qui operantur „iniquitatem?* omnes qui declinaverunt, nequa-
„quam futurum eſt, ut Dominum cognoſcant.
„*Qui devorant plebam meam ſicut eſcam panis*,
„ſuadentes adorare creaturam, *Dominum non „invocabunt. Illic trepidaverunt timore, ubi „non erat timor.* Moſis lex pœnam inferebat,
„timor autem Domini filialis eſt, unde poſt
„adventum Chriſti timebunt non timore ex le-
„gis comminatione orta, ſed reverentia, quæ
„liberos deceat.

v. 6. *Quoniam Dominus in generatione juſto-*
„*rum*, qui juſtificantur per ejus adventum: „conſilium inopis, increduli & Chriſtianos per- „ſequentis confunditur. Nam *quis dabit ex* „*Sion ſalutare Iſrael*, ubi non modo obſeſſis ſa- „lutem, ſed & ſalutarem Chriſti adventum „prænuntiat, ubi *exultabit Jacob*, ſancti ſcilicet „Patriarchæ & Prophetæ, qui lætabuntur, cum „prædictas promiſſiones Chriſtus impleverit.

In finem Pſalmus David XIV.

Argumentum.

„Hunc canit Pſalmum docens, quidnam adi- „tum homini præbeat, ad illam aſſequen- „dam ſortem.

vers. 1. *Domine quis habitabit in tabernaculo* „*tuo?* Quis, ait, dignus erit in „cœleſtibus tabernaculis conſiſtere? *Aut quis* „*tabernaculum ponet in monte ſancto tuo?* id eſt, „beatitudine fruetur in ſæcula infinita.

v. 2. *Qui incedit ſine macula* &c. docet, qui- „bus modis beatum hujusmodi finem conſecu- „turi ſumus. Primo quidem, ſi immaculata „via incedamus, quæ eſt ipſe Chriſtus. Dein- „de ſi *operemur juſtitiam.* Tertio. Si cor noſtrum „*veritatis* domicilium paremus. Quarto. Si *do-* „*loſa* inſtructi *lingua* non ſimus. Quinto. Si „*malum proximo* non inferamus. Sexto. Si *op-* „*probrio* proximum ſuperbe non afficiamus. „Septimo. Si perſonam non accipiamus. Octa- „vo. Si *juramenti* fidem non violemus. Nono.

„Si non *fœneremur*. Decimo. Si *muneribus* per-
„vii non ſimus.

Tituli inſcriptio Davidi XV.

Argumentum.

„Prophetia hæc gentium vocationem comple-
„ctitur, nec non varias inobſequentiæ ac-
„cuſationes adverſus Iſraelem: Itemque
„ipſum Reſurrectionis Salvatoris D. N. Jeſu
„Chriſti myſterium. Ejus porro verba quaſi
„ex Chriſti perſona canuntur.

vers. 1. *Conſerva me Domine quoniam ſperavi in*
„*te.* Chriſtus aſſumpta quaſi hu-
„mani generis perſona pro ſe & nobis Patrem
„alloquitur, quem Dominum vocat, quod in
„forma ſervi fuerit. Conſervari autem ſe po-
„ſtulat propter Eccleſiam, quæ caro ipſius eſt.
„V. 2. *Dixi Domino*: *Deus meus es tu*, *quoniam*
„*bonorum meorum non eges*, ſcilicet ſacrificia
„juxta legem oblata, quæ verbum fidei elimi-
„nat.

v. 3. *Sanctis*, id eſt, ſanctificatis in Spiritu,
„*qui ſunt in terra ejus*, id eſt, Eccleſia, *mirifi-*
„*cavit*, ſeu docuit *omnes voluntates ejus* Patris
„*in eis*. v. 4. Multiplicatæ ſunt infirmitates
„eorum, cum idola colerent, *poſtea accelerave-*
„*runt*, id eſt audita prædicatione obtempera-
„verunt v. 5. *Non congregabo conventicula eo-*
„*rum de ſanguinibus*. Ubi, ait, congregabo
„Synagogas ex gentibus, non per legalem cul-
„tum eas congregabo, ſed per laudes & in-
„cruen-

„cruentum ſacrificium. *Nec memor ero nomi-*
„*num eorum per labia mea*, non ultra vocabun-
„tur idololatræ, ſed electi & ſancti.

v. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis*
„*mei.* Id eſt, Pater meus in ſortem mihi gen-
„tes donavit, cui obediens fui usque ad cali-
„cem mortis.

v. 6. *Funes eeciderunt mihi in præclaris meis,*
„*etenim hæreditas mea, præclara eſt mihi.* Vin-
„cula charitatis ait, quæ habuit erga Eccle-
„ſiam, quæ illi præclara ſeu accepta eſt.

v. 7. *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi*
„*intellectum, inſuper & usque ad noctem increpue-*
„*runt me renes mei*, ſeu occultæ cogitationes.
„v. 8. *Providebam Dominum... quoniam a dex-*
„*tris eſt mihi ne commovear.* Hæc Chriſtus ait,
„in quantum homo factus eſt. v. 10. *delectatio in*
„*dextera tua usque in finem.* In voluptatibus
„ſancti degent, poſtquam tempore reſurrectio-
„nis revixerint, quam voluptatem recipiemus
„a Chriſto, qui eſt in nobis & dextera eſt Pa-
„tris.

Oratio David XVI.

Argumentum.

„Canitur hic Pſalmus ex perſona hominis ſe-
„cundum Deum perfecti.

vers. 1. *Exaudi Domine juſtitiam meam*, non
„quod ſe juſtum prædicet, ita lo-
„quitur, ſed quaſi dicat: juſte imploranti au-

„xilium tuum & erui a perſecutione Saulis po„ſtulata concede v. 2. *de vultu* tuo, ſeu Uni„genito Filio tuo *judicium meum prodeat.*

v. 3. *Probaſti cor meum. . . & non eſt inventa* „*in me iniquitas*, ſeu verba blaſphema in Deum. „v. 4. *Ut non loquatur os meum opera hominum*, „ſeu nihil mortale, nihil humanum. *Propter* „*verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras*, „ſcilicet ob juſſa tua anguſtam & arctam por„tam ingreſſus ſum.

v. 5. *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis*, nul„lus enim ſibi confidat, ſed Deo innitatur. „v. 6. *Ego clamavi quoniam exaudiſti me*, tuam „expertus clementiam: igitur *inclina aurem* „*tuam mihi*, qui omnia audis. Inimici nam„que mei: *oculos ſuos ſtatuerunt declinare in ter*„*ram*, & non niſi quæ carnem ſpectant, ſen„tire ſuadent. v. 14. *Frameam tuam* juſtos pec„catores ad pietatem revocantes, eripe *ab ini*„*micis manuum tuarum*, ſeu Unigeniti Filii tui, „qui manus Dei eſt.

v. 14. *Domine a paucis* electis, *de terra di*„*vide eos*, impios: *& de abſconditis tuis* pœnis „quas tu noſti *adimpletus eſt venter eorum. Sa*„*turati ſunt filiis*, omni ſcilicet iniquitate, *&* „*dimiſerunt*, ſeu transmiſerunt, *reliquias ſuas*, „ſeu *eam parvulis ſeu filiis ſuis.* v. 15. *Ego au*„*tem in juſtitia apparebo conſpectui tuo*, non ero „ſimilis illis, ſed *tua gloria* per bona opera re„plebor.

In

In finem puero Domini David, quæ locutus eſt Domino verba cantici hujus in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus & de manu Saul & dixit.

Pſalmus XVII.

Argumentum.

„Continet Pſalmus irruptionem inimicorum, „implorationem divini auxilii, deſcenſum „Unigeniti, aſcenſionem ejus, & gentium „vocationem.

vers. 1. *Diligam te Domine fortitudo mea &c.* „cum ſenſerit Dei beneficia, chari„tatem illi offert, cui primas in præceptis Sal„vator detulit. v. 3. *Laudans invocabo Do„minum* &c. hic docemur, gratiam referre de „bonis acceptis, & poſtulare quæ deſunt. De„inceps varias inimicorum irruptiones recen„ſet.

v. 5. *Circumdederunt me dolores mortis*, in„viſibiles poteſtates: *torrentes iniquitatis*, ſeu „pravæ cogitationes, *dolores inferni*, dum diu „perſeverant, *laquei mortis*, quia nos per actua„le peccatum enecant.

v. 8. *Commota eſt & contremuit terra.* Quæ „in deſcenſu Chriſti evenere narrat, in quo „omnis terra fama ejus eſt repleta eſt. *Fun„damenta montium conturbata ſunt*, montes ſunt „malignæ poteſtates, fundamenta profundæ „cogitationes, quibus *iratus eſt Deus* quia ho„mi-

„mines deceperunt per multorum numinum „cultum. v. 9. *Aſcendit fumus in ira ejus.* Ira„tus eorum ignem, quo homines concrema„bant, reſtinxit, igne alio ardentiore, & *car„bones ſuccenſi ſunt ab eo*, illi ſcilicet, qui per „participationem divino igne ſunt illuminati.

v. 10. *Inclinavit cælos & deſcendit.* Ubi „deſcenſum Filii Dei prophetat: *& caligo ſub „pedibus ejus*: ubi occultum in Incarnatione „adventum & Dei inviſibilitatem ſignificat. „v. 11. *Aſcendit ſuper Cherubim & volavit*: aſcen„ſionem ejus in cœlum ſuper *pennas ventorum* „ſeu nubem indicat. v. 12. *Et poſuit tenebras „latibulum ſuum*, occultam ſcilicet Salvatoris „cum hominibus commorationem: *in circuitu „ejus Tabernaculum* ſeu Eccleſia *ejus* in quo ha„bitat; *tenebroſa aqua in nubibus aeris*, quia „quæ de illo prænuntiarunt Prophetæ, quæ „hic nubes vocantur, in obſcuro jacent: Sed „*præ fulgore in conſpectu ejus nubes tranſierunt*, id „eſt, lumen adventus ejus manifeſtas reddi„dit prophetias. *Grando & carbones ignis*: quæ „pluere fecit in ſpirituales inimicos, dum om„nes gentes ex dæmonum ſervitute liberaret.

v. 15. *Et apparuerunt fontes aquarum* &c. id „eſt, ſalutare Evangelii verbum, ſeu Apoſtoli, „vel etiam Baptismus, quæ ſunt fundamenta „orbis terrarum in quo fundati ſumus. Prædicti „autem hoſtes noſtri *ab increpatione* Domini ſub„lati ſunt, & *ab inſpiratione iræ* ſuæ, quam illis „prædixit.

v. 18.

v. 18. *Eripiet me de inimicis meis* &c. Tranſit ad ea enarranda, quæ pœnitentiæ cauſa „egit, propter quam ait, eripiet me de inimi„cis meis, & *retribuet mihi in* die *judicii ſecun„dum juſtitiam meam*, quia lapſus per ſecunda „bona opera in priſtinum ſe gradum reſtituere „poteſt.

v. 26. *Cum ſancto ſanctus eris.* Merito tuis „me beneficiis dignatus es, nam ſanctus cum „ſis, noſti cum ſancto ſanctificari. v. 28. *Quo„niam tu populum humilem* Apoſtolorum *ſalvum „facies, & oculos ſuperborum* Scribarum & Pha„riſæorum *humiliabis*. v. 29. *Quoniam tu illu„minabis lucernam* ſeu mentem meam, *& te„nebras meas* ſeu ignorantiam meam diſſi„pabis.

v. 31. *Deus meus impolluta via ejus* &c. in„gratitudinem Judæorum erga Chriſtum car„pit v. 33. *poſuit immaculatam viam meam* per „Evangelica præcepta: *ſuper excelſa ſtatuens me*, „docet me ſuperna ſentire. *Docet manus meas „ad prælium* &c. ad orandum, eleemoſynas & „alias virtutes exercendas: *dextera tua* ſeu Fi„lius *ſuſcepit me, & diſciplina tua* Evangelica „*correxit me*.

v. 38. *Perſequar inimicos meos* divina gratia „adjutus, *confringam illos* per animum paſſio„nibus vacuum. Nam *præcinxiſti me virtute* „gratia tua: & *inimicos meos dediſti mihi dor„ſum*, in fugam vertiſti. v. 44. *Conſtitues me „in caput gentium*, quod in Chriſto impletum eſt.

„*Populus quem non cognovi*, id eſt, nulla neceſ-
„ſitudine junctus mihi *ſervivit mihi. Filii alieni*
„increduli Judæi *mentiti ſunt mihi & inveterati*
„& interitui proximi ſunt.

v. 47. *Vivit Dominus & benedictus Deus meus,*
„*qui das vindictas mihi* adverſus infidelem po-
„pulum Judæorum, *& ſubdis populos* gentes
„Chriſto. *Propterea confitebor tibi in nationibus*
„ad Chriſtum converſis, *Magnificans ſalutem*
„illis allatam, quam etiam ad *ſemen meum* per-
„venire concedes.

In finem Pſalmus Davidi XVIII.

Argumentum.

„Initialem doctrinam hic Pſalmus complectitur
„ex perſona Apoſtolorum ad gentes. Unde
„cœlum, ſolem & reliqua elementa, quæ il-
„læ deos arbitrantur, opificem ſuum lauda-
„re oſtendit.

vers. 1. *Cœli enarrant gloriam Dei*, qui ex illis
„cognoſcitur. v. 2. *Dies diei eru-*
„*ctat verbum*, & *nox* &c. & concinno ſuo ordi-
„ne creatorem ſuum prædicant. v. 4. *Non*
„*ſunt loquelæ, neque ſermones* &c. & dantur res,
„quæ licet nullam emittant vocem, artificem
„tamen ſuum denuntiant. v. 6. *In ſole poſuit*
„*tabernaculum ſuum*, qui curſu ſuo jubentis po-
„tentiam declarat, v. 8. *Lex Domini immacu-*
„*lata* &c. ſcilicet Evangelica, quæ cognito
„Creatore ab ethnicis amplectenda, utpote

„con-

„*convertens animas & ſapientiam præſtans parvu-*
„*lis* ſeu rudibus.

v. 9. *Juſtificationes Domini rectæ lætificantes*
„*corda.* Id eſt, juſtificatio in judicio noſtro
„facta, dum ejecit principem ſæculi tribuens
„nobis lætitiam in corde. v. 10. *Timor Domi-*
„*ni caſtus*, abſtinens a peccato, *permanens in*
„*ſæculum ſæculi*, qui æternos efficit, quos in-
„greditur. v. 12. *In cuſtodiendis illis* præceptis
„*retributio multa*, quæ oculus non vidit, nec
„in cor hominis aſcendit.

v. 10. *Delicta quis intelligit* &c. Percurrit
„hic quæ ad juſtitiæ adminiſtrationem in ho-
„mines, & juris actionem ſpectant, deque hu-
„manis delictis agit, quæ dividit in ea, quæ
„conſulto, & in ea, quæ non ſponte fiunt, &
„ex his alia ex imbecillitate, alia ex neceſſita-
„te, alia ex errore fiunt.

In finem Pſalmus Davidi XIX.

Argumentum.

„Dicitur hic Pſalmus tanquam ex perſona fa-
„miliarium Davidis, qui ipſi ſacrificium of-
„ferenti bene precantur. Refertur quoque
„ad Apoſtolos, ea die pronuntiatus, qua Chri-
„ſtus crucifixus eſt.

vers. 1. *Exaudiat te Dominus in die tribulatio-*
„*nis*, & adſit tibi: *mittat tibi auxi-*
„*lium de ſancto:* precatione opus eſt ei, qui angi-

„tur, nec amittenda ſpes, ſic enim Deus ſit „propitius.

v. 6. *Lætabimur in ſalutari tuo.* Salutare Pa„tris in mundo Filius, ſalutare Filii in mundo „crux. v. 7. *Impleat Dominus omnes petitiones „tuas* pro credentibus factas: *nunc cognovi, quo„niam ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum*, ut„pote illuminatûs per Spiritum S. de ſua re„ſurrectione. *In potentatibus ſalutis dexteræ ejus.* „Salutem, inquit, nobis tribuit magnas vir„tutes operatus.

v. 8. *Hi in curribus, & hi in equis*, quos „cum genus humanum liberaret a ſpiritualibus „Ægyptiis contrivit. v. 10. *Domine ſalvum fac „regem.* Proinde tantum nacti patrocinium „ſupplicamus tibi Domine, ut tum nos, tum „Rex noſter eo fruamur aſſidue.

In finem Pſalmus Davidi XX.

Argumentum.

„Hunc Pſalmum amici regis offerunt, tam„quam lætante illo, quod ex ſemine ipſius „exortum mundo ſit ſalutare, quod factum „ipſi corona pretioſa, vita, diuturnitas inco„lumitatis, gloria, lætitia, ſpes & miſeri„cordia.

vers. 1. *Domine in virtute tua lætabitur Rex* &c. „v. 7. *Quoniam dabis eum in bene„dictionem in ſæculum ſæculi.* In omnibus ge„nerationibus celebris erit. *Lætificabis eum in*

„gau-

„*gaudio cum vultu tuo.* Vultus Patris eſt Fi-
„lius, cum illo futurum, ut in cœlo lætemur.
„v. 8. *Quoniam rex ſperat in Domino.* Superior
„eſt hoſtibus, quia tua gratia fruitur nulli ho-
„minum confidens, ſed in te ſolum ſpem col-
„locans.

v. 9. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis*
„*tuis.* Hæc ad ipſum Dominum pertinere vi-
„dentur, ob mala a Judæis ipſi illata. v. 10.
„*Pones eos ut clibanum ignis* &c. id eſt, ignis
„conſortes efficies quando reddes cuique juxta
„opera ſua. *Dominus in ira ſua conturbabit*
„*eos* &c. iram vocat ſupplicium, quo ſunt con-
„tumeliæ ipſi illatæ cauſa mulctandi. v. 11.
„*fructum eorum* ſeu mala verba, & pravas co-
„gitationes, *de terra perdes*, per reſurrectio-
„nem. v. 13. *Quoniam pones eos dorſum*, ſeu
„retrorſum & appendicem gentium. *In reli-*
„*quiis tuis præparabis vultum eorum.* Reliqui-
„ſti, ait, illis converſionis tempus ad pœni-
„tentiam. Hæc autem eſt vocatio & conver-
„ſio poſt plenitudinem gentium.

In finem pro ſuſceptione matutina Pſalmus David XXI.

Argumentum.

„Canitur hic Pſalmus pro ſuſceptione matu-
„tina redemptionis noſtræ & Reſurrectionis
„Chriſti. Canit vero Pſalmum Chriſtus
„ex perſona humanitatis, & ea narrat,
„quæ

„quæ crucis tempore a Judæis illata ipſi
„ſunt.

vers. 1. *Deus Deus reſpice in me, quare me
„de reliquiſti.* Poſtulat inſpectio-
„nem Patris noſtra in ſe transferens, ut
„ brogaret maledictionem & derelictionem.
„*Longe a ſalute mea. verba delictorum meorum.*
„Vide Chriſtum in humanitate poſtulantem li-
„berari delictis alienis, & juſtitiam cuique ho-
„mini congruentem.

v. 3. *Deus meus clamabo per diem & non ex-
„audies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi,*
„quo oſtendit, non inutilem eſſe orationis fru-
„ctum, quia cum *in Sanctis habites*, qui men-
„tem in te poſitam habent, *laus* & gloria ipſis
„es. v. 5. *In te ſperaverunt Patres noſtri*, Pa-
„triarchæ & Prophetæ, *& liberaſti eos*, quod
„eſt lucrum ſpei.

v. 7. *Ego autem ſum vermis & non homo.*
„Docet eſſe humiles oportere accedentes ad
„Deum. *Opprobrium hominum & abjectio plebis.*
„Hæc Evangeliſta in tempore crucis factum
„ipſi enarrat Marc. 15. v. 30. v. 10. *Quoniam
„tu es, qui extraxiſti me te ventre*, hoc ait, quia
„ſecundum beneplacitum Patris factus eſt ho-
„mo.

v. 13. *Circumdederunt me vituli multi*, ſeu
„Judæorum principes. v. 15. *Diſperſa ſunt
„omnia oſſa mea:* id eſt, diſcipuli mei, ſeu ſa-
„cra Eccleſiæ dogmata. *Et factum eſt cor meum
„tamquam cera liqueſcens*, dolens de Judæorum
„&

„& Judæ pernitie. v. 16. *Aruit tamquam teſta* „*virtus mea* &c. Sitim ſignificat, qua in cruce „laboravit. *Et in pulverem mortis deduxiſti me*: „guſtavit enim Chriſtus mortem, ſed anima „ejus non eſt derelicta in inferno, nec caro ejus „vidit corruptionem. v. 17. *Circumdederunt me* „*canes multi*, principes. *Foderunt manus meas* „*& pedes meos*: de crucifixi clavis loquitur. „*Dinumeraverunt omnia oſſa mea*. ut explora- „rent, ubi figerent clavos. *Conſideraverunt* „*& inſpexerunt me*, id eſt, irriſerunt. *Diviſe-* „*runt ſibi veſtimenta mea.* Quæ in Evangeliis ex- „plicata ſunt.

v. 20. *Tu autem Domine ne elongaveris auxi-* „*lium tuum a me.* Jam in preces ſermonem „commutat, & docet, quomodo oporteat in „tentationibus Deum invocare, nec frangi ca- „lamitatibus. v. 21. *Erue a framea Deus ani-* „*mam meam* &c. his malitiam Judæorum ſigni- „ficat per frameam ſcilicet, manum canis, os „leonis, cornua unicornium. v. 22. *Narrabo* „*nomen tuum fratribus meis*, *in medio Eccleſiæ* „*laudabo te.* Docuit nos eum, qui vere Deus „eſt, & conſubſtantialem ipſi Patrem, qui ut „homo conjunctus eſt per Eccleſiam.

v. 24. *Qui timetis Dominum laudate eum* &c. „Eccleſiam ex gentibus & Judæis congrega- „tam ad hymnum concinendum excitat. „v. 26. *Apud te laus mea*, ſeu glorificatio a Pa- „tre edita. Joan. 12. v. 21. *Vota mea* ſeu preca- „tionem Patri offeram.

v. 27.

v. 27. *Edent pauperes & ſaturabuntur* &c.
„Hiſce gentium vocatio præſignificatur. v. 30.
„*Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues*
„*terræ.* Spiritalem ſcilicet cibum, & pingues
„vocat ob divinorum eloquiorum ſuccum. *In*
„*conſpectu ejus cadent omnes* genua flectentes *qui*
„*deſcendunt in terram*, id eſt, in pernitiem ruunt.

v. 31. *Et anima mea illi vivet*, & *ſemen*
„*meum*, ad fidem vocati *ſerviet ipſi*, *generatio*
„*ventura* ex gentibus.

Pſalmus David XXII.

Argumentum.

„Canitur hic Pſalmus ex perſona gentium exul-
„tantium, quod Dominus ipſe ad paſcua &
„myſticum convivium eos deduceret.

vers. 1. *Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit.*
„*in loco paſcuæ* ſpiritalis *me collo-*
„*cavit.* v. 2. *Super aquam refectionis*, ſcilicet
„ſacrum baptiſma *educavit me*, *animam meam*
„*convertit* ex captivitate diaboli, ex morte ad
„ad vitam.

v. 3. *Virga tua* Chriſtus virga virtutis, ſeu
„erudiendi poteſtas, *& baculus tuus*, patrocinium
„in conſolando ſitum, *ipſa me conſolata ſunt.*
„v. 5. *Impinguaſti in oleo caput meum.* Hoc
„ſignificat myſticum chriſma. *Et calix tuus*
„*inebrians me.* Rurſum de myſtica agit lætitia.
„*Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus die-*
„*bus*, inſuperque prædicta nacti *habitabunt in*
„*domo ejus.*

In finem Pſalmus David una Sabbatorum XXIII.

Argumentum.

„Aſcenſum Domini præſens Pſalmus prænuntiat, necnon gentium, & vocationem, & quomodo cœleſti domicilio dignatæ „ſunt.

vers. I. *Domini eſt terra & plenitudo ejus.* Hiſce „prædicat regnum unigeniti Dei „Verbi in gentes. v. 2. *Ipſe ſuper maria fundavit eum.* Chriſtum terræ opificem declarat, „& potentiam ejus oſtendit.

v. 3. *Quis aſcendet in montem Domini.* Poſtquam fidem expoſuit, operum doctrinam „enarrat. v. 4. *Innocens manibus* &c. *qui non accepit in vano*, ſeu ſuperbia *animam ſuam.*

v. 7. *Attolite portas principes veſtras.* Angeli „Salvatoris in terra miniſtri ipſo aſcendente „cœleſtibus virtutibus denuntiant, ut portas „aperiant. v. 8. *Quis eſt iſte rex gloriæ?* interrogant ſupernæ virtutes *Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.* Qui cum Chriſto aſcenderunt, „angelos in cœlo edocent, quod is, qui ſpiritales hoſtes conculcavit, ſit rex gloriæ.

Pſalmus David XXIV.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo quilibet vocatus & electus inducitur, ut ad ſpiritalem vitam dirigatur. „Hæc porro verba tempore martyrii recitatu opportuna ſunt.

vers.

vers. 1. *Ad te Domine levavi animam meam.*
„Ab idololatria converſi loquun-
„tur. v. 3. *Confundantur inique agentes ſuper-*
„*vacue.* Hæc de Idololatris loquitur. v. 4. *De-*
„*licta juventutis meæ & ignorantias meas ne me-*
„*mineris.* Juventutem ſtultitiam vocat, ſeu
„idololatriæ tempus.

v. 8. *Propter hæc legem dabit delinquentibus in*
„*via*, illuminabit peccatores, & eis indicabit
„viam. v. 8. *Univerſæ viæ Domini miſericordia*
„*& veritas*: nam pœnitentibus miſericordiam
„offert & veniam. v. 14. *Firmamentum eſt Do-*
„*minus timentibus eum, & teſtamentum ipſius*, ſci-
„licet Evangelium ceu ſalutis viam, manife-
„ſtabit illis.

v. 17. *Tribulationes cordis meæ multiplicatæ*
„*ſunt*: ſed has ærumnas appendens cum pec-
„catis meis da remiſſionem, & *de neceſſitatibus*
„*meis erue me.* v. 18. *Vide humilitatem meam*
„*& laborem meum*: oportet enim non fractos
„animo eſſe fidentes miſericordiæ Dei, ſed ad-
„ferre operum laborem. v. 21. *Innocentes &*
„*recti adhæſerunt mihi.* Et hoc proprium vir-
„tutis eſt, improborum congreſſus fugere, re-
„cti autem cultores in familiaribus habere.

In finem Pſalmus David XXV.

Argumentum.

„Inducitur perſona credentium in Chriſtum
„contradicentibus interea communionis con-
„ſtitutioni Judæis adverſus Chriſtum conve-
„nientibus.

vers.

ers. 1. *Judica me Domine, quoniam ego in in-„nocentia mea ingreſſus ſum.* Innocentiam dicit non communicare cum perfidia Judæorum. v. 2. *Proba me Domine & tenta me.* Si perveſtiges profunda animæ meæ, in te ſolo omnem mentis ſollicitudinem me reponere deprehendes, adeoque tibi acceptus ero.

v. 4. *Non ſedi cum conſilio vanitatis* iniquiſſimorum Judaici populi Principum. v. 6. *Lavabo inter innocentes manus meas:* purus ero a fœdiſſimis eorum geſtis. *Et circumdabo altare tuum Domine:* ubi rationabilem cultum prædicat. v. 8. *Domine dilexi decorem domus tuæ:* decor domus ſunt, qui religioſe in Eccleſia degunt.

v. 9. *Ne perdas cum impiis animam meam.* Rogat a ſupplicio eximi Judæis parato. v. 10. *Dextera eorum repleta eſt muneribus:* aut quia donis jus perverterent; aut quia donis proditorem corrupiſſent, aut quia injuſte raperent.

Pſalmus David priusquam liniretur XXVI.

Argumentum.

„Inſtructionem adverſus hoſtes complectitur „hic Pſalmus, quæ ex bonis ſibi a Deo col-„latis nota erat, & cum confeſſione rogat, „ſecundis ſe donis augeri.

verſ. 1. *Dominus illuminatio mea & ſalus mea,*
„quem timebo? Adverſarias pote-
„ſtates deſpicit, quia in Domini illuminatione
„confidit. v. 2. *Dum appropiant ſuper me no-*
„centes animo me perdendi, quod ſperabant
„mihi malum, accidit ipſis.

v. 4. *Ut inhabitem in domo Domini.* Æqua
„poſtulatio, quam concedere Deo dignum eſt.
v. 5. *Ut videam voluptatem Domini:* in qua ſa-
„lutem ſum conſecutus. v. 6. *In petra exal-*
„tavit me, id eſt, in Chriſto: *cantabo & Pſal-*
„mum dicam Domino. Per hæc verba: San-
„ctus, ſanctus, ſanctus.

v. 11. *Legem pone mihi Domine in via tua,*
„ſcilicet legem Evangelicam, quæ recta via
„eſt. v. 12. *Et mentita eſt iniquitas ſibi.* Id eſt,
„fracta eſt iniquitas, qua impetebamur. v. 13.
„Credo videre bona Domini in terra viventium,
„ſuperna Jeruſalem.

Pſalmus Davii XXVII.

Argumentum.

„Præſentem canit Pſalmum ex perſona cre-
„dentium in Chriſtum, & Dei orat auxi-
„lium, & veſaniæ Judæorum execrationem
„continet.

vers. 1. *Ad te Domine clamabo . . . & aſſimi-*
„labor deſcendentibus in lacum, ſeu
„infernum. v. 3. *Ne ſimul trahas me cum pec-*
„catoribus, Judæis: *qui loquuntur pacem cum*
„pro-

„*proximo ſuo*, Salvatorem magiſtrum & bo-
„num appellantes, & mala molientes ipſi.
„v. 5. *Quoniam non intellexerunt opera Domini*,
„id eſt, noluerunt propriam admittere ſalutem.

v. 7. *Et refloruit caro mea.* Aperte his re-
„ſurrectionem prædicit. *Et ex voluntate mea*
„non invitus, ſed voluntarie *confitebor ei*, pœ-
„nitentiam de delictis & gratias pro beneficiis
„agendo.

v. 8. *Et protector ſalvationum Chriſti ſui eſt.*
„Chriſtum hic vocat populum in regale ſacer-
„cerdotium inunctum, hunc Dominus prote-
„git, ut illi ſalutem paret. v. 9. *Et paſce il-*
„*los* miſſo Paraclito, *& extolle illos usque in*
„*æternum*, id eſt, ſublimes age in infinita ſæ-
„cula.

Pſalmus David de exitu Tabernaculi XXVIII.

Argumentum.

„Canitur hic Pſalmus ejecto Iſraelis populo
„gentibusque eorum vice accitis.

vers. 1. *Afferte Domino filii Dei.* Filios Dei
„vocat ſanctos Apoſtolos. *Afferte*
„*Domino filios arietum*, id eſt, qui ex Judæis
„& gentibus ad fidem Chriſti ſunt vocati.
„v. 2. *Afferte Domino gloriam & honorem.*
„Gloriam adfert Domino, qui bonis operibus
„vacat: honorem adfert, qui bona edit opera.
„*Adorate Dominum in atrio ſancto ejus.* Non

„oportet extra Eccleſiam adorare, quod he-„terodoxorum cauſa dicitur. Poſſumus etiam „per atrium cœleſtem manſionem intelligere.

v. 3. *Vox Domini ſuper aquas.* Aquas di-„cit eorum multitudinem, qui per eas ſalu-„tem conſequuntur. Aquæ etiam ſunt ſancti, „quoniam flumina cœleſtis doctrinæ de eorum „ventre fluunt. Super has aquas Dominus „eſt. v. 5. *Vox Domini confringentis cedros*, „id eſt, ſublimes judaici populi homines. „v. 6. *Et comminuet eas tamquam vitulum Li-„bani.* Vitulus, id eſt, altare. *Et dilectus „quemadmodum filius unicornium.* Dilectus Apo-„ſtolorum chorus filius fuit unicornium. Uni-„cornes autem ſunt ſancti Prophetæ & Pa-„triarchæ; quorum filii ſunt Apoſtoli, qui „cornu & fortitudinem in ſolo Deo habuerunt.

v. 7. *Vox Domini intercidentis flammam ignis* „Promiſſionem illam ſignificat, qua Sanctis pro-„miſit: ſi per medium ignis tranſieris, ignis „te non comburet. *Iſ.* 43. v. 8. *Vox Domini „concutientis deſertum*, id eſt, Eccleſiam g - „tium, Dei cognitione deſtitutam. *Et com-„movebit Dominus deſertum Cades*, id eſt, pro-„teget ſanctam Dei Eccleſiam. v. 9. *Vox Do-„mini præparantis, inſtruentis, cervos*, ſanctos „ſcilicet Apoſtolos, *& revelavit condenſa*, Ec-„cleſiam olim infructuoſam.

v. 10. *Dominus diluvium inhabitare facit*, id „eſt, multitudinem gentium. *Et ſedebit Do-„minus rex in æternum*, cui curvabitur omne

„genu.

„genu. v. 11. *Dominus virtutem populo ſuo da-*
„*bit*, in qua omnia poſſumus. *Dominus bene-*
„*dicet populo ſuo in pace*, pacem illi dando.

Pſalmus Cantici in Dedicatione domus Davidi XXIX.

Argumentum.

„Pſallit pro conceſſa venia peccatorum gratias „agens, & rogans, tutum ſe in futuro ſer„vari: alioſque docet, ut in ſimili caſu pre„ces ad Deum emittant.

vers. 1. *Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti* „*me.* v. 6. *Quoniam ira in indi-* „*gnatione ejus:* quam ſinguli per peccata ſua „ſibi attrahunt, nam ejus *voluntas* eſt *vita.* „*Ad veſperam demorabitur fletus &c.* nullus „enim tam ingens peccatorum numerus eſt, „quem non celeriter pœnitentia in exultatio„nem vertat.

v. 9. *Ego autem dixi in abundantia mea, non* „*movebor in æternum.* Cauſam lapſus enarrat, „quia in proſperis rebus altos ſpiritus aſſumſit, „unde Deus faciem ſuam ab eo avertit. *Ad* „*te Domine clamabo . . . quæ utilitas in ſangui-* „*ne meo, dum deſcendo in corruptionem?* neque „mihi neque aliis ulla erit utilitas, ſin vero „audieris vocem meam, & *converteris luctum* „*meum in gaudium*, gloriam meam recuperabo „*non compungar* a prava conſcientia. v. 12. „*Nam conſcidiſti ſaccum*, ſeu luctum meum, & „circumdediſti me lætitia.

In finem Pſalmus Davidi in extaſi XXX.

Argumentum.

„Præſentem canit Pſalmum a peccato quo „quaſi a ſana mente anima in extaſin exce- „dit, liberari cupiens.

vers. 1. *In te Domine ſperavi . . . inclina ad „me aurem tuam* te adtemperando „mihi. v. 7. *Odiſti obſervantes vanitates*, id „eſt, hujus vitæ diſtractiones, quibus ſuper- „vacue in vanum laboramus. v. 9. *Nec con- „cluſiſti*, tradidiſti *me in manibus inimici*, *ſtatui- „ſti in loco ſpatioſo pedes meos*, ſeu ſtatuiſti me „in locum pacificum. *Conturbatus eſt in ira „oculus meus*, id eſt, mens mea, *& venter „meus*, ſeu memoria mea.

v. 10. *Quoniam defecit in dolore vita, & „annos meos in gemitibus* transegi ob malorum „vehementiam. *Infirmata eſt in paupertate vir- „tus mea*, propter peccata mea infirmatus ſum, „*& oſſa mea*, ſeu animæ facultates, *conturbata „ſunt.*

v. 12. *Super omnes inimicos meos factus ſum „opprobrium &c.* qui me convitiis onerabant, „& *noti mei ſugerunt a me* ſacco & cinere ma- „cerato, & fugientibus illis in *oblivionem* veni, „& ceu *mortuus & vaſi perdito* ſimilis videbar. „v. 14. *Quoniam audivi vituperationem*, ſeu inſi- „dias *multorum.*

v. 18. *Domine non confundar, quoniam invo-*
„*cavi te.* Multum inter peccatum & impieta-
„tem diſcriminis eſt: hinc rogat David peccati
„ſe turpitudine liberari, eos autem, qui in
„impietate vivunt, morte affici. v. 20. *Quam*
„*magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam*
„*abſcondiſti*, cuſtodiſti & perfeciſti *timentibus te.*

v. 21. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ.*
„Facies tua tegumentum ſperantibus in te fa-
„ctum eſt, ut neque ab iis, qui verbo ipſis
„nocere tentant, nec qui operibus oppugnant,
„ſuperentur. v. 23. *Ego autem dixi in exceſſu*
„*mentis meæ: projectus ſum.* Cum me humiliarem
„in ſuperveniente mihi mentis exceſſu me ma-
„cerabam quaſi ob peccatum meum projectus,
„tu vero Domine non abjeciſti famulum tuum.

Pſalmus ipſi David, Intellectus XXXI.

Argumentum.

„Ærumnas queis in agenda pœnitentia per-
„functus eſt David proponens, beatos illos
„prædicat, qui per lavacrum regeneratio-
„nis veniam ſunt conſecuti. Intellectus
„autem Pſalmus inſcribitur, quia illo ma-
„xime egent homines, ne equis & mulis
„ſimiles fiant.

vers. 1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates*
„*& quorum tecta ſunt peccata.* Di-
„mittuntur iniquitates per Baptiſma, tegun-
„tur per amaram pœnitentiam. v. 3. *Quo-*
„*niam inveteraverunt oſſa mea &c.* Tacui cum

 „non

„non poſſem amplius vocem emittere. Quid „autem clamavit, niſi veniam peccati rogans. „v. 4. *Converſus ſum in ærumna dum configitur* „*ſpina.* Spinam vocat peccatum, unde ſenſus „eſt: poſtquam confixum eſt animæ meæ pec„catum, in ærumnis verſatus ſum.

v. 5. *Delictum meum cognitum tibi feci.* Mo„dum confeſſionis ſignificat. Dixi *confitebor* „*adverſum me injuſtitiam*, nam juſtus principio „ſermonis accuſator eſt ſui: tu prior, inquit „enarrato peccata tua. v. 6. *Pro hac* venia „obtinenda *orabit ad te omnis Sanctus*, vel om„nibus pœnitentiæ exemplar ero; vel quod „omnes gentes futuræ per hunc Pſalmum re„citatum confiterentur pro peccato ejus. *Ve*„*rumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum* „*non approximabunt.* Pœnitentiam agentem, „inquit, multitudo tentationum non obruet.

v. 7. *Tu es refugium meum &c.* rogat a ma„lis per peccatum invectis eripi, & reſpondet „Deus, promittens ſe illi *in via recta* ducem „futurum. v. 9. *Nolite fieri ſicut equus & mu*„*lus, quibus non eſt intellectus.* Hortatur pec„cantes, ne ſe belluinis moribus dedant. *In* „*camo & fræno maxillas eorum conſtringe.* Eos „qui pœnitere noluerint, ceu quodam fræno „ad te converte.

Pſal-

Pſalmus David, qui caret titulo apud Hebræos XXXII.

Argumentum.

„Docet credentes in Chriſtum laudare Domi-
„num ſuum, qui eſt redemptor univerſo-
„rum, Dominus, improbos nihili facit,
„eorum conſilia diſſipat, ſperantes autem
„in ſe ſalvos facit.

vers. 1. *Exultate juſti in Domino . . . in Pſal-
„terio decem chordarum pſallite illi.*
„Pſalterium decem chordarum corpus vocat,
„eoquod quinque ſenſibus ſit præditum, &
„quod quinque operationes per ſingulos ſenſus
„anima habeat. v. 3. *Cantate ei canticum no-
„vum.* Aperte dicit, legem Moyſis finem ac-
„cepiſſe. v. 4. *Quia rectum eſt verbum Domini*
„Evangelicum.

v. 5. *Diligit miſericordiam & judicium Do-
„minus, miſericordia Domini plena eſt terra.*
„Oſtendere incipit, ipſum rerum omnium
„creatarum opificem eſſe, & quidem primo
„terræ, quæ ejus miſericordia conſiſtit, ne-
„que cœli, niſi *verbo ejus firmati fuiſſent*, ubi
„quoque S. S. Trinitas declaratur, nam ſe-
„quitur: *& Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*,
„os enim Dei Spiritum ſanctum dicit.

v. 7. *Congregans ſicut in utre aquas maris*,
„in nubibus enim continet illam. *Ponens in
„theſauris abyſſos*, quos ceu in theſauris obſi-
„gnat, ne ſcaturientes terram inundent.

v. 8. *Timeat Dominum omnis terra*, nec ul„tra dæmonibus cultum offerat: *ab eo autem* „*commoveantur omnes inhabitantes orbem* idolola„træ, qui audito ejus nomine illi pareant.

v. 10. *Dominus diſſipat conſilia gentium &c.* „& Judæorum inſidias irritas fecit poſt tri„duum reſurgens. v. 11. *Cogitationes cordis* „*ejus*, dogmata & decreta in hoc & futuro „ſæculo *in generationem* & *generationem* manent.

v. 12. *Beata gens in Chriſtum* credens, *cu*„*jus eſt Dominus Deus ejus.* v. 15. *Qui finxit* „*ſigillatim corda eorum*, ſeu Deus novit homi„num corda. v. 18. *Ecce oculi Domini ſuper* „*metuentes eum.* Oculi Domini ſunt ſpeculatrix „ejus poteſtas: aut Filius & Spiritus ſanctus, „ita ut in medio duorum luminum ſit Pater „luminum. v. 19. *Et alat eos in fame*, tem„pore perſecutionis per Spiritum ſanctum.

Pſalmus Davidi, quando immutavit vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum & abiit XXXIII.

Argumentum.

„David fugiens Saulem miſſum ſe ab eo dicens, „& ab Abimelech enſem Goliathi petens, „quia aliud dicebat, aliud ſentiebat, dici„tur immutaſſe vultum ſuum. Canit autem „hunc Pſalmum novo populo, doctrinam „introducens Evangelici cultus.

vers.

vers. 1. *Benedicam Dominum in omni tempore. . . in Domino laudabitur anima „mea.* Etſi nonnihil boni in operibus meis re„periatur, id non mihi ſed Deo adſcribo. *Au„diant manſueti & lætentur,* ob ſalutem mihi „conceſſam.

v. 6. *Iſte pauper clamavit, & Dominus exau„divit eum.* Unde ex iis, quæ mihi accide„runt, diſcite fiduciam habere in Dominum, „qui me paſtorem hoſtibus meis præſtantiorem „exhibuit. v. 8. *Guſtate & videte, quoniam ſua„vis eſt Dominus.* Ex vero, ait, pane guſtate, „qui deſcendit ex cœlo: *beatus vir, qui ſperat „in eo:* futuram enim vitam conſequetur.

v. 11. *Venite filii audite me, timorem Domini „docebo vos* &c. Doctrinam gentibus prædi„candam proponit, cujus primo eſſe ait timo„rem Dei. 2do *non obtrectare* fratri. 3tio ab „omni *doloſo verbo* labia coercere. 4to *abſti„nere a malo*, quod docet timor, & facere bo„num, quod docet amor, quare amans timen„te eſt præſtantior. 5to *pacem* quæ Chriſtus „eſt, *perſequi* & adipiſci. Quarum rerum ſolli„citudo *vita* eſt & *dies boni.*

v. 21. *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum.* „Oſſa virtutes animi dicit. v. 22. *Mors pecca„torum peſſima.* Animæ mortem intelligit, „quam excipiet ignis æternus.

Pſal-

Pſalmus David XXXIV.

Argumentum.

„Propoſita verba dicuntur ex perſona ejus, qui „Deo confidens ab occultis poteſtatibus op„pugnatur: vel ex perſona chori Apoſtolo„rum: vel ex perſona Chriſti enarrantis „paſſionem ſuam ad patientiæ hortamentum „iis, qui propter Deum impugnantur.

vers. 1. *Judica Domine nocentes me* &c. Per„ſonæ Apoſtolorum convenit ſup„plicatio. v. 2. *Apprehende arma & ſcutum* &c. „Seu ultrices poteſtates a Domino ad opem „juſtis ferendam miſſas. v. 4. *Avertantur re„trorſum.* Bene agitur cum illis, qui ad vitia „transmeant, ſi convertantur retrorſum.

v. 10. *Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam, „interrogabant me.* Hinc inducitur Chriſti per„ſona ad tribunal principum Sacerdotum falſo „delati. *Retribuebant mihi mala pro bonis, ſte„rilitatem animæ meæ.* Hoc ait, quia indigni „viſi ſunt illi vocari Filii Dei.

v. 12. *Ego autem cum mihi moleſti eſſent, in„duebar cilicio.* Lugebat enim eorum perni„ciem. *Et humiliabam in jejunio animam meam.* „Ut confirmaret incarnationem, noluit jejunio „abſtinere. *Et oratio mea in ſinu meo converte„tur.* Nihil enim in peccato perſiſtentibus pro„fuit precatio mea.

v. 14. *Quaſi proximum & quaſi fratrem no-*
„*ſtrum ſic complacebam*, ſeu curabam eos bene-
„ficiis demereri, volens eos ad ſanitatem re-
„ducere, unde eorum cauſa lugebam. v. 15.
„*Et adverſum me lætati ſunt, & convenerunt.*
„Hæc mihi obſonia, quod eorum cauſa dole-
„rem, retribuerunt. *Congregata ſunt ſuper me*
„*flagella, & ignoravi*, nullam cauſam, cur me
„flagellarent, comperiebam.

v. 16. *Diſſipati ſunt* in varias ſententias de
„me abeuntes, *nec compuncti* &c. non intelli-
„gentes contra quem talia admitterent. Un-
„de auxilium a Deo & ultionem poſtulat.
„v. 17. *Reſtitue animam meam a malignitate eo-*
„*rum, a leonibus* adverſariis poteſtatibus vel Ju-
„dæorum magiſtratu *unicam* ſeu dilectam *meam.*

v. 19. *Qui oderunt me gratis, & annuunt ocu-*
„*lis*, dolos ſtruunt. v. 21. *Et dilataverunt ſu-*
„*per me os ſuum* blasphema dicta dum in cruce
„penderet, in ſe conjecta memorat. *Dixe-*
„*runt: euge euge! viderunt oculi noſtri:* ac ſi op-
„tatum haberent exitum, quando in ligno ſu-
„ſpenſus fuerat. v. 22. *Vidiſti Domine ne ſi-*
„*leas* &c. Homo factum unigenitum Dei Ver-
„bum non amittens eſſe Deus rogat injuriæ
„noſtri cauſa per dæmones illatæ judicem Pa-
„trem, & diſſipari ſuperborum contumeliam,
„ita illi in pudorem vertentur, & juſti exulta-
„bunt gratias agentes de data ſalute.

In

In finem ſervo Domini ipſi David Pſalmus XXXV.

Argumentum.

„Superbiæ Judæorum accuſationem, malitiæ „eorum confutationem, gratiarum actionem „pro collatis per Jeſum beneficiis, & pre„cationem ad cavendam ſuperbiam hic Pſal„mus continet.

vers. 1. *Dixit injuſtus, ut delinquat in ſemetipſo.* „Id eſt, putat occulta ſua conſilia „neminem conſpicere: cujus cauſa eſt, quia „*non eſt timor Dei ante oculos ejus.* Unde *doloſe* „*egit*, nolens prave commiſſa averſari: *ut in*„*veniatur iniquitas ejus ad odium:* neque illud, „ait, conſiderat, quod Deus peccatum ejus de„prehendat, & odio habeat. v. 4. *Iniquitatem* „*meditatus eſt in cubili ſuo*, vigiles noctes eorum, „qui Chriſto inſidias parabant, ſignificat.

v. 5. *Domine in cœlo miſericordia tua*, qua „rationales poteſtates conſiſtunt. *Et veritas* „*tua usque ad nubes: juſtitia tua ſicut montes Dei.* „Veras eſſe Prophetarum promiſſiones oſtendit. „*Judicia tua abyſſus multa*, id eſt imcompre„henſibilia. v. 7. *Homines*, ſcilicet Iſraelitas, „vel juſtos, *&* *jumenta*, nempe gentes ſeu pec„catores *ſalvabis Domine.*

v. 8. *Filii autem hominum in tegmine alarum* „*tuarum ſperabunt*, te protectorem Evangelici „verbi obtinebunt. v. 9. *Inebriabuntur ab uber*„*tate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ po*-

„*tabis*

„*tabis eos*: hic torrens Chriſtus eſt, inſuper & „fons vitæ. & lumen de lumine. v. 12. *Non* „*veniat mihi pes ſuperbiæ* rogat ſe nulla moveri „paſſione: *& manus peccatoris non moveat me.* „Neque me, inquit, pravum facinus prope „te ſtantem dimoveat.

Pſalmus ipſi David XXXVI.

Argumentum.

„Hic Pſalmus abſtinentiam a malis bonorum„que ſtudium novo populo prædicat, ſpe „præmiorum juſtis & ſuppliciis malis reſer„vatorum.

vers. 1. *Noli æmulari in malignantibus* &c. „Malitiam fugere hortatur. v. 3. „*& inhabita terram, & paſceris in divitiis ejus.* „Teram dicit S. Scripturam, in qua ſitæ ſunt „Sanctorum divitiæ ſeu promiſſiones. v. 5. *Re*„*vela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe* „*faciet*: ſcilicet, educet quaſi lumen juſtitiam „tuam &c. erit enim juſtitia tua tamquam lu„men omnibus manifeſta meridiana luce ſplen„didior.

v. 7. Noli æmulari in eo, qui proſperatur in „*via ſua*: ne æmuleris felicitatem iniquitate „comparatam. *Noli æmulari, ut maligneris*: qui „enim temporaneæ proſperitati fidunt oblivio„ni penitus tradentur. v. 12. *Obſervabit pec*„*cator juſtum*, id eſt, diabolus. *Dominus au*„*tem irridebit eum*, & inſidias ejus deſtruet,

„pro-

„*proſpiciens*, quod *diem* ſtatuit, in quo illi ſem-
„piternum ſupplicium retribuet.

v. 14. *Gladium evaginaverunt peccatores*. . .
„Gladius eorum intret in corda ipſorum. Ea
„enim dæmones mala ſunt perpeſſi, quæ ſan-
„ctis inferre moliebantur. v. 21. *Mutuabitur*
„*peccator & non ſolvet*: quippe peccator gratias
„non agit, de collatis ſibi a Deo beneficiis.
„Juſtus autem miſeretur & tribuit, & miſeri-
„cordiam retributionis loco ſolvit.

v. 23. *Apud Dominum greſſus hominis diri-*
„*gentur*: recipit enim mercedem operum ſuo-
„rum. v. 24. *Cum ceciderit* ſubinde in pecca-
„tum *non collidetur*, & nihil mali hinc illi eve-
„niet, cum Deum habeat ſe confirmantem, *nec*
„*ſemen ejus quærens panes*, ſpirituales, ſeu divi-
„nos ſermones. v. 27. *Et inhabita in ſæculum*
„*ſæculi*: hæreditate, inquit, accipies æterna ta-
„bernacula.

v. 30. *Os juſti meditabitur ſapientiam*, ſeu di-
„vina eloquia: *Lex Dei in corde ipſius*, *& non*
„*ſupplantabuntur greſſus ejus*; quia non negli-
„get juſtum Dominus improborum inſidiis ap-
„petitum. v. 33. *Nec damnabit eum*, *cum judi-*
„*cabitur illi*: id eſt, quando ſententia de illo
„feretur.

v. 35. *Vidi impium ſuperexaltatum*. . .
„*Et tranſivi & ecce non erat*: imo neque locum,
„in quo conſiſtere videbatur, reperire facultas
„fuit. v. 37. *Cuſtodi innocentiam & vide æquita-*
„*tem*

„*tem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.* Et „ſupplicia improborum, & hæreditas proborum „tibi ſuadeant ut ſimplicitatem & innocen„tiam ſecteris.

Pſalmus ipſi David in rememorationem de Sabbato XXXVII.

Argumentum.

„Hunc canit Pſalmum aſſiduam memorans ca„lamitatem, quam propter peccatum ſuſti„nuit, & Deum rogat, ſibi Sabbatismos, „ſeu calamitatum finem concedi.

vers. 1. *Domine ne in furore tuo arguas me, ne„que in ira tua corripias me.* Cor„ripit nos Dominus, cum nos ad virtutis re„cordationem deducit. Sanctus autem redar„gutionem & corectionem non repudiat, ſed „eam, quæ cum furore & ira conjuncta eſt. „v. 3. *Quoniam ſagittæ tuæ*, ultrices poteſtates „*infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum* „*tuam*: tetigit me manus tua peccati cauſa „corripiens. v. 4. *Non eſt pax oſſibus meis*: vir„tuti animæ meæ ob peccata mea, quæ *ſicut* „*onus grave gravata ſunt ſuper me*, ob conſcien„tiæ motum ad deſperationem tendentis.

v. 6. *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices* „*meæ*, peccata mea, *a facie inſipientiæ meæ*, „ex qua illa proceſſerunt. v. 9. *Afflictus ſum*... „*rugiebam a gemitu cordis mei*: caſtigans con„ſcientiam meam id efficiebam, ut cor in ge„mitus erumperet. *Cor meum*, id eſt, vis ani-

„mæ rationalis, *conturbatum eſt, & lumen ocu-*
„*lorum meorum*, id eſt, Spiritus animi oculis
„illuceſcens, *non eſt mecum.*

v. 12. *Amici mei, & proximi mei*, Abſalom &
„Achitophel *adverſum me appropinquaverunt, &*
„*ſteterunt, & qui juxta me erant*, angeli auxilia-
„tores mei, *de longe ſteterunt. Et vim facie-*
„*bant*, irruebant in me dæmones, *qui quære-*
„*bant animam meam:* parantes mihi inſidias.
„v. 17. *Et dum commoventur pedes mei* ob pec-
„catum, *ſuper me magna locuti ſunt*, altos Spi-
„ritus aſſumpſerunt.

v. 18. *Quoniam ego in flagella paratus ſum*
„&c. Libenter correptionem converſioni ſuæ
„accommodatam ſuſcipere ſe teſtatur. v. 19.
„*Quoniam iniquitatem meam annuntiabo* &c. ac-
„cuſator mei ſum, & omnem ſalutis ſollicitu-
„dinem geram. v. 20. *Inimici autem mei vivunt,*
„*& confirmati ſunt ſuper me*, perſequentes me,
„quibus factus ſum ſicut mortuus abominabi-
„lis, unde obſecro te Domine, *ne diſcedas a*
„*me*, ſed properes ad auxilium ferendum.

Pſalmus XXXVIII. in finem ipſi Idithum Canticum David.

Argumentum.

„Sacer cantor cum eſſet Idithum, & prophe-
„tica coronatus gratia, canticum hoc refert
„ad perſonam David, repræſentans illum
„confitentem peccatum ſuum.

vers.

vers. 1. *Dixi cuſtodiam vias meas.* Evidens „confirmati cordis argumentum. „v. 3. *Obmutui & humiliatus ſum & ſilui a bonis.* „Convitiis convitia non reddebam, cernens me „bonis cecidiſſe. v. 4. *Et in meditatione mea* „*exardeſcet ignis:* dum memoriam peccati re„vocabam, inflammabar igne. v. 5. *locutus* „*ſum in lingua mea*, demiſſa voce. v. 6. *Ecce* „*menſurabiles poſuiſti dies meos* &c. His brevita„tem declarat humanæ vitæ.

v. 7. *Verumtamen univerſa vanitas* &c. Vita, „inquit, eorum, qui in ſæcularibus verſantur „curis, jure vanitas æſtimatur. Vitæ noſtri „anni vapor ſunt in conſpectu Dei. v. 8. *Et* „*quæ eſt expectatio* mea, ſeu ſpes mea, *nonne* „*Dominus? & ſubſtantia*, expectatio ſeu pa„tientia *mea apud te eſt.* v. 9. *Opprobrium inſi*„*pienti dediſti me. Ne tradas me*, inquit, in „opprobrium, cum tu in me ſis, qui oppro„briis onereris.

v. 10. *Obmutui . . . quoniam tu feciſti*, qui „me ſupplicii cauſa ad ejusmodi opprobria de„ſtinaſti. v. 11. *Amove a me plagas tuas*, inflictas „pœnas a dæmonibus te permittente cauſa „peccati mei. v. 12. *A fortitudine manus tuæ*, „ultricium virtutum *ego defeci*, non diu tole„rare valens. v. 13. *In increpationibus propter* „*iniquitatem corripuiſti hominem:* cum me inquit „propter inquitatem arguebas, me corripui„ſti. v. 14. *Remitte mihi, ut refrigerer*, antequam „moriar, peccatorum veniam concede; *& am*„*plius non ero*, ſcilicet talis, qualis eſſem ex

„tua mihi collata remiſſione, quæ eſt animæ „tranquillitas cum vera rerum cognitione.

In finem Pſalmus David XXXIX.

„Refertur canticum ex perſona novi populi de „lacu miſeriæ reducti. Deinde inducitur „perſona Chriſti modum gratias agendi do„centis. Denique credentium ex Iſraele „perſona inducitur rogantium ſibi peccatum „incredulitatis remitti.

vers. 1. *Expectans expectavi Dominum* &c. v. 2. „*Et eduxit de lacu miſeriæ:* pecca„torum, malitiæ & ignorantiæ: *& ſtatuit ſu„per petram*, Chriſtum, *pedes meos, & direxit „greſſus meos*, directa ad Deum via per bona „opera & rectam doctrinam. v. 3. *Et immiſit „in os meum canticum novum*, legem Evangeli„cam: *videbunt multi* &c. cujus prædicatio to„tum orbem pervaſit.

v. 7. *Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus „autem aptaſti mihi* &c. Hic perſona Chriſti „Patrem alloquentis inducitur; quia tibi non „placuerunt ſacrificia legalia, venio poſtquam „corpus a te accepi, *ut faciam voluntatem tuam*, „ut omne quod dediſti mihi non perdam, ſed „reſuſcitem illud Joan. 6. Illud autem: *in capi„te libri* ſignificat, non in tabulis lapideis, ſed „carnalibus deſcribi præcepta novæ legis.

v. 10. *Annuntiavi juſtitiam tuam in Eccleſia „magna*, ſeu qualibet anima in Chriſtum cre-

„den-

„dente, & per eum juſtificata. Illud autem: „*tu ſciſti* ponitur pro tibi proprium feciſti. *Ve-* „*ritatem & ſalutare tuum dixi in concilio multo*, „id eſt, in Eccleſia ex Judæis & gentibus con- „gregata revelavi ſermones de veritate, quos „invenit homo in contemplatione; & ſermo- „nes de ſalute invenit in actione.

v. 12. *Tu autem Domine ne longe facias mi-* „*ſerationes tuas a me* Inducit hic Iſraelis per- „ſonam, qui in incredulitate permanſit, & mo- „do pœnitens rogat, ut ex miſericordia ſecum „agatur. Significatur autem Judæorum voca- „tio extremis temporibus futura. v. 13. *Quo-* „*niam circumdederunt me mala*, *quorum non eſt* „*numerus*. Mala recenſet, quæ Judæis ob „ſuam in Chriſtum infidelitatem obvenerunt. „v. 18. *Ego autem mendicus ſum & pauper* &c. „Iſrael olim ferox ad pœnitentiam verſus ſe „pauperem vocat, & in Deo ſpem ſuam col- „locat.

In finem Pſalmus XL.

Argumentum.

„Præſens Pſalmus beatos prædicat credentes „in Chriſtum, cujus perſona etiam inducitur „maledicens Judæorum principibus, & Ju- „dæ proditori.

vers. 1. *Beatus qui intelligit*, credit, *ſuper ege-* „*num & pauperem*, Chriſtum, & „propter eum miſeretur pauperum, utpote fra- „trum Chriſti, quia *in die mala* tentationum & „die judicii *liberabit eum Dominus*.

v. 4. *Univerſum ſtratum ejus verſaſti in infir-*
„*mitate ejus*. Ad meliora transferetur, & ad
„ſanitatem revertetur.

v. 6. *Inimici mei dixerunt mala mihi*. Perſo-
„na inducitur Chriſti, narrans mala ſibi a Ju-
„dæis illata. *Et ſi ingrediebatur, ut videret, va-*
„*na loquebatur*. Hoc ait de Juda, qui in diſci-
„pulorum numero conſtitutus, erat bilinguis,
„non verax, & negotiator. *Cor ejus congrega-*
„*vit iniquitatem ſibi*; decreverat me invidis tra-
„dere. *Egrediebatur foras, & loquebatur in id-*
„*ipſum*. Scilicet, quid vultis mihi dare, &
„ego vobis eum tradam Matth. 26.

v. 8. *Adverſum me ſuſurrabant omnes inimici*
„*mei*. Inſidias Judæorum occulte ſibi ſtructas
„ſignificat. v. 9. *Verbum iniquum conſtituerunt*
„*adverſum me*, illud ſcilicet: tolle crucifige
„eum. *Numquid qui dormit, non adjiciet, ut*
„*reſurgat*. Deridet Judæorum conſilia, dormi-
„tio enim Chriſto mors fuit, quam ſecuta eſt
„reſurrectio.

v. 10. *Etenim homo pacis meæ*, Judas diſci-
„pulus meus *qui edebat panes meos, magnificat*
„*ſuper me ſupplantationem*, ludibrium, inſidias,
„dolum. v. 11. *Tu autem Domine miſerere*
„*mei* &c. Loquitur hæc & ſequentia Chriſtus
„ut homo, rogans & offerens ſe Patri; & deni-
„que canticum obſignat in gratiarum actionem
„deſinens, dicens: *Benedictus Dominus Deus*
„*Iſrael* &c. Notandum quod qui Pſalmorum
„Prophetiam in libros quinque dividunt, ad
„hunc

„hunc usque Pſalmum priorem conſtituant, „quia in fine benedictionem in Deum ceu co- „ronam habet. Unde etiam ſic ſequentes qua- „tuor partiuntur.

In finem ad intelligentiam Filiis Core Pſalmus XLI.

Argumentum.

„Sacri fuere cantores filii Core, canuntque „canticum a Davide acceptum, quæ in po- „ſtremis temporibus eventura eſſent, maxi- „me fidem Judæorum in Chriſtum ſignifi- „cantes.

vers. 1. *Quemadmodum deſiderat cervus ad fon- „tes aquarum* &c. v. 3. *Quando „veniam, & apparebo ante faciem Dei.* Facies „Patris Verbum eſt. v. 5. *In voce exultatio- „nis & confeſſionis ſonus epulantis.* Sibi ipſi „prænuntiat futurum, ut aliquando per Chri- „ſtum ſalutem & vitam conſequatur, & feſtum „cum Sanctis agat.

v. 4. *Quare triſtis es anima mea* &c. Triſti- „tiam reprehendit ſpe in Chriſtum munitus. „*Propterea memor ero tui de terra Jordanis, & „Hermoniim a monte modico.* Memorabo mira- „bilia tua, quæ in Jordane, & monte Ætmon „oſtendiſti: ſive cum in Jordane baptizatus, & „Hermoniim ſeu viam lucis per Baptiſmum „invenerim.

v. 8. *Abyſſus Abyſſum invocat in voce cata-*
„*ractarum tuarum.* Cum nimirum Samuele ſa-
„crificium offerente vis grandis & imbrium ini-
„micos proſterneret. Cataractæ Dei etiam
„Prophetæ dicuntur. *Omnia excelſa tua & flu-*
„*ctus tui ſuper me tranſierunt* aliud miraculum
„memorat, quando per mare Pharaonis im-
„probitatem fugientes tranſierunt. v. 9. *In*
„*die mandavit Dominus miſericordiam ſuam* &c.
„aliud memorat miraculum. Quando una no-
„cte centum octoginta quinque Aſſyriorum
„Deus occidit.

Pſalmus ipſi David, qui apud Hebræos caret inſcriptione XLII.

vers. 1. *Judica me Deus, & diſcerne* &c. Hic
„Pſalmus ejusdem eſt atque ſupe-
„rior argumenti: accedunt enim iterum iſrae-
„litæ ſalutem per Chriſtum partam poſtulan-
„tes: quamobrem ait: *Emitte lucem tuam.* Fu-
„turum enim erat, ut ipſe in *montem ſanctum,*
„cœlum, *tabernacula* & ſpirituale *altare* addu-
„ceret, & *lætificaret* eorum *juventutem*, ſeu ani-
„mæ renovationem, unde in *cithara* ſeu cor-
„pore pollicentur ſe illi confeſſionem obla-
„turos.

In finem Filiis Core ad intelligentiam Pſalmus XLIII.

vers. 1. *Deus auribus noſtris audivimus.* v. 10.
„*Nunc autem repuliſti & confu-*
„*diſti nos* &c. Hæc Prophetarum chorus
„dicit,

„dicit, quaſi ſibi proprias recenſens populi Ju-
„daici calamitates. v. 11. *Et qui oderunt nos*
„*diripiebant ſibi.* Ad ignominiam nos tradidi-
„ſti. v. 13. *Et non fuit multitudo in jubilationi-*
„*bus noſtris.* A paucis ſuperati ſumus, & qui
„victoriæ carmen contra nos edunt modico
„ſunt numero. v. 16. *Tota die verecundia mea*
„*contra me eſt.* Aſſidua fuit verecundia noſtra

v. 19. *Et declinaſti ſemitas noſtras a via tua.*
„Id eſt: cum erga Chriſtum impie egiſſent, a
„ſacrificio juxta legem offerendo cohibiti ſunt.
„v. 20. *Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis,*
„ob admiſſum in mundo peccatum, *& coope-*
„*ruit nos umbra mortis*, ſeu tenebræ infidelitatis.
„v. 22. *Quia propter te mortificamur tota die.*
„Scilicet ob noſtram infidelitatem in tantum
„ruimus mali, ut ſimiles ſimus ad mortem ad-
„judicatis, & ovibus ad occiſionem ductis.

v. 23. *Exurge, quare obdormis Domine &c.*
„Rogant, id gratiæ ſibi tribuatur, ut adve-
„niat Chriſtus in noviſſimis temporibus, ne vi-
„tæ ejus ſint expertes. v. 25. *Adhæſit in terra*
„*venter noſter*, dum a Chriſto averſi in carna-
„lem ſenſum decidimus.

In finem pro iis qui commutabuntur. Filii Core ad intellectum, canticum pro dilecto XLIV.

Argumentum.

„Præſens canticum dilecto David Chriſto offert
„qui noviſſimis diebus venit, & commutatio-

„nem, ſeu converſionem ab idololatria effe-
„cit. Meminit autem filiorum Core, perſo-
„nam ad Apoſtolos transferens, quæ omnia
„nos intelligere oportet.

vers. 1. *Eructavit cor meum verbum bonum.* „Hoc Pater ait de Filio, genitus „namque eſt Deus ex Deo. *Dico ego opera mea* „*regi.* Quatenus rex eſt utpote Deus per in„carnationem imperium iniiſſe dicitur. *Lingua* „*mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Quem „dixit verbum, eundem & linguam ſuam di„cit. Calamus porro velociter ſcribentis dici„tur, quia quidquid jubet, ſtatim efficitur. „v. 3. *Specioſus forma præ filiis hominum, diffu*„*ſa eſt gratia in labiis tuis.* Dulciloquus nam„que Dominus noſter eſt.

v. 4. *Accingere gladio tuo &c.* Ad pugnam „noſtri cauſa committendam excitat Unigeni„tum. v. 5. *Specie tua & pulchritudine tua.* Pul„chritudo illius militis eſt Deitas ejus. *Inten*„*de*, arcus tuos, *proſpere procedere* facito juſti„ficatos a te, in quos regnas, poſtquam eos „liberaſti a tyranno. *Et deducet te mirabiliter* „*dextera tua*, ſeu genuina conſilia tua, queis „uſus peccati impetum non excepit. v. 6. *Sa*„*gittæ tuæ acutæ*, ſcilicet Apoſtoli, qui letha„lia vulnera inflixerunt *in corda inimicorum Re*„*gis regum.*

v. 7. *Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi;* „Converſi per Apoſtolos Filii Dei Unigeniti „deitatem confitentur. *Virga directionis virga* „*regni tui.* Chriſtus quibus imperat, per viam „juſti-

„juſtitiæ deducit. v. 8. *Dilexiſti juſtitiam* &c. „Hoc Unigenitus factus homo fecit, ut in ſe „humanæ naturæ corruptionem corrigeret.

v. 9. *Myrrha & gutta & caſia a veſtimentis „tuis*. Veſtimenta Unigeniti virtutes ejus ſunt, „quæ nobis quaſi genus omne odoramenti ſunt. „*A domibus eburneis ex quibus delectaverunt te „filiæ regum* &c. id eſt: delectaberis o Domine „a domibus eburneis, ſeu templis, quas in „honorem tuum filiæ regum, ſeu animæ ad „Dei, & Chriſti cognitionem ab Apoſtolis rege„neratæ adornarunt. *Adſtitit Regina*, ſeu Ec„cleſia *a dextris tuis*, honorata in futuro ſæcu„lo, *in veſtitu deaurato*, ſcilicet, fide, ſpe, & „charitate.

v. 11. *Audi Filia*, Eccleſia, & vide, *& obli„viſcere populum tuum*, idololatras, *& domum „Patris tui*, ſapientes hujus ſæculi: *& Filia „Tyri in muneribus*. Ab una Tyriorum gente „vocationem gentium ſignificat. *Vultum tuum „deprecabuntur divites plebis;* quibus Evange„lium prædicabitur. *Omnis gloria filiæ regis*, „Eccleſiæ, *ab intus*, nam ejus ornatus ſpiri„tualis eſt, *in fimbriis aureis*, ſeu multiplici„bus virtutibus.

v. 15. *Adducentur Regi virgines*, Eccleſiæ; „*proximæ ejus*, ſeu continentes ſe a malis acti„bus in *lætitia adducentur in templum Regis cæ„leſte. Pro patribus* tuis idololatris, *nati ſunt „tibi filii* Apoſtoli *conſtituti principes ſuper omnem „terram: memores nominis tui*, divinas ſcripturas

„de

„de Chriſto prophetatas prædicantes, ita ut „*populi* per prædicationem converſi *confiteantur* „*illi*, & doceant generationes venturas.

In finem filiis Core pro arcanis Pſalmus XLV.

Argumentum.

„Gentium vocationem, & ſpiritualium inimi„corum in abyſſum detruſionem hic Pſalmus „ſignificat, & quia parabolice loquitur, in„ſcribitur *pro arcanis*, & illum canunt fide„les Apoſtoli.

Vers. 1. *Deus noſter refugium & virtus* &c. „v. 3. *Propterea non timebimus, dum* „*turbabitur terra*, & prædicatores Evangelii „perſequens: *& transferentur montes*, ſeu dæ„mones, *in cor maris*, ſeu abyſſum. v. 4. *So*„*nuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum*, ſcilicet „multitudo populorum, quos prædicationis „novitas turbavit, *conturbati ſunt montes*, ſeu „dæmones *a fortitudine ejus*, prædicationis.

v. 5. *Fluminis impetus*, ſeu Evangelicum ver„bum *lætificat civitatem Dei*, id eſt, Eccleſiam, „quam *ſanctificavit Altiſſimus* in ea habitans: „*Deus in medio ejus non commovebitur*, & *adju*„*vabit* ejus Præfectos Apoſtolos. v. 7. *Con*„*turbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna* Chri„ſto cervicem ſubmittentes, & *dum dedit vocem* „*ſuam* Evangelicam *Altiſſimus*, *mota eſt terra*, „ab ignorantia ad Dei notitiam converſa.

v. 8.

v. 8. *Dominus virtutum nobiscum* &c. Victo„riam contra ſpirituales hoſtes partam Deo ad„ſcribit. v. 9. *Venite & videte opera Dei, quæ „poſuit prodigia ſuper terram:* pacem prædica„tione initam, & finem perſecutionum ſignifi„cat. v. 10. *Arcum conteret* &c. Arcum, te„lum, & ſcutum perverſas cogitationes indi„cant. v. 11. *Vacate & videte quoniam ego ſum „Deus,* vacatione enim a mundanis curis opus „eſt, ad Dei cognitionem. *Exaltabor in genti„bus* &c. Prædicationis victoriam adverſus „omnes gentes pollicetur. *Dominus virtutum „nobiscum,* cui credentes in Chriſtum gratia„rum actionem duplicant.

In finem pro Filiis Core Pſalmus XLVI.

Argumentum.

„Canitur hic Pſalmus ex perſona Apoſtolorum, „qui gentes hortantur, ut per bona opera „exultent de parta adverſus dæmones vi„ctoria.

vers. 1. *Omnes gentes plaudite manibus.* Ope„ra bona facere ſtudete. *Jubila„te Deo in voce exultationis.* Victoriam de lapſis „adverſariis poteſtatibus canite. v. 3. *Quo„niam dominus excelſus,* propter Eccleſiam, *ter„ribilis,* contra hoſtes. v. 4. *Subjecit popu„los* &c. Gaudent de conceſſa ſibi ſorte & hæ„ditate.

v. 6. *Aſcendit Deus in jubilo.* Hiſce ſigni„ficatur Domini ad cœlos aſcenſus. *Dominus „in*

„*in voce tubæ:* laudes ab iis, qui una aſcende-„bant ipſi datas vocem tubæ vocat. v. 7. *Pſal-„lite Deo noſtro pſallite* &c. Eorum qui læto „ſecundum Deum animo ſunt. eſt pſallere. Jac. 1. „v. 13. v. 9. *Regnabit Deus ſuper gentes;* fidem „enim ejus acceperunt: *Deus ſedet ſuper ſedem „ſanctam ſuam:* futurum ejus adventum ſigni-„cat, quo ſedebit, ut judicet orbem. v. 9. „*Principes populorum congregati ſunt cum Deo „Abraham*, ſedentes ſuper duodecim thronos, „judicantes duodecim tribus Iſrael: *Quoniam „dii fortes terræ vehementer elevati ſunt*, in terra „manſuetorum, quæ ſanctis adſignabitur, glo-„ria mirum in modum aucti ſunt.

Pſalmus Cantici, filiis Core ſecunda Sabbati XLVII.

Argumentum.

„Hic Pſalmus quoque ex perſona Apoſtolorum „canitur, narrantium vexationes ob prædi-„cationem illatas, & victorias de iis partas.

vers. 1. *Magnus Dominus & laudabilis nimis in „civitate Dei noſtri* ſeu Judæa, & „*in monte ſancto ejus*, Eccleſia. v. 3. *Fundatur „exultatione univerſæ terræ.* Extendit exulta-„tionem per omnem terram. *Montes Sion la-„tera Aquilonis.* Hic oſtenditur Sion eſſe gen-„tes Evangelicum ſermonem excipientes.

v. 5. *Quoniam ecce reges terræ congregati „ſunt.* Bellum Apoſtolis ob Chriſti prædica-„tionem a regibus gentium illatum compreſ-

„ſum

„ſum fuit, qui *videntes ſic admirati ſunt* &c. „auxilium cernentes ſanctis a Deo præſtitum. „v. 8. *In Spiritu vehementi*, virtutibus pro Apo„ſtolis dimicantibus, *conteres naves Tharſis*, ſeu „divites reges.

v. 9. *Sicut audivimus ita & vidimus*, quam „nobis promiſiſti ſalutem: *in civitate Domini* „*virtutum*, ſcilicet Eccleſia; *Deus fundavit eam* „*in æternum*. v. 10. *Suſcepimus Deus miſericor*„*diam tuam* &c. id eſt, expectavimus in uni„verſa terra nomen Domini glorificatum iri ob „ſuam miſericordiam. *Secundum nomen tuum* „*Deus*, *ita & laus tua*, quia omnibus ſimplici„ter gratiam largitus eſt.

v. 12. *Lætetur mons Sion*, videlicet Eccle„ſia: *& exultent filiæ Judææ*, Apoſtoli: *propter* „*judicia tua Domine*, cum judicaſſes gentium „cauſam, & depuliſſes bellum dæmonum ad„verſus eas excitatum. v. 13. *Circumdate* „*Sion* &c. O Apoſtoli: *Narrate in turribus* „*ejus*, ſeu juſtis Eccleſiæ magnalia Dei. v. 14. „*Ponite corda veſtra in virtute ejus*, confirmantes „eos ſermonibus: *& diſtribuite domos ejus*, di„videntes vos in orbem terræ, *ut enarretis* „*in progenie altera*, generatione ſubſequente, „*quoniam hic eſt Deus noſter*.

In finem Filiis Core Pſalmus XLVIII.

Argumentum.

„Quæ ad judicium extremum pertinent, hoc „Pſalmo prædicantur. Et forte filii Core

„Apo-

„Apoſtolorum perſonam gerunt, qui myſte-
„riis orbem initiarunt.

vers. 1. *Audite hæc omnes gentes* &c. *Quique* „*terrigenæ*, barbari, *& filii homi-* „*num*, humaniores. v. 4. *Os meum*, ſcilicet „Apoſtolorum, *loquetur ſapientiam*, nempe Chri- „ſtum ſapientiam Patris. v. 5. *Inclinabo in pa-* „*rabolam aurem meam*, parabolas explicabo per „*pſalterium* ſive corpus meum quaſi organum „reſonans hymnum.

v. 5, *Cur timebo in die mala?* quæ ſuppli- „cio affectis gravis erit? Reſpondet: *Quia* „*iniquitas calcanei mei circumdabit me*, id eſt, „mala mea opera. v. 7. *Qui confidunt in vir-* „*tute ſua*, audiant, quod nihil utilitatis illis „neque *divitiæ*, neque *frater* religioſus, neque „*alius* quisquam *homo* in illa die allaturi ſint: „ſed *pretium redemptionis animæ ſuæ*, qua quis „pro futuro ſæculo *laborat*. Hic enim *non vi-* „*debit interitum*, *cum viderit ſapientes* hujus ſæ- „culi *morientes*, qui velut *inſipiens & ſtultus ſi-* „*mul peribunt*, & divites *relinquent alienis divi-* „*tias ſuas*, quas ſibi firmas conſtituere nolue- „runt per beneficia erga egenos; ut *vocarentur*, „ſeu ſcriberentur *nomina eorum in cœlis*, non „vero *in terris*, ubi *domus eorum* eſt *ſepulchrum*, „*& Tabernacula eorum in progenie & progenie* ad „alios deveniunt.

v. 13. *Et homo cum in honore eſſet*, utpote „ad imaginem Dei factus, *non intellexit*, ſed „ad ſimilitudinem *jumentorum* cœleſtibus ter- „ram prætulit. v. 14. *Hæc via* ſeu vita *illis*

„*ſcan-*

„*ſcandalum non erat*, ſed *poſtea* fruſtra pœniten-„tes *in ore ſuo camplacebunt*, ſeu confitebuntur, „quod male in ea inceſſerint, nam *ſicut* a pa-„ſtore derelictæ *in inferno ponentur: & domina-„buntur eorum juſti in matutino*, ſeu novo lumi-„ne. *Et auxilium*, ſeu gloria *eorum*, *non ve-„terascet in inferno* &c. morte non diſſolvetur.

Pſalmus Aſaph XLIX.

Argumentum.

„Pſalmum canit Aſaph perſonam referens le-„giſlatoris, qui antiqua ſacrificia evertit, & „quæ ad novum Teſtamentum pertinent do-„na adfert.

vers. 1. *Deus deorum*, ſanctorum *Dominus lo-„cutus eſt*, *& vocavit terram*, cum „incarnatus eſt. *Ex Sion ſpecies decoris ejus*, „nam ex Sion ſuperna ſecundo adveniet *mani-„feſte*, *& non ſilebit* contra impios, ad quos com-„burendos *ignis in conſpectu ejus exardeſcet*; ju-„ſtos vero ad omnis boni ſtudium accendet.

v. 4. *Advocabit cœlum deſurſum.* Juſtos ſci-„licet qui ſupernum inſtitutum ſectantur, con-„gregabit in ſupernis manſionibus: *& terram „diſcernere populum ſuum.* Peccatores jubet „congregare, ad ſeparandum juſtos a non ju-„ſtis. v. 6. *Congregate illi ſanctos ejus*, *qui or-„dinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia* ſpiritua-„lia. *Et annuntiabunt cœli juſtitiam ejus*; quia „homines cœleſtibus manſionibus dignatus „eſt.

v. 7. *Audi populus meus & loquar tibi* novam
„legem: *holocauſta tua in conſpectu meo ſunt ſem-*
„*per*, etiamſi non offerantur, & ſuperflua mi-
„hi omnia ſunt, quia omnia animantia, bo-
„ves, volucres, & pulchritudo agri mea ſunt,
„& nihil horum egeo. Sed quænam grata
„mihi offeres ſacrificia? laudem, canticum,
„divinum ſermonem, cumque hæc impleve-
„ris, ac ſi legem impleſſes divinam mercedem
„accipies & exaudieris. Ita *teſtificor tibi Iſrael*
„*Deus tuus*, ne me alium legislatorem exiſti-
„maveris cernens legum diverſitatem. *Non*
„*in ſacrificiis tuis arguam te* negligentiæ, ſed
„præcipio, ne hiſce juſtitiam circumſcribas.

v. 16. *Peccatori autem dixit Deus*, divinas ſcri-
„pturas & *juſtitias meas*, quare tu enarras? &
„tamen præcepta mea transgrederis. *Exiſti-*
„*maſti quod ero tui ſimilis*, abſcondendo pecca-
„ta tua, minime: ſed producam illa ut palam
„faciens pudore te afficiam. v. 22. *Intelligite*
„*hæc qui obliviſcimini Deum*, me non ideo tam
„diu vos tolerare, quod de facinoribus veſtris
„gaudeam, ſed ut dem pœnitentiæ locum, eri-
„pio enim illos qui a malis deſiſtunt. *Ne*
„*quando rapiat* eos mors *& non ſit, qui eri-*
„*piat*. v. 23. Sacrificium laudis honorifica-
„bit me, & in eo eſt via ad ſalutem a Deo
„paratam.

In

In finem Pſalmus Cantici David L. cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Berſabee.

Argumentum.

„Hunc canit Pſalmum, qui cædis Uriæ, & „adulterii cum Berſabee confeſſionem con-„tinet. Prophetiam quoque inducit re-„demptionis ab omnibus peccatis per Bap-„tiſmum futuræ, & ſpiritualis Dei cultus „doctrinam.

vers. 1. *Miſerere mei Deus ſecundum magnam „miſericordiam tuam.* Nam magno „lapſus crimine magnam Dei miſericordiam „implorat. v. 4. *Amplius lava me ab iniquita-„te mea*, ſcilicet cædis, *& a delicto* adulterii „*munda me.* v. 6. *Tibi ſoli peccavi* &c. etſi pec-„cando hominum oculos fugerim. *Ut Juſtifi-„ceris in ſermonibus tuis*, dum prævaricatum me „per Prophetam arguiſti: *& vincas cum judica-„ris.* Declaratio ſeu confeſſio peccatorum hic „indicatur.

v. 7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum* &c. „omnes qui ex Adamo oriuntur, in inquitati-„bus concipiuntur, proavi ſui damnatione col-„lapſi. *Et in peccatis concepit me mater mea;* „declarat, quo pacto ab initio natura homi-„num ſub peccatum conciderit ex Evæ trans-„greſſione, & ſub maledictione ortus ejus fue-„rit. *Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & oc-„culta*, id eſt, futura in ſapientia tua repoſita „*manifeſtaſti mihi* per Spiritum.

v. 9. *Aſperges me hyſſopo & mundabor &c.* „adumbrat purificationem illam omnibus per „ſanguinem veri Agni Chriſti faciendam, & „exoptat illam quæ ſola poteſt perfecte pur-„gare, & nive candidiorem efficere. *Auditui meo* „*dabis gaudium & lætitiam* ſcilicet cognitionem „reſurrectionis, quam hiſce verbis docuit: *Exul-*„*tabunt oſſa humiliata*, ſcilicet putrida, quæ in „reſurrectione quaſi herba germinabunt Iſ. 66.

v. 11. *Averte faciem tuam a peccatis meis.* „Rurſus ad confeſſionem recurrit. *Cor mun-*„*dum crea in me Deus.* Animam peccato pu-„tridam renova. *Et Spiritum rectum innova in* „*viſceribus meis*, id eſt, robora mentem meam, „ut non ulterius in peccatum labatur. *Et Spi-*„*ritum ſanctum* Propheticum *ne auferas a me.*

v. 13. *Redde mihi lætitiam ſalutaris* adventus „*tui* &c. *Libera me de ſanguinibus* &c. Cædis „Uriæ, vel de ſacrificiis per ſanguinem factis: „*quoniam ſi voluiſſes ſacrificium legale dediſſem* „*utique*, quia vero legalia ſacrificia reſpuiſti, „cum non poſſint peccata dimittere, ideo id „quod diligis obtuli: hoc autem eſt, quod per „pœnitentiam & cor contritum offertur.

v. 20. *Benigne fac Domine in voluntate tua* „*Sion*, Eccleſiæ, *ut ædificentur muri Jeruſalem*, „Sancti ſacrorum miniſtri, qui muniunt Eccle-„ſiam. *Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ*, non „per ſanguinem, ſed *oblationem & holocauſta* „laudis & incruenti ſacrificii, ut ſint omnia „holocauſta & *vituli* juſtitiæ.

In finem intellectus David, cum venit Doec Idumæus & nuntiavit Sauli; venit David in domum Abimelech LI.

Argumentum.

„Præter modo dicta & 1. Reg. 21. relata com„plectitur hic Pſalmus futurorum bonorum „promiſſionem.

vers. 1. *Quid gloriaris in malitia qui potens es?* „ad Syrum Doec vel diabolum „ſermonem dirigit. v. 4. *Sicut novacula feciſti* „*dolum:* quia Saul totam Sacerdotum civita„tem quaſi abraſerit, & internecione deleve„rit. v. 6. *Dilexiſti omnia verba præcipitatio„nis*, ſeu mendacii, *linguam doloſam:* quæ „jure quoque dicuntur de principibus Judæo„rum & de Juda Chriſtum prodente, qui pro„inde merito *translati ſunt de ſacro tabernaculo* „*ſuo* captivi propter Chriſti crucem effecti.

v. 8. *Videbunt juſti & timebunt* impiorum „ſupplicio exterriti: & dicent: Ecce homo, „*qui non poſuit Deum adjutorem ſuum, ſed* ſpe„ravit *in multitudine divitiarum ſuarum:* maluit „enim proditor aurum accipere, quam adju„torem habere Jeſum. *Et prævaluit in vanitate* „*ſua*, neque pœnitentia ductus finem fecit im„pietatis,

v. 10. *Ego autem ſicut oliva fructifera:* flo„ret enim ſemper gloria credentium in Chri„ſtum. *Speravi in miſericordia Dei in æternum*,

„*& expectabo nomen tuum*, in eo ſperabo, & „hanc fiduciam in *conſpectu omnium Sanctorum* „annuntiabo, erit enim mihi hoc *jucundum &* „bonum.

In finem pro Maeleth intellectus Davidi LII.

Argumentum.

„Hunc Pſalmum in gratiam Apoſtolorum cho„ri & fidelium exultantium canit, Maeleth „enim chorum ſeu choream ſignificat. Ne„ceſſario autem Chriſti Incarnationem præ„cedentia enuntiat, ut declaret, quæ ſit „ejus adventus utilitas.

vers. 1. *Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt* „*Deus . . . Deus de cœlo proſpe*„*xit;* quod aperte Domini ad homines tranſi„tum ſignificat. v. 4. *Omnes declinaverunt* &c. „Judæi, *& inutiles facti ſunt*, quia *nemo faciebat* „*bonum*, in ignorantia enim Chriſti verſaban„tur omnes à legali ſcriptura excæcati.

In finem in carminibus intellectus David; cum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul: nonne David abſconditus eſt apud nos? LIII.

„Præter ſenſum hiſtoricum 1. Reg. 26. relatum „refertur etiam hic Pſalmus ad chorum „Apoſtolicum a perſecutione liberari volen„tem.

vers.

vers. 1. *Deus in nomine tuo ſalvum me fac.* „Per nomen ipſius, non per aliud „quidquam ſalutem conſequi rogat. *Et in vir-* „*tute tua judicabis me.* Judicans enim eorum „cauſam alios perniciei tradidit, alios ſalvos „fecit ab inimicis.

In finem in hymnis intellectus ipſi David LIV.

Argumentum.

„Propheta contemplans mala a Judæis & Juda „Chriſto illata dolore & anxietate plenus „rogat, ut Deus orationem ſuam exaudiat.

vers. 1. *Exaudi Deus orationem meam* &c. „*Contriſtatus ſum in exercitatione*, „ſeu anxietate *mea*, videns iniquitatem in „Chriſtum admiſſam. *Quoniam declinaverunt* „*in me iniquitates, & timor mortis* Salvatoris „*cecidit ſuper me*, cernentem eum ab impiis „pati: *& contexerunt me tenebræ*, quibus pa- „trata in Chriſtum tegenda erant.

v. 13. *Quoniam ſi inimicus maledixiſſet mihi* „&c. Hæc & ſequentia ad perſonam prodito- „ris jure referuntur. *Veniat mors ſuper illos* „&c. *Ego autem ad Deum clamavi . . . veſpere* „*& mane & meridie clamabo*, ſeu ſemper nar- „rabo, quod animam meam redemeris: *quo-* „*niam inter multos erant mecum*, id eſt, multi „convenerunt contra me, volentes auferre „animam meam.

v. 20. *Non enim eſt illis commutatio*, quia „pretioſum Chriſti ſanguinem abnegarunt, qui „acceptus fuit in commutationem pro vita „mundi; non ultra ſuppetit eis *pretium redem-„ptionis. Extendit manum ſuam in retribuendo*, „ut benedictionem perciperent: ſed illi *conta-„minaverunt teſtamentum*, Evangelicum: *diviſi „ſunt ab ira vultus ejus*, diſſipavit illos in om-„nem ventum: *& appropinquaverunt corda illo-„rum:* quod de Juda dicit, qui corde prodendi „Chriſtum conſilium admiſit.

v. 23. *Jacta ſuper Dominum curam tuam* &c. „*non dabit in æternum fluctuationem juſto*, id eſt, „omni tempore extrahet juſtos ab omni impe-„tu inimicorum. *Tu vero Deus deduces eos*, „crucifigentes te, *in puteum interitus*, ſcilicet „infernum. *Viri ſanguinum & doloſi*, vitæ „principem interficientes *non dimidiabunt*, ſeu „perficient *dies* vitæ ſuæ Romanorum gladio „traditi.

In finem pro populo qui a Sanctis longe factus eſt, ipſi David in tituli inſcriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

1. *Reg.* 29. *LV.*

Argumentum.

„Præter ſenſum hiſtoricum refertur hic Pſal-„mus ad gentium converſionem Chriſtum „adorantium.

vers.

vers. 1. *Miſerere mei Deus, quoniam conculca-*
„*vit me homo*, vel Saul, aut Sa-
„tanas. *In Deo laudabo ſermones meos*, quos
„in cantica converti & Deo obtuli, ſpemque
„in illo collocavi. *Tota die verba mea execra-*
„*bantur*, curando, ut malum mihi infligerent.
„*Inhabitabunt*, id eſt, congregabuntur, & *ab-*
„*ſcondentur*, *ipſi calcaneum meum obſervabunt*,
„clam in me conſpirantes, omnem vitæ meæ
„rationem obſervant, ut me deturbare poſſint.

v. 7. *Deus vitam meam annuntiavi tibi* pu-
„dore illius non affectus, ſed ſpe armatus,
„nam *lachrymas meas* non repuliſti, ſed *promiſ-*
„*ſionem tuam* confirmaſti; unde cum me exau-
„dires, *converſi ſunt inimici mei retrorſum.*
„Propterea *in me ſunt Deus vota*, & *quas* retri-
„buam hoſtias *laudis*, *quia eripuiſti animam*
„*meam de morte*, nimirum ignorantia Dei, &
„*pedes meos de lapſu*, peccati; *placebo coram*
„*Domino in lumine viventium*, qui enim a pec-
„cato mundatus eſt, in futuro ſæculo in re-
„gione viventium Domino placebit, quod no-
„bis conciliavit Domini adventus.

In finem, ne diſperdas David in tituli inſcriptionem cum fugeret a facie Saulis in ſpelunca. Pſalmus LVI.

Argumentum.

„Præter hiſtoriam 1. Reg. 24. deſcriptam, re-
„fertur Pſalmus etiam ad ea, quæ noſtri
„gratia Chriſtus peregit, dum corruptio-
„nem abegit a nobis.

vers. 1. *Miſerere mei Deus* &c. *in umbra ala-
„rum tuarum* virtutis protectricis
„*ſperabo; donec transeat iniquitas*, Satanas pro-
„ſternatur. *Miſit de cœlo & liberavit me.* Do-
„mini adventum prædicat. *Miſit Deus miſeri-
„cordiam ſuam & veritatem ſuam*, quæ miſeri-
„cordia & veritas Patris Filius eſt. *Et eripuit
„animam meam de medio catulorum leonum*, ſpi-
„ritualium, *dormivi*, etſi olim *conturbatus*.
„*Filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ*,
„ſcilicet Judæorum clamantium: tolle, cruci-
„fige Chriſtum.

v. 6. *Exaltare ſuper cœlos* & aſcende Chri-
„ſte, quia tunc *totam terram tua gloria* reple-
„bis. *Paratum cor meum Deus*, ad recipien-
„dum promiſſum Spiritum ſanctum. *Exurge
„gloria mea* Spiritus prophetice: *exurge pſalte-
„rium*, anima; *& cithara*, corpus: *exurgam
„diluculo* ad cantandum, quando lucem ſpiri-
„talem ſentiam. *Confitebor tibi in populis Do-
„mine*. gentium converſionem annuntiat. *Et
„usque ad nubes veritas tua.* Veritas nubium id
„eſt, Prophetarum voces reipſa comprobaſti.

In finem, ne diſperdas Davidi, in tituli inſcriptionem Pſalmus LVII.

Argumentum.

„Hic Pſalmus enarrat, qui finis eorum fue-
„rit, qui adverſus Salvatorem inſurrexe-
„runt.

vers.

vers. 1. *Si vere utique juſtitiam loquimini*, & „æqui curam habeatis, *recta ju-* „*dicate*. Verum cum juſtum vellent interfi- „cere, *in corde iniquitates* ſub ſpecie ulciſcendæ „legis *operabantur*. *Alienati ſunt peccatores a* „*vulva;* nullam habentes ſalutis cauſam: *fu-* „*ror illis ſecundum multitudinem ſerpentis*, in „Paradiſo, qui ſimulatis amicitiæ verbis mor- „tem induxit. *Sicut aſpidis ſurdæ*, venenum „in dentibus habentis, quæ nolit audire *in-* „*cantatores*, ut furorem ſedet: ſic Judæi aures „aggravarunt, ut non audirent ſermones Do- „mini.

v. 7. *Deus conteret dentes eorum*, ſeu ſyco- „phantias contra Chriſtum ejusque reſurrectio- „nem ſtructas: *intendet arcum ſuum*, ſenten- „tiam in Divino tribunali ferendam, *& infir-* „*mabuntur: ſupercecidit ignis* æternus, *& non* „*viderunt ſolem*, juſtitiæ.

v. 10. *Priusquam intelligerent ſpinæ* veſtræ, „ſeu peccata veſtra, maxime ob ſpineam co- „ronam Chriſti capiti impoſitam augeantur, „& *rhamnus* fiant, id eſt, effloreſcant, inva- „det vos ira divina.

In finem, ne diſperdas, Davidi, in tituli inſcriptionem, quando miſit Saul & cuſtodivit domum ejus, ut eum interficeret Pſalmus LVIII.

Argumentum.

„Refertur etiam hic Pſalmus ad perſonam Sal- „vatoris, qui ab ingrato Iſraele inſidiis ap- „peti-

„petitus eſt, & prænuntiatur gentium vo-
„catio.

vers. 1. *Eripe me de inimicis meis Deus meus* „&c. *Intende ad viſitandas omnes* „*gentes*. Rogat converti ad Chriſti fidem ido„lolatras, & *non miſereri* Iſraelis *operantis ini*„*quitatem*, quia contra Salvatorem conſpira„turi erant, unde *famem patientur*, vivifico pa„ne privati, *ut canes*, id eſt impudentes, *&* „*circuibunt civitatem* Jeruſalem, a qua juſſu „Imperatoris Hadriani pulſi, & accedere pro„hibiti vix extrinſecus eam circumeunt.

v. 8. *Ecce loquuntur in ore ſuo*, id eſt, blaſ„phemabunt, *& gladius in labiis eorum*, cla„mantium, crucifige. *Et tu Domine deridebis* „*eos*, & vanum eorum furorem. Ego vero „*fortitudinem meam ad te cuſtodiam*, & regnum „meum per te conſervatum retinebo.

v. 12. *Tu autem ne occidas eos*, qui inſur„rexerunt contra Dominum, *ne quando oblivi*„*ſcantur legis tuæ*, ſed ſolum in captivitatem „redigantur. *Et de*, ſive propter *execrationem* „*& mendacium* in Dominum *annuntiabuntur in* „*conſummatione*, evertetur gloria eorum, le„galis cultus, Templum, Sacerdotium. *Et* „*ſcient, quia Dominus dominabitur Jacob;* qui „in fines terræ Eccleſiam ſuam extendet. *Ipſi* „*vero diſpergentur ad manducandum* &c. quæ„rentes Verbum Domini, nec invenient, un„de *ſi non fuerint ſaturati, murmurabant*, ut„pote qui ſemper adverſus Deum loquantur.

In

In finem pro his, qui immutabuntur, in tituli inſcriptionem, ipſi David, in doctrinam, cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & convertit Jodb, & percuſſit in valle Salinarum duodecim millia Pſalmus LIX.

Argumentum.

„Hic Pſalmus præter hiſtoriam 2. Reg. ad no„ſtram doctrinam narrat mutationem & no„vitatem rerum a Chriſto factam, quando „inimicos ſpirituales percuſſit, & Gentes & „Judæos ſibi proprios effecit.

vers. 1. *Deus repuliſti nos* &c. Supplicium, di„cunt Judæi, de nobis ſumſiſti ob „noſtram erga te impietatem, ſed *miſertus* in„ſuper *es nobis. Commoviſti terram* Jeruſa„lem, & templum ejus, ſed *ſana contritiones* „*ejus. Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vi*„*no compunctionis*, acerbis ſunpliciis ob noſtram „in Chriſtum impietatem. *Dediſti metuentibus* „*te ſignificationem* vel illuminationem, qua *fu*„*giamus*, & cognoſcamus malum: aut ſignum, „quo obſignati ab omni ſupplicio liberamur, & „ab omni malo eruimur.

v. 8. *Deus locutus eſt in ſancto ſuo* Filio: *par*„*tibor & dividam Sichimam*, id eſt, regiam Iſrae„lis, quæ in Sichimis erat credentibus in Chri„ſtum dabo: *Et convallem tabernaculorum meti*„*bor*, id eſt, omnium hominum domicilium „Eccleſiarum pleniſſimum efficiam. *Meus eſt* „*Galaad, & meus eſt Manaſſes, & Ephraim for*-

„*titudo*

„titudo capitis ſeu imperii mei, ubi ſignificat ſe
„in adventu ſuo Judæis primum gratiam præ-
„dicaturum. Moab olla ſpei meæ: ubi ait
„atheos ſpem in eum accepturos eſſe: In Idu-
„mæam extendam calceamentum meum, ſeu eam
„circuibo, quibus declarat, gentes ejus fidem
„amplexuras eſſe, unde ait, mihi alienigenæ ſunt
„facti amici.

v. 11. *Quis deducet me in civitatem munitam,*
„ſeu Chriſti Eccleſiam, & *in Idumæam*, ubi
„gentes fidem acceperunt? *Nonne tu Deus...*
„*in quo faciemus virtutem*, a te ſolo nos adjuvari
„ſperantes, & tunc nihil eſſe *inimicos noſtros*
„reperiemus.

In finem in hymnis David Pſalmus LX.

Argumentum.

„Gratias Deo refert tum pro ſeipſo, tum pro
„populo ſalutem per gratiam adepto.

vers. 1. *Exaudi Deus deprecationem meam. A*
„*finibus terræ*, id eſt, pro toto or-
„be, *ad te clamavi: In petra* ſeu Chriſto *exalta-*
„*ſti me*, & fortiorem & ſuperiorem me feciſti,
„& per eum *deduxiſti me* in viam rectam. Un-
„de *inhabitabo in tabernaculo tuo* ſuperno *in ſæ-*
„*cula.*

v. 6. *Dediſt hæreditatem, regnum cælorum ti-*
„*mentibus nomen tuum dies ſuper dies regis adji-*
„*cies.* Significat hæreditatem eſſe vitam æter-
„nam ſiquis enim requirat *miſericordiam & veri-*
„*tatem*

„*talem ejus*, hic per infinita *ſæcula manet in con-*
„*ſpectu Dei. Et pſalmum* & laudes *nomini* Dei
„*dicit in ſæcula.*

In finem. Ab Idithum Pſalmus ipſi David LXI.

Argumentum.

„Idithum ex chori moderatoribus in templo,
„lapſus in peccatum a Davide Pſalmum ac-
„cipit, qui virtutis ipſi redintegrationem pa-
„ret. Prædicitque in eo redemptionem hu-
„mani generis per Chriſtum, & ad fugam
„peccati timore judicii homines hortatur.

vers. 1. *Nonne Deo ſubjecta erit anima mea?*
„Quia *ipſe Deus meus* te ſalvam fa-
„ciet. *Quousque irruitis in hominem*, qui ad
„malum propenſus ex naturali infirmitate ſimi-
„lis eſt *parieti inclinato* ruinæ proximo, *& ma-*
„*ceriæ depulſæ. Verumtamen pretium meum co-*
„*gitaverunt repellere*, & vi ratiocinandi privare
„me, ut ligna & lapides adorarem, ad quod
„*cucurrerunt in ſiti* adverſariæ poteſtates hoc
„ardenter cupientes, *& ore ſuo mihi benedice-*
„*bant, corde vero maledicebant.*

v. 9. *Sperate in eo omnis congregatio populo-*
„*rum:* omnium gentium vocationem prænun-
„tiat. *Effundite coram illo corda veſtra.* Nec
„ad eum duplici corde accedite. *Verumtamen*
„*vani filii hominum*, qui Evangelium non reci-
„piunt, maxime Judæorum magiſtri, *menda-*
„*ces*, & non ſolum *in ſtateris* injuſtitiam exer-
„cen-

„centes, ſed etiam *pro vanitate congregati* ad „inſidiandum Chriſto. *Nolite ergo ſperare in* „*eorum iniquitate, & rapinas nolite concupiſce-* „*re . . . duo hæc audivi,* quod peccatoribus *iram* „*& furorem* daturus, & bona operantibus *mi-* „*ſericordiam* præſtiturus ſit.

Ipſi David cum eſſet in Judææ deſerto Pſalmus LXII.

Argumentum.

„Refertur etiam hic Pſalmus ad animam olim „omni bono vacuam, & poſtea per Chriſti „gratiam converſam.

vers. 1. *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo,* „aſſiduo hymnos & orationes of- „ferens. *Sitivit in te anima mea,* divino amore „repleta, ſed etiam *multipliciter caro mea* per „jejunia, chameunias &c. te colere quærit; „etiam *in terra deſerta & invia,* ſicut in ſancto „tabernaculo tuo *apparui tibi* hymnos offerens.

v. 6. *Sicut adipe & pinguedine repleatur ani-* „*ma mea,* quia ſolum in Deo ſperavi, *ſi memor* „*fui tui ſuper ſtratum meum* &c. id eſt, cum me- „mor tui eſſem, inſomnes duxi noctes, lau- „dibus tui vacans. *Et in velamento alarum tua-* „*rum exultabo:* ſcilicet, quia tu mihi cuſtodiæ „tuæ auxilium impendis, lætitiam excipio. „*Adhæſit anima mea poſt te.* Ne tantillum qui- „dem poſſum memoriam tui a me avertere „amoris incentivo aduſtus, quia *me ſuſcepit dex-* „*tera tua,* Unigenitus Filius tuus.

v. 10. *Ipſi vero in vanum quæſierunt animam* „*meam*, ſcilicet adverſariæ poteſtates, quas „Propheta æternis ſuppliciis tradi poſtu„lat. Cum econtra *Rex lætabitur in Deo*, id „eſt, credentes in Chriſtum lætabuntur læti„tia ſpirituali, *laudabuntur omnes qui jurant in* „*eo*, quia Chriſtum juramenti Deum ſtatuunt, „& *quia obſtructum eſt os loquentium iniqua*, ſci„licet adverſariarum poteſtatum.

In finem Pſalmus Davidi LXIII.

Argumentum.

„Hunc Pſalmum canit ex Perſona Apoſtolo„rum, qui rogant, liberari ſe ab inimicis „Evangelicæ prædicationis.

vers. 1. *Exaudi Deus orationem meam cum de*„*precor* &c. *quia exacuerunt ut gla*„*dium linguas ſuas*, blasphema in Jeſum dicta „proferentes: *intenderunt arcum rem amaram*: „Arcui miſſili lethifera corum dicta compa„rat. *Subito ſagittabunt eum*, per inſidias, *&* „*non timebunt* Inſpectorem Deum. *Firmaverunt* „*ſibi ſermonem nequam* dicentes Dominum a „mortuis non reſurrexiſſe: & *narraverunt*, ſeu „varia conſilia inierunt, ut *abſconderent la*„*queos* ad mortem Evangelicis præconibus, *&* „*dixerunt*, *quis videbit eos*, rati Deum de tanta „impietate pœnas non expoſcere.

v. 8. *Accedet homo ad cor altum*, prudentia „conſilia iniens, *& exaltabitur Deus*. Econ„tra mali *ſcrutati ſunt iniquitatem*. Unde *ſagit*-

„*tæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum.* Et ipſi „in ruinam cadent.

In finem Pſalmus David. Canticum Jeremiæ & Ezechielis populo transmigrationis cum inciperent exire LXIV.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo perſonam inducit gentium cre„dentium in Chriſtum, & poſtulantium priſti„næ impietatis remiſſionem.

vers. 1. *Te decet hymnus Deus in Sion*, non ve„ro eos quos olim deos æſtimaba„mus. *Et tibi reddetur votum in Jeruſalem* ter„reſtri & cœleſti. *Ad te omnis caro veniet:* ubi „vocatio gentium annuntiatur. Equidem *ver„ba iniquorum* ſapientum hujus ſæculi *præva„luerunt ſuper nos*, ſeu ſeduxerunt nos, ſed „*tu impietatibus noſtris propitiaberis.*

v. 5. *Beatus quem elegiſti & aſſumſiſti*, qui ad „bravium ſupernæ vocationis pervenerunt. „*Replebimur in bonis domus tuæ.* Bona domus „vocat diverſa Spiritus dona. *Præparans*, ſup„plicium, *montes in virtute ſua*, adverſis pote„ſtatibus. Hoc autem faciet, potens cum ſit, „*qui conturbat profundum maris*, id eſt, multi„tudinem immundorum Spirituum, quæ Chri„ſti adventu conturbatur. Tunc autem *turba„buntur gentes* &c. ſigna magna conſpicientes, „& *ad matutinos & veſpertinos exitus*, ſive omni „tempore *delectabuntur.*

v. 10.

v. 10. *Viſitaſti terram &c.* ideo quippe gen„tes delectabuntur, quia Deus viſitatione ſua „terram dignatus eſt, ſuisque donis *inebriavit* „*eam:* nam *flumen Dei*, ſeu Evangelicus ſermo, „*repletum eſt aquis*, ſeu divinis promiſſis regni „cœlorum. Item quia *paravit cibum illorum*, „ſpiritualem Chriſtum. Item *rivos ejus ſeu pro*„*funda* cordis *inebriat*, *multiplicat genimina eo*„*rum*, ſeu bonas cogitationes, & etiam *in ſtilli*„*cidiis ejus* ſeu parvis donis *lætabitur germinans* „ſpiritualem fructum, cum Chriſtus ſicut ſtilli„cidia deſcendet. Pſ. 71. v. 6.

v. 12. Item *benedices coronæ anni benignitatis* „*tuæ*, cum in futuro ſæculo ſancti coronabun„tur, & *campi tui*, ſeu credentes in eum *reple*„*buntur ubertate*. *Pingueſcent ſpecioſa deſerti*, „ſcilicet Eccleſia gentium, *& exultatione colles*, „id eſt, præſides Eccleſiarum *accingentur*. *In*„*duti ſunt arietes ovium*, nimirum principes po„pulorum, vel etiam Apoſtoli veſtimento in„corruptibilitatis & lætitiæ. *Et valles abunda*„*bunt frumento*, gentium animæ ſpiritualibus „fructibus replebuntur: *clamabunt etenim hym*„*num dicent*, & Deo totis viribus offerent.

In finem, Canticum Pſalmi Reſurrectionis LXV.

Argumentum.

„Vocationem gentium, futuram Reſurrectio„nem, Perſecutionem & gloriam Apoſtolo„rum, & Judæorum reprobationem hic Pſal„mus annuntiat.

vers. 1. *Jubilate Deo omnis terra. Dicite Deo* „*quam terribilia ſunt opera* tua, in „profligatione impurorum dæmonum. *In mul-* „*titudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* „Judæorum ſtuporem coarguit, qui non ſivit „eos miraculorum magnitudini obtemperare: „unde loco eorum *adorabit* eum omnium gen- „tium multitudo, quæ proinde ab Apoſtolis „invitatur dicentibus: *venite & videte opera Dei*, „nimirum, *qui convertit mare rubrum in ari-* „*dam*: cujus *oculi ſuper gentes reſpiciunt*, cum „econtra *qui exaſperant*, Judæi, *non exaltentur* „*in ſemetipſis*.

v. 10. *Quoniam probaſti nos Deus* &c. Ærum- „nas Apoſtolis ob prædicationem futuras præ- „nuntiat per ignem, aquam, carceres &c. ſed & „præmium eorum dum ait: *introibo in domum* „*tuam* cœleſtem *in holocauſtis*, pro quibus ſe „ipſos obtulerunt. *Et reddam tibi vota mea* in „tribulatione emiſſa, *holocauſta medullata* &c. „ſpiritualia omnia.

In finem Pſalmus in hymnis ipſi David LXVI.

Argumentum.

„Apoſtoli doctrina gentes imbuunt, & rogant „liberari ab iis, qui doctrinæ ſuæ contra- „dicunt.

vers. 1. *Deus miſeratur noſtri & benedicat no-* „*bis* &c. & exhibeas vultum tuum „nobis, ut viam S. Evangelii tui gentibus om-

„nibus

„nibus prædicare poſſimus. *Confiteantur tibi* „*populi Deus.* Prædicit confeſſionem Chriſti „a omnibus gentibus emittendam. *Confiteantur tibi populi Deus* &c. repetit, ut alacrio„res reddat auditores. *Terra dedit fructum* „*ſuum* ſpiritualem ſcilicet in pietate profectum.

In finem Pſalmus cantici ipſi David LXVII.

Argumentum.

„Adventus Chriſti, hoſtium victoria, miſſio S. „Spiritus, electio Apoſtolorum, gentium „converſio, Aſcenſio Chriſti in cœlum præ„nuntiantur.

vers. 1. *Exurgat Deus & diſſipentur inimici* „*ejus* &c. *Iter facite ei, qui aſcen*„*dit ſuper occaſum:* in viis ejus & præceptis „ambulate, qui in noviſſimo tempore in terra „& carne viſus eſt, & usque in infernum de„ſcendit: *Turbentur a facie ejus* dœmones, qui „eſt *Pater orphanorum, & Judex viduarum,* ni„mirum *Deus in loco ſancto ſuo,* ſcilicet cœlo; „*Deus qui inhabitare facit unius moris,* ſimplices „corde & mundos concupiſcentiam abjicientes „*in domo* ſua cœleſti: *Qui educit vinctos* a dœ„mone *in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant,* „*qui habitant in ſepulchris;* nam in infernum „profectus ſpiritibus illic verſantibus prædica„vit, qui olim exaſperaverunt ſeu increduli „fuerunt.

v. 8. *Deus cum egredereris in conſpectu populi* „*tui, cum pertranſires in deſerto,* educens Iſrae-

„litas ex Ægypto, tunc *terra mota* eſt, & fama „hujus exitus in omnem terram pervaſit, & „*cœli deſtillaverunt*, manna. *Pluviam* autem „*voluntariam* ſeu Evangelicum verbum *ſegrega-* „*bis hæreditati tuæ*, quæ quidem olim idola „colens *infirmata eſt*, *ſed tu* per Evangelium „*perfeciſti eam*; & *animalia tua*, qui vivificam „eſcam deguſtarunt, *habitabunt in ea*, nam *pa-* „*raſti in dulcedine tua pauperi* Spiritu *Deus*, quod „oculus non vidit, nec auris audivit.

v. 12. *Dominus dabit verbum evangelizanti-* „*bus*, Apoſtolis, qui eſt *rex virtutum dilecti* po- „puli ſui, dabit autem ideo ut *ſpeciei domus di-* „*vidant ſpolia*, id eſt, ut trahant gentes ad fi- „dem, & exſpolient Satanam. Tunc vero, „ait, *ſi dormiatis* & requiem habeatis *inter me-* „*dios cleros*, qui ex Judæis & Gentibus credide- „rint, dabuntur eis *pennæ columbæ*, ſeu Spiri- „tus ſanctus, cujus *poſteriora deaurata erunt*, „quia pretioſas & ſapientes mentes eorum ef- „ficiet.

v. 15. *Dum diſcernit cœleſtis* Rex *reges ſuper* „*eam nive dealbabuntur in Selmon*, ſeu retribu- „tione. Ait ergo eos, qui Apoſtolos recepe- „rint, a cœleſti rege retributionem accepturos, „ſcilicet purgationem peccatorum, quæ in ſo- „la Eccleſia obtineri poteſt, quæ eſt *mons Dei*, „*mons pinguis*, *mons coagulatus* opimas reddens „animas: *ut quid* ergo hæreticorum Eccleſias „falſo *ſuſpicamini montes coagulatos eſſe*, cum ni- „hil in illis ſit, quod alere poſſit ad ſpiritua- „lem vitam, cum econtra ſola Eccleſia vera „ſit

„*ſit mons, in quo beneplacitum eſt Deo habi-*
„*tare in eo.*

v. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex,*
„*millia lætantium.* Currum Dei vocat cœleſtes
„virtutes Deo miniſtrantes: hic eſt Deus, qui
„in *monte Sinai* legem dedit, qui *in altum* ſeu
„crucem *aſcendens captivam duxit captivitatem,*
„animas a captivitate dæmonis liberando, *ac-*
„*cepitque dona in hominibus* non credentibus, ut
„*inhabitet* in eis & colatur ab illis.

v. 20. *Dominus Deus benedictus... proſpe-*
„*rum iter faciet nobis,* ut via prædicationis
„Apoſtolorum ſit proſpera: & quia *Deus noſter*
„*eſt ſalvos faciendi,* & ſui ſunt *exitus mortis*, ſi
„etiam Apoſtoli usque ad mortem acceſſerint,
„eos generoſe educet: Item *confringet capita*
„*inimicorum ejus* Judæorum, *& verticem capilli,*
„ſeu caput, *perambulantium in delictis ſuis*, qui
„poſt peccata pœnitentiam non egerint.

v. 23. *Dixit Dominus, ex Băſan convertam.*
„Baſan explicatur exacerbatio: ait ergo, ex
„domo exacerbantis Iſraelis convertam ad me,
„*convertam in profundum maris*, ſeu voluptatum
„demerſas. *Ut intingatur pes tuus in ſanguine,*
„inimicis poteſtatibus ſublatis, quæ deduxe-
„runt ſanguinem eorum in terram juxta Eſaiæ
„vocem. *Et lingua canum tuorum ex inimicis*
„*ab ipſo:* id eſt Apoſtolorum ceu canum ſpi-
„ritualium vox cauſa erit mortis malignorum
„dæmonum.

v. 25. *Viſi ſunt ingreſſus tui Deus*, res ſcili-
„cet a Chriſto geſtæ, partus ejus, miracula,
„Paſſio, reſurrectio, Aſcenſio. *Prævenerunt*
„*principes conjuncti pſallentibus*, id eſt Apoſtoli
„priores inceperunt adorationem in Spiritu &
„veritate, *in medio juvencularum tympaniſtria-*
„*rum* credentium, quæ ſono Evangelicæ præ-
„dicationis orbem repleverunt.

v. 27. *In Eccleſiis benedicite Deo Domino de*
„*fontibus Iſrael:* dicit, nequaquam par eſſe
„hymnos aliunde quam ex legalibus & Pro-
„pheticis ſcripturis hauſtos offerre Deo. *Ibi*
„*Benjamin*, S. Paulus, *adoleſcentulus* ex tribu
„Benjamin, cui poſt alios Apoſtolos viſus eſt
„Dominus, *in mentis exceſſu*, ob revelationum
„excellentiam. *Principes Juda duces eorum*,
„*principes Zabulon*, *principes Nephtali* pſallen-
„lentium duces conſtituti ſunt, & ex tribu
„quidem Zabulon & Nephtali erant Petrus,
„Andreas, Jacobus & Joannes, ex tribu Juda
„vero Matthæus & alii Apoſtoli.

v. 29. *Manda Deus virtuti tuæ*, Chriſto, *ut*
„*confirmet quod operatus eſt in nobis*, ſcilicet fu-
„turam incorruptionem. *A templo tuo* terreno,
„ſeu Eccleſia, *in Jeruſalem* ſupernam *tibi offe-*
„*rent reges*, credentes in Chriſtum *munera* ſpi-
„ritualia. *Increpa feras arundinis:* arundo vero
„locus erat Palæſtinæ plenus leonibus aſcen-
„de t bus in Jeruſalem inſidiantibus: rogat
„ergo ut a ſpiritualibus leonibus ſeu impuris
„dæmonibus protegatur, & etiam a *congrega-*
„*tione taurorum* ſeu principibus Judæorum, &
„*vac-*

„*vaccis* ſeu plebeis *populorum* prædicatio Evan„gelica non impediatur; & *ne excludant eos qui* „*probati ſunt argento* divina eloquia annuntian„tes; & *diſſipa gentes quæ bella* contra ſanctos „*volunt* & excitant.

v. 32. Porro diſſipatis inimicis Eccleſiæ *ve*„*nient legati ex Ægypto* ſeu gentiles ad prædi„cationem Evangelicam, & *Æthiopia præveniet* „*manus ejus Deo* & ad prædicationem accurret, „& *omnia regna terræ cantabunt Deo* in Chri„ſtum creditura; qui *aſcendit ſuper cælum cæli*, „& *dabit voci ſuæ vocem virtutis*, quæ mortuos „omnes ad judicium excitabit, & dabit *ſanctis* „pro eorum diverſis meritis *magnificentiam* ſeu „honorem, *virtutem* ſeu miracula, & *fortitudi*„*nem*.

In finem pro iis qui commutabuntur Pſalmus LXVIII.

Argumentum.

„Continet Pſalmus precationem Salvatoris, „narrat paſſionem ejus, Judæorum ſuppli„cium, & Evangelii introductionem.

vers. 1. *Salvum me fac Deus, quoniam intrave*„*runt aquæ* tribulationum *usque ad* „*animam meam. Infixus ſum in limo profun*„*di* &c. ſeu infernum, propter peccata homi„num. *Laboravi clamans*, pro hominum ſalute, „*Libera me* &c.

v. 5. *Confortati ſunt, qui perſecuti ſunt me ini*„*mici mei injuſte.* Paſſionem ſuam & ſenten-

„tiam injuſtam contra ſe latam declarat, quam „Paſſionem *inſipientiam* vocat, quia ſtultitia gen„tibus videbatur. Et *quoniam propter te ſuſti„nui opprobrium*, & derelictus ſum *a fratribus „meis*, rogo ut mors e medio tollatur.

v. 10. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*: „me abnegarunt, quia coarguebam eos, quod „impii eſſent in domum tuam, unde *opprobria „exprobrantium tibi cecidederunt ſuper me.* Sed „ego in *jejunio* & maceratione *operui* pro iis „*animam*, & *orationem meam* pro ipſis tibi ob„tuli, quia ad hoc veni, & eſt *tempus benepla„citi* & miſericordiæ, *o Deus.*

v. 16. *Non me demergat tempeſtas aquæ*, ſeu „maledictio in humanam naturam lata, & *ne „avertas faciem tuam ab ea* propter Adæ trans„greſſionem, ſed *libera eam* a morte occupante.

v. 23. *Fiat menſa eorum coram ipſis in la„queum.* Hic ſignificat ea quæ Judæis poſt paſ„ſionem ſuam eventura erant. Perinde autem „eſt, ac ſi diceret, ſimilia ſuſtineant iis, quæ „me experiri curarunt: *obſcurentur oculi eorum, „ne videant* juſtitiæ ſolem: & *dorſum eorum in„curva* ſub jugo captivitatis perpetuæ. *Fiat „habitatio eorum Jeruſalem deſerta* &c. *Appo„ne iniquitatem ſuper iniquitatem eorum*, quia „etiam poſt reſurrectionem eum calumniati „ſunt, & *non intrent in juſtitiam tuam*, remoti „a voluptate juſtorum; ſed *deleantur de libro „viventium*, a promiſſionibus divinis excluſi.

v. 30.

v. 30. *Ego ſum pauper & dolens, ſalus tua*
„*Deus ſuſcepit me*. Hic Evangelicum inſtitu-
„tum prædicatur, & loco cruentorum ſacrifi-
„ciorum *ſacrificium laudis* commendatur: & ad
„illud *cœli & terra*, *mare* ſeu inſulæ, *& repti-*
„*lia* ſeu incolæ in eis invitantur: *quoniam Do-*
„*minus ſalvam faciet Sion*, ſcilicet Eccleſiam, *&*
„*inhabitabunt* ibi a captivitate dæmonis liberati,
& *ſemen ſervorum ejus*, ſeu ii qui per Apoſtolos
„ad Chriſtum ſunt converſi.

In finem Pſalmus David LXIX. In rememorationem, quod ſalvum fecerit me Dominus.

Argumentum.

„Hunc canit Pſalmum ex perſona humanæ
„naturæ rogantis Deum, ut exurgat ad au-
„xilium ipſi.

vers. 1. *Deus in adjutorium meum intende* &c.
„*confundantur & revereantur*, qui
„meam necem exoptant, & qui de *malis* meis
„gaudent, vertantur in fugam cum pudore cer-
„nentes immutationem meam. *Ego autem*
„*mendicus ſum & pauper* divitiarum juſtitiæ ex-
„pers, quapropter tuum imploro auxilium.
„*Adjutor meus & liberator meus es tu*, *Domine*
„*ne moreris*, tuam enim providentiam conſecu-
„tus ſum, exaudi me quam citiſſime.

Pſal-

Pſalmus Davidi in finem filiorum Jonadab & priorum captivorum caret inſcriptione apud Hebræos LXX.

Argumentum.

„Introducuntur filii Jonadab, ſcilicet Apoſto-
„lorum chorus gratias agentes pro libera-
„tione a perſecutoribus ſuis, & promitten-
„tes, ſe ſacrificium laudis ſolum oblaturos,
„legali cultu liberatos.

vers. 1. *In te Domine ſperavi, non confundar in*
„*Juſtitia tua*, Chriſto, *libera me.*
„*Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de*
„*manu contra legem agentis* populi Judaici. *In te*
„*confirmatus*, & protectus *ſum in utero* ad-
„huc exiſtens. Ideo *in te cantatio mea ſemper*
„& in tuis laudibus perſevero. Licet autem
„*prodigium factus ſum multis*, & magnus præ-
„clarusque effectus, *tu* tamen ſolus *adjutor*
„*fortis* mihi fuiſti. Unde *repleatur os meum lau-*
„*de, ut cantem gloriam tuam* quam in terra ex-
„hibuiſti, & *tota die magnificentiam* ſeu Deita-
„tem tuam, qua omnia produxiſti.

v. 9. *Ne projicias me in tempore ſenectutis*, ne
„unquam ſpe in Chriſtum ſenex ſeu infirmus
„appaream: & *cum defecerit virtus mea*, & ego
„in peccatum labar, *ne derelinquas me*, ſed re-
„voca me clemens cum ſis. *Quia dixerunt*, id
„eſt, ne forte dicant *inimici mei*, irrumpamus
„& deprædemur eum Deo non opitulante.
„Quod ne fiat *Deus meus ne elongeris a me* &c.
„quia ego *ſemper ſperabo in te* &c.

v. 15.

v. 15. *Quoniam non cognovi litteraturam*, id „eſt, vanas vitæ diſtractiones, aut varia, quæ „lex jubebat offerre ſacrificia, quibus abjectis „*introibo* ſupernas *manſiones* a Deo promiſſas, „& *memorabor juſtitiæ tuæ ſolius*, qua nos a pec„cato liberaſti.

v. 17. *Deus meus, quæ docuiſti me a juventute* „*mea mirabilia* tua aliis annuntiabo, & quod „cum fidelibrs tuis *usque in ſenectam & ſenium* „ſeu conſummationem ſæculi permanſurus ſis: „& ſi *me non derelinquas Domine* futurum eſt, ut „annuntiem *robuſtum brachium tuum*, ſcilicet „*potentiam & juſtitiam tuam omni generationi ven*„*turæ*, *usque ad altiſſima quæ feciſti magnalia* in „redemptione humani generis, in quo non eſt „*ſimilis tibi.*

v. 20. *Quantas mihi oſtendiſti tribulationes mul*„*tas? & converſus vivificaſti me* liberando de „Ægypto, vel juſtificando per Baptismum, & „*converſus conſolatus es* me in ſecundo tuo ad„ventu, vel remittendo per pœnitentiam pec„cata poſt Baptismum commiſſa. Quare me „ita adornabo, ut *vas* hymnologiæ, appellari „poſſim, & *pſallam tibi in cithara*, ſeu animæ „concentu.

In finem, Pſalmus David in Salomonem LXXI.

Argumentum.

„Adventus Chriſti hiſce ſignificatur, & vocatio „gentium per Chriſtum verum Salomonem.

vers.

vers. 1. *Deus judicium tuum Regi da.* Decre„viſti, ait, o Pater, ut Unigeni„tus tuus eos illuſtret, qui ſunt in terra, hoc „decretum nunc exſequere. Et juſtitiam tuam „filio Regis. Cum ipſe ſit juſtitia Patris, pro„pter humanam naturam dicitur juſtitiam ac„cepiſſe. Ipſe autem eſt Chriſtus Rex & filius „Regis. *Judicare populum tuum in juſtitia.* „Hæc enim eſt cauſa Incarnationis ad judi„candam Satanæ adverſus nos arrogantiam.

v. 3. *Suſcipiant montes pacem populo &c.* „montes & colles evangelicas virtutes vocat, „quæ excluſa veteri impietate nunc ab homi„nibus exercentur. *Judicabit pauperes populi,* „idololatrarum filios, vel univerſum genus hu„manum, *& humiliabit calumniatorem* diabolum. „*Et permanebit cum ſole & ante lunam* &c. nam „in omnia ſæcula regnum ejus extendetur. „*Deſcendet ſicut pluvia in vellus:* & ſine ſtrepitu „clandeſtinus adventus ejus erit.

v. 7. *Orietur in diebus ejus juſtitia, & abun„dantia pacis donec auferatur luna* in conſuma„tione ſæculi. *Et dominabitur a mari uſque ad „mare:* quia omnes gentes Chriſti fidem reci„pient: *& inimici ejus terram lingent,* & illi ſub„jecti erunt.

v. 12. *Quia liberabit pauperem a potente:* ab „extremis terræ gentes & reges eum adora„bunt, quod eos a tyrannide Satanæ liberave„rit. *Ex uſuris & iniquitate redimet animas eo„rum,* delens chirographum adverſus eos ſcri-

„ptum,

„ptum, & gratis debitum remittens. *Et ho-„norabile nomen eorum coram illo*, id eſt, vene-„randus & glorioſus apud omnes erit.

v. 15. *Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ*: „ait, eum non una cum pueris ab Herode ne-„candis comprehendendum fore; & aurum „Arabicum declarat manifeſte, quæ dona „magi obtulerunt, *& adorabunt de ipſo ſem-„per*, per eum Patrem rogantes. *Erit firma-„mentum in terra*, Eccleſiæ & orbis: *in ſummis „montium* Apoſtolorum & Prophetarum, *ſuper-„extolletur ſuper Libanum fructus ejus*: id eſt, „prædicatio evangelica ſuperior erit cultu le-„gali, *& florebit ſicut fœnum terræ.*

Defecerunt laudes David filii Jeſſe. *Pſalmus LXXII.*

Argumentum.

„Propoſita primo improborum in mundo feli-„citate, docet poſtea, qualis ipſorum finis „futurus ſit, ut non moleſte feramus in-„æqualitatem rerum hujus vitæ.

vers. 1. *Quam bonus Iſrael Deus his qui recto „ſunt corde.* Narraturus proſpe-„ritatem impiorum & eorum conſequens ſup-„plicium, præmittit, ſolis juſtis Deum bonum „futurum. *Quia zelavi ſuper iniquos pacem pec-„catorum videns* &c. narrat ea, quæ eum per-„turbant, ſcilicet quod impii in pace degant, „*proſpere vivant*, in bonorum abundantia *mo-„riantur*, leviter in vita *puniantur*, *laborioſam-*

„*que*

„*que* vitam non ducant. Unde *tenet eos ſuper-* „*bia*, & impietas eorum quaſi *pinguis* fit, *tranſ-* „*eunt in affectum cordis*, malo ſcilicet habitu „contracto *loquuntur iniquitatem* etiam *in excelſo*, „ſeu verba blaſphema in Deum, licet viles „ſint & *linguam in terra* habeant.

v. 20. *Ideo convertetur populus meus hic*. Con- „verſionem populo afferet impiorum ſuppli- „cium, *& dies pleni invenientur in eis*; ſeu vi- „tam ſuam probe conficient, licet impiorum „vita nonnullis bonis offendiculo eſſet, ita ut „quaſi *dicerent: Quomodo ſcit Deus*, id eſt: num „Deus humana reſpicit? *nam ecce ipſi peccatores* „*obtinuerunt divitias*, *& ego ſine cauſa* ſeu utili- „tate *juſtificavi cor meum* virtuti incumbens. „*Si dicebam narrabo ſic* &c. hæc ait mecum co- „gitabam, ſi has cogitationes aliis *narravero*, „ſcandali illis cauſa ero, *& nationem filio-* „*rum tuoum reprobabo* ſeu ſcandalizo. Quare „cum *exiſtimarem* tam profunda judicia me „cognoſcere, *in laborem me* conjeci inutilem, „cum ſint inſcrutabilia. Quare opportunum „hic mihi ad eam cognitionem tempus aſſigna- „vi, ſcilicet *tempus divini tribunalis*, ac prophe- „tico ſpiritu futura prænoſcens dico; *doloſos* „*eorum mores* graviſſimorum ſuppliciorum illis „cauſam futuros, *exaltationem* in ruinam fore, „& *divitias* quaſi *ſomnia* tranſituras *& in civita-* „*te* cœleſti imaginem eorum terrenam in nihi- „lum redigendam.

v. 21. *Quia inflammatum eſt cor meum & re-* „*nes mei commutati ſunt*: zelo accenſus cognovi

„quæ

„quæ impios ſpectant: ſed antea *ut jumentum* „inſipiens vixi, cùm non poſſem divinæ Provi„dentiæ rationes attingere; ſed non a te Deus „derelictus ſum, ſed *ſemper tecum* eram ex tua „gratia, tu enim tenuiſti me; ne moveantur „*veſtigia* mea, nec pedes nutent, ſed tecum „conſiſtant. *Quid enim mihi eſt in cælo* &c. „præter te ſolum, unde nolui terrena accipe„re, ſed unum conſequi opto, cujus deſiderio „me macerabam, illud autem eſt, *ut tu ſolus* „*portio mea ſis*, nam *qui elongant ſe a te peribunt*, „qui autem tecum ſunt, bonam portionem in „cœleſti Jeruſalem conſequentur, ita ut tuis ca„nendis hymnis ſemper delectentur.

Intellectus Aſaph LXXIII.

Argumentum.

„Supplicat Propheta cernens poſtremam Iſrae„lis captivitatem, ne prorſus eos Deus reji„ciat. Deſcribit etiam excidium urbis & „templi.

vers. 1. *Ut quid Deus repuliſti in finem*, ſine re„quie a malis. *Redemiſti virga* „*hæreditatem tuam*, ad regnum adornatam. „*Et gloriati ſunt, qui oderunt te in medio ſolem*„*nitatis tuæ*. Paſchalis, qua Chriſtus a Judæis „crucifixus, & urbs a Romanis obſeſſa eſt. „*Poſuerunt ſigna ſua* bellica in via civitatis, & „in Templum irruperunt, & infirmitatis ar„guebant Deum, qui in eo habitabat.

v. 6. *Quaſi in ſylva lignorum ſecuribus exci-*
„*derunt januas ejus* &c. deſcribit urbis ac Tem-
„pli excidium. Incenderunt igni ſanctuarium
„tuum, & volebant *dies feſtos*, & legem a Deo
„latam abrogare. Nos autem *non vidimus*
„*ſigna* divini auxilii, quæ olim in prioribus
„bellis vidimus, & *non eſt Propheta*, qui nobis
„hoſtium inſidias prænuntiet.

v. 10. *Usquequo Deus improperabit inimicus.*
„Jam Dei miſericordiam implorat: *Ut quid*
„*avertis manum tuam* a donis, quæ olim quaſi
„*ex ſinu* tuo largiebaris nobis. *Deus autem*...
„*operatus eſt ſalutem in medio terræ* omnibus
„conſpicuæ. *Nam confirmavit in virtute mare* in
„exitu Iſrael de Ægypto, *contrivit capita dra-*
„*conum Ægyptiorum in aquis. Dedit* Pharao-
„nem *populis Æthiopum* ſeu avium catervis
„quæ Ægyptiorum corpora ad littus maris ru-
„bri ejecta vorarunt. *Dirupit fontes & torren-*
„*tes*, quando in deſerto populum ex petra po-
„tavit: *ſiccavit fluvios Etham*, ſcilicet Jordanem
„ad Auſtrum ſitum. *Ipſius eſt dies & nox*, qui
„creavit illa, & *terminos terræ.*

v. 18. *Memor eſt hujus, inimicus impropera-*
„*vit tibi Domine*, & magnifice de ſe ſentit, *&*
„*populus inſipiens incitavit nomen tuum. Ne tra-*
„*das beſtiis animam confitentem tibi*, ſcilicet ini-
„micis ſuis Iſraelem, ſed *reſpice in teſtamentum*
„*tuum*, quod illi miſericorditer dediſti, *quia re-*
„*pleti ſunt* quidem *& obſcurati ſunt multæ domus*
„*eorum iniquitate*, multi tamen Apoſtolorum
„opera ad fidem convertentur. Contra eos

„vero,

„vero, qui populum deceperunt, & te *Domine*
„*improperarunt*, *exurge & judica cauſam tuam*,
„ſupplicium de iis ſumendo.

In finem ne corrumpas Pſalmus Aſaph LXXIV.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo perſona Apoſtolorum hortatur
„homines, ut impietatis finem faciant, re-
„præſentans ipſis horrendum divinum tri-
„bunal.

vers. 1. *Confitebimur tibi Deus*. . . *narrabo mi-*
„*rabilia tua*, cum me a perſequen-
„tibus liberaſti. Huic reſpondet Deus: *Ego*
„*juſtitias judicabo. Liquefacta eſt terra* &c. id
„eſt, cum juſte judicares, liquefeciſti terram
„vel malitiam pœnitentibus condonando habi-
„tatoribus, vel de impœnitentibus ſupplicium
„ſumendo. *Ego confirmavi columnas ejus*, ſan-
„ctos Apoſtolos.

v. 5. *Dixi iniquis, nolite inique agere*, ita ho-
„mines hortantur Apoſtoli: *nolite extollere in*
„*altum cornu veſtrum* &c. ſuperbum caput; &
„*linguam* contra Deum. *Quia neque ab exitibus*
„ſeu oriente, *neque ab occidente*, *neque a deſertis*
„*montibus*, ſeu ſeptentrione & meridie aliquis
„Deum latet, qui *hunc* Judæos *humiliat* propter
„arrogantiam, & *hunc* ſeu populum gentilem
„propter humilitatem *exaltat*. *Quia calix in*
„*manu Domini*, in quo fructus hominis bonos
„& malos *commiſcens* eum *plenum* efficit, &

 „quo-

„quorum *fæx* non *effunditur*, ſed peccata in eo „remanent, ipſum *bibent*, & malis propriis „inebriabuntur, cum econtra ſancti calicem „vitæ in regno cœlorum cum Domino Jeſu bi„bent, ubi *exultabunt in ſæculum*, *cornua pec„catorum*, ſeu ſuperbia diaboli, *confringentur*, „*& exaltabitur cornu* ſeu regna & potentia *juſti*.

In finem, in laudibus, Pſalmus Aſaph, canticum ad Aſſyrium LXXV.

Argumentum.

„Hic Pſalmus ſimiliter quæ divinum tribunal „ſpectant, enarrat.

Vers. 1. *Notus in Judæa*, ſuperna vel anima juſta *Deus*. . . *in ea enim factus eſt* „*in pace locus ejus. Ibi confregit potentias arcuum*, „debellatis adverſariis poteſtatibus. *Illuminas* „*tu mirabiliter a montibus æternis*, mittendo no„bis Spiritum S. de cœlis: & qui non recepe„runt hanc illuminationem *turbabuntur velut in„ſipientes corde*, cum divinum tribunal appare„bit; & quia *dormierunt ſomnum ſuum* negligen„tiæ & tepori dediti in hac vita, *nihil invenient* „in operibus præmiandum in altera, nam la„to adverſus eos judicio, *qui equos aſcenderunt*, „ſeu effrænate ad voluptates declinaverunt, „*dormitabunt* ſomno, a quo ſe excitare non „poterunt.

v. 8. *Tu terribilis es*. . . *de cœlo auditum fe„ciſti judicium*: nullus eis erit defenſionis lo„cus, prænuntiavit enim illis, quæ divinum

„tribu-

„tribunal ſpectant, in quo *tota terra tremet &*
„*quieſcet*, ſeu tabeſcet: *cum exurget in judicium*
„*Deus*, qui tamen *manſuetis ſalutem tribuet*.
„*Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi*, cum
„etiam de omnibus cogitationibus rationem
„reddituri ſimus: ubi tamen *reliquiæ ſeu bo-*
„*næ cogitationes diem feſtum agent* gloriæ cœ-
„leſtis participes. *Vovete* ergo *& reddite* &c.
„vos deinceps de bonis operibus curaturos, &
„ne tardetis ea vota implere, nam *Deus terri-*
„*bilis* judex eſt, & a *principibus* & a peccatori-
„bus *Spiritum* per Baptismum datum *aufert*, &
„ſervum improbum exſcindet.

In finem pro Idithun, Pſalmus Aſaph LXXVI.

Argumentum.

„Aſaph Idithun de excidio Judæorum dolen-
„tem docet, in ejusmodi negotiis ad Deum
„eſſe confugiendum, atque inde conſolatio-
„nem mutuari oportere.

vers. 1. *Voce mea ad Dominum clamavi... In*
„*die tribulationis meæ Deum exqui-*
„*ſivi manibus meis: nocte contra eum*, id eſt,
„diem ac noctem in precibus inſumpſi, *& non*
„*ſum deceptus*, nec in vanum laboravi. *Renuit*
„*conſolari anima mea* ab hominibus, ſed *memor*
„*fui Dei & delectatus ſum*, cum vero *exercitatus*
„*ſum* humanis ratiociniis utens, in *defectionem*
„*animi* dejectus ſum.

v. 5. *Anticipaverunt vigilias oculi mei &c.* „hoc nos, ait, perturbat, quod inimici muro„rum noſtrorum propugnacula occupent; & „*dum mecum cogitavi dies antiquos*, ubi Deus „populo ſuo auxiliabatur, nunc autem eum „*repulerit*, anxiabar, *ne forte in perpetuum* de„ſerti forent.

v. 11. Dum vero hæc cogitarem tandem „intellexi, quod *hæc ſit mutatio dexteræ excelſi*,& „& hæc contigerint propterea, quæ contra „Chriſtum, qui eſt dextera Patris, facta ſunt, „qui *mirabilia* bona illis tribuit, cujus *via in* „*ſancto* Apoſtolorum choro eſt, *ſolus Deus no*„*ſter eſt*, *redemit in brachio populum ſuum*, *fi*„*lios Jacob & Joſeph*, quibus primo Evange„lium prædicavit, & quem *aquæ* maris *timue*„*runt*.

v. 18. *Vocem dederunt nubes*, *etenim ſagittæ* „*tuæ transeunt:* id eſt, operationes in diſcipu„lis tuis editæ per totum orbem auditæ ſunt: „*vox tonitrui tui in rota:* id eſt, ſermo tuus Ev„angelicus toti hominum generi traditus eſt: „*illuxerunt fulgura tua orbi terræ*, *commota eſt*, „*& contremuit terra:* hoc eſt, audita eſt ab om„nibus orbem incolentibus ſalutaris prædica„tio, per quam caſtus timor omnes occupa„vit. *In mari* ſeu mundo *via tua* quem Apo„ſtoli prædicando percurrerunt, *& veſtigia tua* „*non cognoſcentur*, ob inviſibilem progreſſum „cum eis. *Deduxiſti ſicut oves populum tuum* per „Apoſtolos ſicut olim *in manu Moyſi & Aaron*.

Intel-

Intellectus Aſaph Pſalmus LXXVII.

Argumentum.

„Hunc canit Pſalmum Aſaph novum populum admonens, ut Evangelicæ legi attendat, & Judaicum populum de ingratitudine erga Deum accuſat.

vers. 1. *Attendite popule meus*, ex gentibus *legem meam* Evangelicam. *Patres noſtri narraverunt nobis*, quæ per opera & adventum Chriſti novimus. Quippe Deus *legem poſuit in Iſrael*, per quam cognoſcerent Salvatorem, qui in tempore ad homines advenit, quemque *filii, qui naſcentur*, ſeu Apoſtoli ſuis ſpiritualibus filiis una cum editis a Chriſto mirabilibus *annuntiarunt*, ut *præcepta* ejus cuſtodiant, *ne fiant ſicut Patres eorum generatio prava*, quæ *cor rectum* non habuit erga Deum, nec *Spiritus ejus fidem cum Deo* & fiduciam, nolentes rectam viam ingredi.

v. 9. Judæorum modo improbitatem & ingratitudinem recenſet dicens: *filii Ephræm intendentes & mittentes arcubus*, qui didicerunt cum dæmonibus pugnare, mutata ſententia Dominum negarunt; & *Teſtamento novo* rejecto adverſus Deum *bellum* moverunt, & *obliti benefactorum ejus* & quæ *fecit coram Patribus eorum mirabilia*, dum *interrupit mare & perduxit eos; panem cœli* ſeu manna *dedit eis* cœleſti virtute etiam animas & *Angelos* ſpiritaliter alentem: *& ſicut arenam maris volatilia pennata*, ſeu coturnices.

v. 30. Verum *adhuc eſcæ eorum erant in ore* „*ipſorum*, & verſus eſt illis cibus in iracundiam, „quia ad ſaturitatem carnium declinarunt: „cum vero *recordatus*, *quia caro ſunt*, & quæ „ſunt carnis ſapiunt, & ad eam *vadunt & re-* „*deunt*, miſerebatur eorum.

v. 42. *Non ſunt recordati manus ejus*, *die qua* „*redemit eos de manu tribulantis*. Alium recen- „ſet beneficiorum modum, quæ ſunt mala ini- „micis illata, ſcilicet mutatio fluminis in ſan- „guinem, cynomyia, ranæ, eruga, locuſta, „grando, pruina, ignis, immiſſio angelorum „malorum, & reliqua usque ad primogenito- „rum, in quo *viam fecit iræ ſuæ* populum ſuum „prætergrediendo, *& non pepercit a morte* „Ægyptiis. *Et induxit eos in montem ſanctifica-* „*tionis* Jeruſalem, *quem acquiſivit dextera ejus*, „Chriſtus; qui *ejecit a facie eorum gentes*, Amor- „rheum, Chettæum &c. *& forte diviſit eis ter-* „*ram* &c. deletis ſeptem gentibus.

v. 56. *Et tentaverunt & exacerbaverunt Deum* „*excelſum* per idololatriam tempore Judicum „inductam, *& averterunt ſe. . . quemadmodum* „*Patres eorum*, erectis vitulis ſacrificando *in* „*collibus ſuis*. Ideo *audivit Deus & ſprevit*, *&* „*ad nihilum redegit valde Iſrael* tradens variis „captivitatibus. *Et repulit tabernaculum Silom*, „arcam tradens quinque Satrapis, *& concluſit* „*in gladio populum ſuum*, qui cum *Sacerdoti-* „*bus ceciderunt*, & arca in manus Azotiorum „tradita fuit, quos tamen *in poſteriora percuſſit*, „donec eam remitterent.

v. 67. *Et repulit tabernaculum Joſeph*, quia
„Silom in portione Joſeph erat, & *Ephraim*
„erat filius Joſeph: *ſed elegit tribum Juda*, ex
„qua reges conſtituit, & pro Silom *montem*.
„*Et ædificavit ſicut unicornium* virtute omnibus
„gentibus majore *ſanctificium* ſeu Templum in
„Jeruſalem. *Et elegit David* ſervum ſuum, *de*
„*poſt fœtantes accepit illum*, ſcilicet ex cuſtode
„ovium rationalium ovium paſtorem conſti-
„tuit: *paſcere Jacob ſervum ſuum*, quia probo-
„rum morum doctor fuit, per ea quæ fecit,
„eos erudiens. *Et in intellectibus manuum ſua-*
„*rum deduxit eos:* intellectum manuum omnes
„actus convenienti tempore editos dicit.

Pſalmus Aſaph LXXVIII.

Argumentum.

„Hunc canit Pſalmum pro iis, qui in tempo-
„re Antiochi dire cæſi ſunt, rogans ultio-
„nem converſis calamitatibus in eos, qui
„ipſas intuliſſent.

vers. 1. *Deus venerunt gentes in hæreditatem*
„*tuam:* multas enim adducens
„gentes Antiochus ingreſſus eſt Jeroſolymam,
„& divinum templum incendit. *Poſuerunt Je-*
„*ruſalem in pomorum cuſtodiam;* nam lapidibus
„ſelectis conſtructus eſt locus, ubi tabernacu-
„lum habet, qui poma cuſtodit. *Poſuerunt*
„*morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus cæli*
„&c. ne humarentur. *Exardeſcet ſicut ignis*
„*zelus tuus*, propter nomen tuum ab inimicis
„blasphematum. *Ne memineris iniquitatum no-*

„*ſtrarum antiquarum*, quæ in Ægypto admiſſa „ſunt.

v. 10. *Ne forte dicant in gentibus, ubi eſt „Deus eorum?* Etiamſi, ait, multitudo pecca„torum noſtrorum impedimentum eſt noſtræ „ſalutis, ſed propter nomen tuum *adjuva nos*, „propter convitium, quod proferunt in te, „propter *ſanguinem Sanctorum tuorum, qui effu„ſus eſt*, propter *gemitum compeditorum. Secun„dum magnitudinem brachii tui poſſide filios mor„tificatorum*, & ſalvos fac eos, qui a cæde „reſidui ſunt.

In finem, pro iis, qui commutabuntur, teſtimonium Aſaph Pſalmus pro Aſſyriis LXXIX.

Argumentum.

„Supplicationem effundit pro liberatione a „captivitate Aſſyriorum, rogans adventum „Salvatoris & redemptionem totius generis „Iſraelitici.„

vers. 1. *Qui regis Iſrael intende. Qui ſedes ſu„per Cherubim*, & præcedis ar„cam, *manifeſtare coram*, vel ante *Ephraim*, „*Benjamin, & Manaſſe*, qui dum incederet „Tabernaculum ad meridiem illud ſubſeque„bantur. *Vineam*, ſeu Iſraelem *de Ægypto „tranſtuliſti* &c. *operuit montes umbra ejus*: id „eſt, legalia, quæ futurorum bonorum um„bra erant, in monte Silom & Sion celebrata „fuerunt, *& arbuſta ejus* ſeu Prophetæ *cedros*

„*Dei*

„*Dei* ſui ſupernas virtutes attingebant. *Ex-*
„*tendit palmites* ſeu populum *usque ad mare* In-
„dicum.

v. 13. *Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus*, ſci-
„licet Angelorum cuſtodiam, *& vindemiant*,
„ſeu depaſcunt *eam omnes*, *qui prætergrediuntur*
„*viam* mali nimirum dæmones animas exſpo-
„liantes. *Deus virtutum convertere*, & reme-
„dium vulneri applica, *& perfice eam*, ac pa-
„ratam redde ad ſalutem, *ſuper*, ſeu per *filium*
„*hominis* Chriſtum. *Fiat manus* ſeu operatio
„tua ſalutis, *ſuper* vel per *virum dexteræ tuæ*
„Chriſtum, & *numquam diſcedemus a te*. Igitur
„*Domine Deus converte nos*, ut Unigenitus tuus
„ſalvans nos appareat.

In finem pro torcularibus Pſalmus ipſi Aſaph LXXX.

Argumentum.

„Torcularia ſunt Eccleſiæ. Vocantur igitur
„in hoc Pſalmo gentes ad fidem in Domi-
„num.

vers. 1. *Exultate Deo adjutori noſtro*, o gen-
„tes, qui vos a poteſtate dæmo-
„num liberavit. *Sumite Pſalmum*, hoc eſt,
„Divinam doctrinam, *& date tympanum*, obſe-
„quentes divinis eloquiis exhibete corpora ve-
„ſtra hoſtiam Deo placentem: *Pſalterium ju-*
„*cundum cum cithara*, animas & corpus Deo
„dicantes. *Buccinate in Neomenia tuba*, ſcilicet
„in renovatione mentis.

v. 6.

v. 6. *Linguam* quam non *noverat audivit*, „ſcilicet vocem Dei in monte ad populum in „egreſſu ex Ægypto emiſſam. *Divertit ab one-* „*ribus dorſum* ejus, liberando a ſarcinis, quas „deferebant cum exſtruerent urbes Pharaonis: „*manus ejus in cophino ſervierunt*, in quo lutum „& paleas ad opus deferebant. *In tribulatione* „*invocaſti me*, *& liberavi te*, *exaudivi te in ab-* „*ſcondito tempeſtatis* ſeu vehementiſſima angu- „ſtia. *Probavi te apud aquam contradictionis*, „quando populus aquam a Moyſe poſtulabat.

v. 9. *Audi populus meus . . . dilata os tuum*, „*& implebo illud.* Promittit obſequentibus „carnales & ſpirituales cibos. *Et non audivit* „*populus meus vocem meam* &c. ideo repudiavi „eos. *Inimici Domini mentiti ſunt ei* &c. id eſt, „quia populus mentitus eſt Domino, erit ei „tempus ſupplicii futuri ſæculi. *Et cibavit eos* „*ex adipe frumenti:* ſcilicet quia bonus eſt, re- „plevit eos ſpiritali cibo, qui eſt ipſe Domi- „nus, panis vivus, qui de cœlo deſcendit, & „dat vitam mundo. *Et de petra melle ſatura-* „*vit eos.* Petra eſt ipſe Dominus, mel ejus „divina eloquia, quibus eos replevit.

Pſalmus Aſaph LXXXI.

Argumentum.

„Hic Pſalmus cauſas quare a Deo abjectus „fuerit populus Judaicus, clarius recenſet.

vers. 1. *Deus ſtetit in Synagoga deorum.* Deos „vocat principes Judæorum, in „quorum medio ſtetit Deus, in ſalutari ſuo „ad-

„adventu, ut judicaret eos: & *iniquitatem*, „qua populum *judicarunt*, in medium adducit. „*Moveantur omnia fundamenta terræ*, ſeu prin„cipes ſæculi, qui ante Judæorum populum „pœnas dederunt, quibus per crucem Chriſti „ſuppreſſis, & Judæis abjectis, ſubjunxit: *Ego* „*dixi dii eſtis* &c.

Canticum Pſalmi Aſaph LXXXII.

Argumentum.

„Rogat, ut de arrogantia gentium, quæ cum „Aſſyriis bellum geſſerant adverſus Jeruſa„lem pœnas ſumat.

vers. 1. *Deus quis ſimilis erit tibi? ne taceas* „&c. ſuper iniquis incurſionibus „inimicorum, quibus nos adoriuntur. *Quo*„*niam ecce inimici tui ſonuerunt*, publicata eſt „eorum iniquitas. *Facti ſunt in adjutorium filiis* „*Lot*, ſcilicet Moabitis & Ammonitis; deinde „finitimos enumerat, a quibus evocati alii „convenerunt.

v. 10. *Fac illis ſicut Madian & Siſaræ* &c. „Sicut Madian, & Siſara, & Jabin inſurgen„tes contra Iſraelem disperierunt, alii in tor„rente Ciſſon, alii in Endor, eodem modo, „qui cum Aſſur nos adoriuntur, easdem pœ„nas luant. *Disperierunt in Endor:* in inde„centi loco, Endor enim indecentiam ſignifi„cat: *facti ſunt ut ſtercus terræ:* inſepulti enim „jacentes diſſoluti ſunt, & quaſi ſtercus terræ „admixti. *Pone principes eorum ut Oreb.* Pa-

„ria

„ria Idumæis, Iſmaelitis, Moabitis, Agare-
„nis, & memoratis eorum ſociis immitte ma-
„la in Oreb, & in reliquos: ipſi enim mali
„male perierunt.

v. 14. *Deus meus pone illos ut rotam*, ne in
„eodem ſtatu maneant, ſed in contrarium re-
„volvantur: *ſicut ſtipulam ante faciem venti:* id
„eſt, verſatiles fiant, uti eſt ſtipula ſpicæ.
„*Sicut ignis, qui comburit ſylvam:* ignis eos
„ſicut ſylvam conſumat. *Sicut flamma combu-*
„*rens montes*, ſic comburentur per ſupplicium
„a te inflictum, quod ob vehementiam tempe-
„ſtati comparavit. *Imple facies eorum ignomi-*
„*nia*, ut pudore repleti agnoſcant tuam pote-
„ſtatem, *& quærent*, ſeu cognoſcent *nomen*
„*tuum Domine*, hanc ex datis pœnis utilitatem
„percepturi.

In finem, pro torcularibus, filiis Core. *Pſalmus LXXXIII.*

Argumentum.

„Pro Eccleſiis in hoc Pſalmo verba facit, quia
„pro torcularibus inſcribitur.

vers. 1. *Quam dilecta tabernacula tua*, ſanctæ
„Dei Eccleſiæ in diverſis locis
„conſtructæ, *Domine virtutum. Etenim paſſer*
„*invenit ſibi domum & turtur nidum* &c. Paſſer
„hominum animam adumbrat, cui venando
„inſidiatur ſpiritualis venator; turturem au-
„tem vocat animam, quæ in caſtitate & tem-
„peran-

„perantia verſatur, quæ hoc perfugium inve-
„niet, ingreſſum ſcilicet in *altaria*, nam *beati*
„*habitant in domo tua*, ſpirituali.

v. 6. *Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te,*
„*aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit* &c. id eſt, *in*
„*valle lachrymarum* ſeu mortali vita, qui ſibi
„Deum adjutorem adſcripſit, bonas ſibi quo-
„tidie cogitationes inſtituit, quas aſcenſiones
„dixit, quia in ipſis eſt quaſi aſcenſus a terre-
„nis ad cœleſtia. *Etenim benedictionem dabit*
„bonarum cogitationum *Legislator* novi Teſta-
„menti, ut *eant de virtute in virtutem*, id eſt,
„ab hoc vitæ inſtituto ſecundum Deum acto
„ad ſupernam *Jeruſalem*, ubi *videbunt Deum*,
„ſicuti eſt.

v. 10. *Reſpice in faciem Chriſti tui.* Chri-
„ſtum vocat populum vocatum ad regale ſa-
„cerdotium. *Quia melior eſt dies una in atriis*
„*tui ſuper millia.* Id eſt, longe præſtantior eſt
„Evangelicus quam legalis cultus. *Elegi ab-*
„*jectus eſſe in domo Dei mei* &c. id eſt, malo
„vilis eſſe in Eccleſia, quam præpotens in
„populo peccatore. Ubi etiam erudimur, ut
„Deo ſacra templa ſemper exoptemus, & di-
„ligamus, quia *Dominus non privabit eos, qui*
„*ambulant in innocentia*, & ejusmodi bonum
„affectum habent: *miſericordia* enim ex divi-
„nis templis oritur, & *veritas* ſuppeditatur,
„iſtinc enim ſanam doctrinam & *gratiam* ex
„Spiritus S. fonte haurimus, omni bonorum
„copia fruimur, & a malitia liberamur, vi-
„tam eligentes *in innocentia* agere.

In

In finem, filiis Core, Pſalmus LXXXIV.

Argumentum.

„Per hunc Pſalmum vocationem gentium „ſignificat, & Judaicum populum inducit „rogantem, ut & ipſe per Chriſtum miſericordiam conſequatur.

vers. 1. *Benedixiſti Domine terram tuam &c.* „Utrumque hic Propheta prædicit: filiorum Iſrael ex Babylone reditum, & „ſalutem mundi. *Remiſiſti iniquitatem plebis* „*tuæ*, quæ per fidem ad te acceſſit, ubi populum ex gentibus coactum intelligit.

v. 5. *Converte nos Deus ſalutaris noſter.* Deprecationem offert ex perſona Judæorum rogantium, ut & ipſi gratiam conſequantur. „*Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam*, ut „ex captivitate migrare & ſalutem conſequi „mereamur. Porro cum Propheta ita Deo in „perſona Judæorum ſupplicaret, Dei reſponſum accipit & ait: *Audiam, quid loquatur in* „*me Dominus Deus.* Et fine ſupplicandi facto, „reſponſum a Spiritu cum ſilentio excipit. *Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius.* „Excipiens Propheta reſponſum de genere ſuo, „illud notat, quod Deus paratus ſit omnibus „prope adeſſe, qui timuerint illum, quibus „proinde continget, ut *in gloria inhabitent*, & „œconomiam Unigeniti cum carne ſignificat, „*in qua miſericordia & veritas obviaverunt ſibi*, „quando per Deiparam ſemper Virginem *Veritas* ſeu Chriſtus, *exorta eſt*, *& juſtitia de cælo*

„pro-

„*proſpexit*, quando Spiritus in Virginem ſuper-„venit. Et tunc *Dominus dabit benignitatem* „eos qui in terra ſunt, illuminando, ut ſpiri-„tuales juſtitiæ fructus proferant, dum ſcilicet „*juſtitia ante eum ambulabit*, *& greſſus ejus*, qui „operatur bonum, & in via, quæ ſurſum ten-„dit, direxerit.

Oratio ipſi David Pſalmus LXXXV.

Argumentum.

„David cum per Spiritum noſſet adventum „Chriſti & futuram peccatorum remiſſionem „rogat, ut & ipſe unus eorum deprehenda-„tur, qui per gratiam ſalutem conſequuntur.

vers. 1. *Inclina Domine aurem tuam & exaudi* „*me*, & quia opportuna ad hoc via „eſt humilitas, ſubjungit: *quoniam inops & pau-„per ſum ego. Cuſtodi animam meam, quoniam* „*ſanctus ſum*: ob bona ſua opera ſe exaudiri „poſtulat: *ſalvum fac ſervum tuum* &c. poſt-„quam ſanctum ſe dixit, ad humilitatem de-„nuo converſus ſervum ſe dicit, ſpem ſalutis „in illo tantum ſe habere teſtificans. *Non eſt* „*ſimilis tui in diis*, ſeu Prophetis, *Domine*, ne-„mo enim Prophetarum potuit homines libe-„rare a peccato.

v. 11. *Lætetur cor meum, ut timeat nomen* „*tuum*, merito Propheta divino timore cor „ſuum lætificari dicit nam pia vita mater eſt „lætitiæ. *Confitebor tibi Domine Deus meus in* „*toto corde meo*, quia ab inviſibilium poteſta-

„tum inſidiis liberaſti me propter tuam *magnam*
„*miſericordiam.* Quare eam rurſum invoco,
„quæque mihi eveniet, ſi me *reſpicias*, & me-
„cum *ſignum in bonum facias*, ſicut olim in
„Ægypto filiis Iſrael ſignum dediſti, ut non
„læderentur ab exterminatore.

Filiis Core Pſalmus Cantici LXXXVI.

Argumentum.

„Hunc Pſalmum canunt Filii Core in Eccle-
„ſiæ gratiam, vocationem gentium prædi-
„cantes, & Filii Dei Incarnationem.

Vers. 1. *Fundamenta ejus*, ſcilicet populi ad fi-
„dem vocati, *in montibus ſanctis*,
„Apoſtolorum & Prophetarum: *diligit Domi-*
„*nus portas Sion*, ſeu Evangelicum inſtitutum,
„*ſuper omnia tabernacula Jacob*, ſeu cultum le-
„galem. *Glorioſa dicta ſunt de te Eccleſia*, ſci-
„licet, quod in te habitet Unigenitus Dei Fi-
„lius. *Memor Rahab & Babylonis:* id eſt eo-
„rum, qui ad me convertuntur, ſive eorum,
„qui indecenter ad voluptatem declinarunt,
„ſive qui idololatriæ addicti fuerunt. *Ecce*
„*alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum.*
„Ubi edocemur ex omnibus gentibus Eccle-
„ſiam conſtare.

v. 5. *Mater Sion*, ſeu Eccleſia in qua eſt
„homo, qui fundavit eam dicet, hic autem
„eſt, qui pro nobis *homo factus eſt*, & pollicitus
„eſt, ſe ſupra petram ædificaturum Eccleſiam.
„*Dominus narrabit in Scripturis populorum &*
„*prin-*

„*principum*, qui in ipſa Eccleſia erunt, Scriptu„ram Dominus enarrabit, ſcilicet deſcriptio„nem nominum in cœlis factam. *Sicut lætan„tium omnium habitatio eſt in te.* Quando, ait, „omnium, qui in Eccleſia ſunt, habitatio in „te fuerit, tunc lætitia pleni erunt.

Canticum Pſalmi. In finem pro Maheleth ad reſpondendum, intellectus Ethan Iſraelitæ LXXXVII.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo Chriſti mors & reſurrectio me„moratur. Inſcriptus eſt pro Maheleth ſeu „choro Judæorum, & quia profundum eſt „Chriſti myſterium intellectu opus habet: „& dicitur Æman eſſe in Ægypto a Moyſe „factus, qui Æman nepos erat Iſraelis ex „Zara.

vers. 1. *Domine Deus ſalutis meæ in die clama„vi*, ita orat Chriſtus ad Patrem „pro ſalute populi. *Quia repleta eſt malis ani„ma mea* pro peccatis populi, *& vita mea infer„no*, ſeu morti *appropinquavit*, *factus ſum ſicut „homo ſine adjutorio inter mortuos liber* a mortis „debito, quia peccatum non fecit. *Sicut vul„nerati in ſepulchro* fui, ſed ibi non remanſi, „reſurrexi enim calcata morte. *Super me con„firmatus eſt furor tuus*, ſeu maledictio mortis „generi humano illata, *& omnes fluctus tuos* „pœnas hominibus prævaricatoribus inflictas „*induxiſti ſuper me. Longe feciſti notos meos a*

„me in paſſione mea, *& traditus in cuſtodiam* „*non egrediebar. Oculi mei* fletu *languerunt præ* „*inopia* ſpiritali populi mei.

v. 12. *Numquid mortuis facies mirabilia* &c. „quoniam, inquit, neque *mortui poſſunt mira*„*bilia facere*, neque medici ſuſcitare eos, *ut* „*confiteantur tibi*, neque *in ſepulchro narrabit* „*aliquis miſericordiam tuam, ut quid repellis ora*„*tionem meam? Pauper ſum ego* formam ſervi „accipiens, *& in laboribus a juventute mea* inſi„diis Herodis appetitus: item *exaltatus* in cru„ce, *& humiliatus* deſcendens in infernum. „*In me tranſierunt iræ tuæ* &c.

Pſalmus intellectus Æthan Iſraelitæ LXXXVIII.

Argumentum.

„Chriſti ex ſemine David generationem, ejus „regnum inſuperque ſalutarem paſſionem, „qnam pro nobis ſuſtinuit, vaticinatur.

Vers. 1. *Miſericordias Domini in æternum can*„*tabo*, ſcilicet quod nos a peccato „& morte liberaverit. In *generationem & ge*„*nerationem annuntiabo veritatem* Chriſtum Dei „Filium. *Quoniam dixiſti, in æternum miſeri*„*cordia* gratia & ſalus *ædificabitur, præparabi*„*tur veritas tua*, ſalus noſtra. *Diſpoſui teſta*„*mentum* promiſſiones de Chriſto, *electis meis* „Abrahamo & Jacobo.

v. 5. *Confitebuntur cœli mirabilia tua*, quan„do Angeli Chriſti nativitatem annuntiarunt. „*Potens es Domine* &c. declarat eum, qui in „forma ſervi eſt, eumdem eſſe & Deum, qui „*dominatur poteſtati maris*, *humiliavit ſuperbum* „Satanam, cujus ſunt *cœli & terra*, quæ fun„davit, qui creavit *Aquilonem*, ſeu regiones „ſeptentrionales, *mare*, ſeu occidentales mon„tem *Hermon*, ſeu meridiem, & *Thabor*, orien„tem. Illius *brachium cum potentia* manifeſtatur.

v. 16. *Beatus populus*, *qui ſcit jubilationem* „de proſtratis per ejus incarnationem editam. „*Domine in lumine vultus tui ambulabunt* &c. „beatos Apoſtolos prædicat, quia *in nomine &* „*virtute* Chriſti ſtupenda opera edebant. *Et* „*in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.* Id „eſt, quoniam tibi Pater placuit mittere Uni„genitum, ideo gloria noſtra exaltata eſt.

v. 20. *Tunc locutus es in viſione filiis tuis*, „qui ad filiorum Dei adoptionem vocati ſunt „per viſiones propheticas locutus es, *& dixi*„*ſti: poſui adjutorem in potente*, Chriſto Domi„no virtutum. *Exaltavi electum de plebe mea.* „*Inveni David ſervum meum.* Intellige Chri„ſtum ex ſemine David, qui in forma ſervi ap„paruit. *Oleo ſancto meo unxi eum:* unde Chri„ſtus dicitur: *manus enim mea auxiliabitur ei* &c. „quia Pater in eo manens facit opera.

v. 23. *Nihil proficiet inimicus*, tum Satanas, „tum Judæi, *in eo.* Quos reſurgendo devicit. „*Et concidam a facie ipſius inimicos ejus*, traden-

„do Judæos Romanis. *Et veritas mea, miſeri-*
„*cordia mea cum ipſo:* a Chriſto enim verum
„Dei cultum & miſericordiam Dei conſecuti
„ſumus. *Et in nomine meo exaltabitur cornu*
„*ejus.* Nominibus enim, quæ maxime Patri
„conveniunt, uti Deus, veritas &c. etiam Fi-
„lius ornatur. *Et ponam in mari manum*
„*ejus* &c. per omnem terram ejus opus exten-
„ſum erit. *Ipſe invocabit me: Pater meus es tu.*
„Hoc loco qui incarnatus eſt, per œconomiam
„Deum vocat Patrem ſuum.

v. 29. *In æternum ſervabo illi*, populo fide-
„li, *miſericordiam meam*, ſeu datam peccato-
„rum remiſſionem *& Teſtamentum novum*, *fide-*
„*le*, ſeu firmum manens. *Et ponam in ſæculum*
„*ſæculi ſemen ejus*, nam Chriſtianorum nomen
„& cultus Evangelicus in perpetuum mane-
„bunt. *Semel juravi . . . Semen* Davidis Chri-
„ſtus *in æternum manebit. Et thronus ejus*, ſeu
„Eccleſia *ſicut ſol & luna* fulgens manebit *in*
„*æternum.*

v. 39. *Tu vero repuliſti & deſpexiſti*, id eſt,
„a Judæis repelli & deſpici permiſiſti *Chriſtum*
„*tuum & diſtuliſti* implere promiſſiones tuas,
„quando *everterunt* Judæi *teſtamentum tuum*,
„& Chriſtum crucifixerunt. *Profanaſti in*
„*terra ſanctuarium ejus*, nempe gloriam ejus
„in paſſione profanari permiſiſti. *Deſtruxiſti*
„*omnes ſepes ejus*, quando Apoſtoli ejus ab eo
„fugerunt: *lætificaſti omnes inimicos ejus*, quan-
„do in ligno pendebat. *Avertiſti adjutorium*
„*gladii ejus*, ultionem de inimicis retinendo.
„*De-*

„*Deſtruxiſti eum ab emundatione*, ita ut purus „& innocens non haberetur, *& thronum ejus* „*in terram colliſiſti*, dum Judæi putarent, eum „per paſſionem oppreſſum eſſe.

v. 47. *Usquequo Domine avertis in finem* &c. „nec vis reſpicere dolores noſtros, ſed *quaſi* „*ignis iram tuam* propter peccata noſtra accen- „dis. *Memorare, quæ mea ſubſtantia* per pec- „catum corrupta, & da illi incorruptionem, „& *redime animam meam de manu inferi* ſecun- „dum *antiquas tuas miſericordias* ab æterno de- „cretas. *Memor eſto Domine opprobrii ſervorum* „*tuorum, quod exprobrarunt inimici tui*, dicen- „tes falſas eſſe promiſſiones tuas, & *commuta-* „*tionem Chriſti tui*, ſeu mortem ejus pro nobis „perpeſſam, pro qua ſit ille *benedictus in æter-* „*num, fiat, fiat.*

Oratio Moyſis hominis Dei LXXXIX.

Argumentum.

„Hanc ait orationem in arcanis deſcripſiſſe „Moyſen, ut poſteri noſſent, quomodo opor- „teret confiteri delapſos in calamitates, quæ „illis ob illatam Chriſto mortem acciderunt.

vers. 1. *Domine refugium factus es nobis a ge-* „*neratione* mundi *in generationem* „ſubſequentem. *Priusquam montes fierent* &c. „ante opificia Patri verus Deus Unigenitus „coextitit. *Ne avertas hominem in humilitatem* „ſeu abjectionem. *Quoniam mille anni*, cultus „legalis a templo ædificato uſque ad obſidio-

„nem Romanorum, ut *una dies in conſpectu* Dei „ſunt; & ante Salvatoris adventum *in nocte* & „confuſione homines erant: *& pro nihilo anni* „*eorum*, qui te abnegarunt, *erunt*. *Mane* ſci-„licet eo tempore quo lex in Sina data eſt, *flo-*„*reat & transeat* uti *herba* legalis cultus, qui „tamen in adventu Unigeniti, *decidit & aruit*, „fallacia inobſequentiæ induratus.

v. 7. *Quia defecimus in ira tua*, nam *poſuiſti* „*iniquitates noſtras in conſpectu tuo*, & *in ira tua* „ſeu ſupplicio ob peccata noſtra nobis illato in „doloribus *vitæ* noſtræ tempus transegimus, *&* „*anni noſtri ſicut aranea meditabantur*, quia ni-„hil ſtabile naturæ noſtræ ineſt, quæ inſtar „araneæ facile diſcerpitur: *nam dies annorum* „*in ipſis ſeptuaginta anni* &c. ultra quos pauci „vitam extrahunt, & tamen hoc breve tem-„pus doloris & laborum plenum eſt. *Quoniam* „*ſupervenit manſuetudo*, *& corripiemur*, id eſt, „cum manſuetudine nos corripe, & quidem „per Chriſtum, qui eſt *dextera* Patris, quam „nobis *notam* fac, & nobis ſimul *notos fac ſa-*„*pientes* Apoſtolos, quorum opera converſionis „modos ediſcamus.

v. 14. *Repleti ſumus mane miſericordia tua*: „orietur namque nobis juſtitiæ ſol, dum *reſpi-*„*cies in ſervos tuos & opera manuum tuarum*, nos-„que tuo lumine illuſtrati *rectam viam* incede-„mus, & *opera manuum noſtrarum* a te *dirigen-*„*tur*.

Laus

Laus cantici David caret inſcriptione apud Hebræos XC.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo perſonam inducit eorum, qui „per Chriſtum conſummati ſunt, & per eum „ſpirituales hoſtes ſuperant.

vers. 1. *Qui habitat in adjutorio altiſſimi. . . . „Quoniam ipſe liberabit te de laqueo „venantium* adverſariarum poteſtatum. *Scapu„lis ſuis obumbrabit tibi*, id eſt, ſub umbra ala„rum ſuarum proteget te, *& ſcuto* operiet te. „*A ſagitta volante in die* &c. Impuram quam„dam poteſtatem ſagittam vocat. *A ruina & „dæmonio meridiano.* Meridianum dæmonem „ait pigritiæ eſſe.

v. 7. *Cadent a latere tuo mille* &c. latus ſini„ſtrum ſignificat, huic millia inſidiari ait, dex„tris vero *decem millia*, dexteras quippe actio„nes, & fortia virtutum geſta multitudo ma„lignarum poteſtatum evertere conantur. *Ve„rumtamen oculis tuis conſiderabis*, victos & „lapſos inimicos tuos. *Non accedent ad te „mala, & flagellum non appropinquabit taberna„culo tuo*, & nihil ingratum tibi accidit: *quo„niam angelis ſuis mandabit de te*, qui eos, qui „credunt in Deum, cuſtodiunt: *ut cuſtodiant „te in omnibus viis tuis*, ut in nullo delinquas. „*Ne forte offendas ad lapidem*, ſeu peccatum, „*pedem tuum*, ſeu animam tuam. *Super „aſpidem & Baſiliscum ambulabis*, & ipſam

„ſpirituum multitudinem ad pedes tuos deje-
„ctam videbis.

v. 14. *Quoniam in me ſperavit*, *liberabo* eum „a viſibilibus inſidiatoribus, *protegam eum*, *exaudiam eum*, interminabilem *vitam* ipſi concedam, & meum *ſalutare* Jeſum Chriſtum ipſi „oſtendam, qui nos ad novum certamen inducit, & efficit, ut cum illo regnemus.

Pſalmus cantici David in die Sabbati XCI.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo Propheta Sabbatum ſeu futuram in altera vita requiem laudat.

vers. 1. *Bonum eſt confiteri Domino*. . . . *In decachordo pſalterio cum cantico in cithara*. Decachordum dicit corpus, quod „habet quinque ſenſus, & quinque animæ operationes. *Quia delectaſti me Domine in facturа tua*, ſeu opere creationis, *nam magnificata ſunt opera tua Domine*. Sed *vir inſipiens* nihil „horum *cognoſcit*, nec quidquam de his audiet. Unde *cum exorti fuerint peccatores*, qui „non intelligunt hoc myſterium, *quaſi fœnum* „areſcent.

v. 11. *Et exaltabitur ſicut unicornis cornu meum*. Id eſt, cum nos ruinam inimicorum „noſtrorum viderimus, gloriabimur de te, & „te veluti unicornem ſeu unum Deum abjectis „aliis diis adorabimus: *& ſenectus mea in oleo pingui*, poſt labores exantlatos in regali ſa-

„cer-

„cerdotio impinguabitur. *Et reſpexit oculus* „*meus inimicos meos* animæ meæ inſidiantes vi„ctos & cadentes.

v. 13. *Plantati in domo Domini* cultorem ha„bent Deum, & Paradiſum divinum templum, „*in quibus atriis*, ſeu ſupernis manſionibus *flo„rebunt*, & *adhuc multiplicabuntur in ſenecta* „*uberi*, & *bene patientes erunt* præmium æter„num accipientes.

In die ante Sabbatum quando fundata eſt terra, laus cantici ipſi David XCII.

Argumentum.

„Illud ante Sabbatum deſignat priorem Salva„toris adventum, quando fundata eſt Ec„cleſia.

vers. 1. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt*, „dum Unigenitus in terram adve„nit, & ſalutem humani generis operatus eſt, „& *indutus fortitudinem & præcinctus* victoriam „de adverſariis poteſtatibus retulit, & *firmavit* „*orbem terræ*, ſeu Eccleſiam, *quæ non commo„vebitur*, utpote fundata ſupra petram, cui nec „portæ inferi prævalebunt.

v. 2. *Paratus thronus tuus ex tunc.* Id eſt, a „conſtitutione mundi ſalus humani generis de„creta eſt, & tu Domine quaſi in judiciali thro„no ſedens nos ab adverſariis vindicas *ante ſæ„cula* Deus. *Elevaverunt flumina Domine* &c.

„flumi-

„flumina ſanctos Apoſtolos dicit, qui fluentis „ſpiritalibus Eccleſiam lætificarunt.

v. 4. *Mirabiles elationes maris*, id eſt, mul„titudo gentium credentium, non ultra parva „& humilia de Deo ſentiunt, ſed ab Apoſtolis „edocti magna & mirabilia. *Teſtimonia tua* ſeu „promiſſa *credibilia facta ſunt nimis*, utpote ope„re impleta. *Domum tuam* ſeu Eccleſiam *de„cet ſanctitudo*, utpote in qua Deus habitat, qui „ſolus ſanctus eſt.

Pſalmus David quarta Sabbatorum XCIII.

Argumentum.

„De providentia hic ſermonem habet, ne ani„mum deſpondeamus in perſecutionibus. „Quarta autem Sabbatorum inſcriptus eſt, „quia quarto menſe contigit, ut civitati Dei „initium calamitatum obveniret obſidentibus „Babyloniis, uti Jeremias narrat.

vers. 1. *Deus ultionum Dominus, Deus ultio„num libere egit*, ferendo contra „impios juſtam ſententiam. *Dominus ſcit co„gitationes hominum, quoniam vanæ ſunt*, quæ „providentiæ utilitatem repudiare ſtudent a „ſermone. *Beatus homo, quem tu erudieris Do„mine*, & ex *tua lege* patientiam in adverſis *do„cueris*, quia propitius ei eris in *diebus malis* ju„dicii, *donec peccatori fodiatur fovea*, id eſt, „Satan ad deputatum judicii locum detur„betur.

V. 14.

v. 14. *Quia non repellet Dominus plebem*
„*ſuam*, ſed cuſtodiet illam omni tribulationis
„tempore: *quoadusque juſtitia convertatur in ju-*
„*dicium*, & Chriſtus vera juſtitia mundum ju-
„dicet: Tunc ille *conſurget mihi adverſus eos*,
„qui *male* in me *agunt*, & auxiliator meus erit;
„ſine cujus adjutorio jam olim *anima mea in in-*
„*fernum* dejecta fuiſſet, nam etiam *quando* af-
„flictus *dicebam*, *motus eſt pes meus*, & excidi
„a ſtatu, qui ſecundum Deum eſt, *miſericor-*
„*diam* tuam ſentiebam mihi auxiliantem, &
„*conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam*;
„quæ mihi dolores, in gaudium commuta-
„runt.

v. 2. *Numquid adhæret tibi ſedes iniquitatis.*
„Id eſt: Tu Deus juſtus judex es, & nulla in
„judiciis tuis iniquitas erit: ſecus autem ad-
„verſarius dæmon, qui *fingit laborem in præ-*
„*cepto*, & præcepta Dei, quæ levia ſunt, gra-
„via efficit, laboresque hominibus præbet in
„illis agendis, & omni ratione conatur juſti
„animam capere, & ideo *condemnabitur* ipſe
„pro *ſanguine innocente ab eo* effuſo. *Dominus*
„autem *factus eſt mihi in refugium*, & ego Do-
„mini providentiæ fructum percepi, & ipſe
„mihi eſt in vallum munitum.

Laus cantici ipſi David, caret inſcriptione apud Hebræos Pſalmus XCIV.

Argumentum.

„Sanctorum chorus incredulos Iſraelitas ad ſa-
„lutem per Chriſtum allatam invitat, &
„Spi-

„Spiritus ſancti perſona inducitur, eos ad „eamdem adhortans.

vers. 1. *Venite exultemus Domino, jubilemus „Deo ſalutari noſtro* Chriſto. *Præ„occupemus faciem* ſeu judicium *ejus in confeſſio„ne*, qua eum nobis propitium reddamus, qui „eſt *Rex magnus ſuper omnes deos*, eos ſcilicet, „qui credunt in ipſum, & *quoniam ipſius eſt ma„re*, cum ſit omnium opifex, numquam de„ſpiciet opus ſuum, ſi confitendo *procidamus „ante eum & adoremus illum*.

v. 8. *Hodie ſi vocem ejus audieritis*, neque ta„les, quales Patres veſtri fuerant in deſerto, „fueritis, rectam viam Domini non inceden„tes, *introibitis* in *requiem meam* cœleſtem, nam „vere requies eſt receſſus ex hoc mundo & ha„bitatio in ſupernis manſionibus.

Pſalmus XCV. Canticum ipſi David quando domus ædificabatur poſt captivitatem.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo gentium vocatio inducitur, „quæ poſt ſolutionem ſpiritalis illarum „captivitatis facta eſt, quando per totum „orbem Eccleſia fundata eſt.

vers. 1. *Cantate Domino canticum novum.* Apo„ſtolis jubet Spiritus ſanctus, ut „novum Teſtamentum gentibus per totum or„bem enarrent, & *de die in diem* ſive ſine fine „*ſalutare ejus*. *Quoniam magnus Dominus . . .*

„*terri-*

„*terribilis ſuper omnes deos* modo incendio tra-
„ditos, qui nihil aliud ſunt, quam *dæmonia*,
„cum econtra *Dominus noſter cælos fecit*, & *ſan-
„ctimonia ac magnificentia* eſt *in ſanctificatione* ſeu
„Eccleſia ejus.

v. 7. *Afferte Domino patriæ gentium. Pa-
„trias* vocat Eccleſiarum præſides, quos offer-
„re jubet ſpiritualia *ſacrificia* in atriis ſanctis
„ſeu Eccleſiis: & ut *commoveatur a facie ejus
„univerſa terra*, cum per eam audiretur prædi-
„catio Evangelica. *Etenim correxit orbem ter-
„ræ qui non commovebitur:* fundavit enim Eccle-
„ſiam ſupra petram & portæ inferi non præ-
„valebunt adverſus eam, & impuros dæmones
„*judicabit in æquitate:* cum interim *cæleſtes vir-
„tutes lætabuntur* & *mare* ſeu multitudo gentium
„commovebitur, ad fidem deducta, & *campi
„& ligna* ſeu ſanctæ animæ de ſalute mundi
„*exultabunt.*

Pſalmus David, quando terra ejus conſtituta eſt XCVI.

Argumentum.

„Hic rurſum ſalutem mundi ſignificat, & fi-
„dem omnium gentium in Chriſtum.

vers. 1. *Dominus regnavit exultet terra, læten-
„tur inſulæ multæ* ſeu Eccleſiæ
„aſperis ærumnarum fluctibus circumfuſæ.
„*Nubes & caligo in circuitu ejus.* Latentem
„Chriſti ad homines deſcenſum ſignificat, quan-
„do in forma ſervi apparuit. *Juſtitia & judi-
„cium*

„*cium correctio throni* ejus: hæc enim remiſſio„nis cauſa fuit, quod judicaverit cauſam no„ſtram contra dæmonem, quem *igni* tradidit.

v. 4. *Illuxerunt fulgura ejus*, ſcilicet Apo„ſtoli *orbi terræ*, illam illuſtrantes, & *montes*, „ſeu adverſariæ poteſtates *ſicut cera fluxerunt a* „*facie Domini. Confundantur omnes* igitur, *qui* „*adorant ſculptilia*, quæ a Domino ſicut cera „liquefacta ſunt, & *adorate eum omnes Angeli* „*ejus*. *Audivit* enim Evangelicam prædicatio„nem, & *lætata eſt Sion* ſeu Eccleſia, & *exul*„*taverunt filiæ Judæ*, ſeu ſanctæ animæ *propter* „*judicia Domini* videntes ejectos tyrannos, & „captivos in libertatem vindicatos.

v. 10. *Qui ergo diligitis Dominum, odite ma*„*lum cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum* „a maligno, qui proprie *peccator* eſt: *lux enim*, „Evangelica, *orta eſt* juſto populo, qui per fi„dem juſtus eſt, *& rectis corde lætitia*.

Pſalmus ipſi David XCVII.

Argumentum.

„Hic quoque Pſalmus priorem Domini adven„tum ſignificat, & fidem omnium gentium „erga illum quas ad canendum victoriæ car„men excitat.

vers. 1. *Cantate Domino canticum novum quia* „*mirabilia fecit*, dum mors deſtru„cta eſt, & humanum genus revixit. *Salva*„*vit ſibi dextera ejus*, mundum enim Patri ob„tulit

„tulit Chriſtus dextera èjus. *Notum fecit Do-* „*minus ſalutare ſuum*, ſcilicet carnalem Chriſti „adventum ſuum: *in conſpectu gentium revela-* „*vit juſtitiam ſuam*, ejecto ſæculi principe, & „nobis juſtificatis. *Recordatus eſt miſericordiæ* „*ſuæ*, & promiſſionis *Jacobo* factæ, nam *vide-* „*runt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri*, nul- „lum enim regnum non eſt particeps regni „Chriſti.

℣. 5. *Pſallite Deo noſtro in cithara*, ſeu con- „ſenſu animæ cum corpore: *in tubis ductilibus*, „ſeu vehementi ſtudio evangelicæ prædicatio- „nis, *& voce tubæ corneæ*, & proclamatione „regiæ dignitatis: & tunc *moveatur mare &c.* „ſeu præſens vita ab idololatria. *Flumina plau-* „*dent manu*, ſeu ſancti myſteriorum initiatores, „& *montes* ſeu angelicæ virtutes, *exultabunt a* „*conſpectu Domini*, nam gaudium eſt ſuper uno „peccatore pœnitentiam agente.

Pſalmus ipſi David XCVIII.

Argumentum.

„Et hic quoque Pſalmus Chriſti regnum ſigni- „ficat, & principum Sacerdotum arrogan- „tiam.

vers. 1. *Dominus regnavit, iraſcantur populi* „Judæi, qui Chriſti regnum non „accipiunt. *Qui ſedet ſuper Cherubim, moveatur* „*terra.* Hic tamen Chriſtus eſt ſuper Cheru- „bim, qui malum terræ ſtatum idololatriæ im- „mutavit, quando carnem aſſumpſit, & *in Sion*

„ſeu Eccleſia *magnificatus* eſt. Ubi *confitentur* „*fideles nomini ejus magno* Jeſu, cui curvatur „omne genu, *quoniam terribile & ſanctum eſt*, „terribile gentibus, ſanctum credentibus in „eum, nam *honor regis judicium* & juſtitiam *di*„*ligit*.

v. 5. *Exaltate igitur Dominum Deum noſtrum*, „qui *ſub pedibus* habet omnem creaturam, & „*adorate eum* una adoratione cum ſua *carne*. „*Moyſes & Aaron in Sacerdotibus* ejus, qui olim „illum *invocabant*, *& Dominus Deus exaudiebat* „*illos*, licet Aaron ob vitulum, & Moyſes pro„pter aquam contradictionis peccaverint. *Ado*„*rate* igitur *ſcabellum pedum ejus*, ſeu Incarna„tionem illius prædicate, ſed & ſimul *adorate* „*in monte ſancto ejus* divinitatem ipſius, reman„ſit enim Deus, licet propter noſtram ſalutem „carnem adſumſerit.

Pſalmus in confeſſionem XCIX.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo eos qui jam acceſſerant ad fi„dem hortatur, ut gratiarum actiones de ge„ſtis offerant.

vers. 1. *Jubilate Deo omnis terra:* qui nimi„rum habitatis in ea, & a Chri„ſto redempti eſtis. *Servite Domino in lætitia*, „quam timor caſtus in anima producit. *Introite* „*in conſpectu ejus in exultatione*, gaudio gauden„tes *in conſpectu* Chriſti, qui *noſter Dominus Deus* „*fecit nos*, cujus *populus & oves paſcuæ ſumus*, „cujus

„cujus *portas introeamus*, ſeu Eccleſiam, in qua „*confiteri* oportet, ac denuntiatis peccatis *be-* „*neficia nobis collata* enarrare.

Ipſi David Pſalmus C.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo perfectum hominem deſcribit, „qui ſecundum Deum vitam inſtituit.

vers. 1. *Miſericordiam & judicium cantabo tibi* „*Domine.* Juſtificavit enim cau„ſam noſtram contra inimicos noſtros. *Pſal-* „*lam & intelligam in via immaculata*, quam ſem„per conſervabo, ut cum fiducia dicere poſ„ſim *quando venies ad me;* tuum enim adven„tum expeto, optatum concede. Nam *peram-* „*bulabam in innocentia cordis mei in medio domus* „*meæ* &c. nullam injuſtam cogitationem ad„mittens, & *facientes prævaricationes odivi.*

v. 4. *Non adhæſit mihi cor pravum*, & prava „diaboli conſilia in corde non admiſi. *Decli-* „*nantem a me malignum non cognoſcebam* eum „nihili faciens & penitus ignorans mente ſem„per in Deum intentus. *Detrahentem ſecreto* „*proximo perſequebar*, accuſationes occulte fa„ctas non admittens, & eos, qui huic rei da„bant operam expellens. *Superbo oculo & in-* „*ſatiabili corde, cum hoc non edebam*, & ſuper„bos convivas non admittebam.

v. 6. *Oculi mei ad fideles terræ, ut ſedeant me-* „*cum*, & mei conſilii ſint participes, eos au-

„tem qui *ſuperbiæ* & injuſtitiæ dabant operam „longe a me exigebam, nequidem reſpiciens „illos. *In matutino interficiebam omnes peccato-* „*res terræ*, ſeu malas cogitationes, quas cum „matutinis orationibus caſtigabam, *ut diſper-* „*derem de civitate Domini*, ſeu anima mea, „*omnes operantes iniquitatem*.

Oratio Pauperis cum anxius fuerit, & in conſpectu Domini effuderit precem ſuam CI.

Argumentum.

„Prophetarum chorus dolens prioris populi ex- „cidium pro eo miſericordiam Dei implorat. „Et ſimul vocatio gentium in adventu Salva- „toris noſtri Jeſu Chriſti prædicatur.

vers. 1. *Domine exaudi orationem meam . . .* „*quia defecerunt ſicut fumus dies* „*mei, & oſſa mea ſicut gremium aruerunt*, id eſt, „tota virtus eorum per quam conſiſtebat cultus „legalis, ſcilicet, ſacerdotium, templum &c. „periit. *Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio*: „id eſt, totam noctem ſicut nycticorax cla- „mando, ita precando tranſegi. *Vigilavi &* „*factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto*. Ego, „inquit, qui tempore peccati cum reliquis pec- „catoribus non perii, usque adeo derelictus ſum, „ut uni paſſeri ſim ſimilis.

v. 9. *Tota die exprobrabant mihi*, ſeu deri- „debant me, *inimici mei* . . . *& qui laudabant* „*me, adverſum me jurabant*, dicentes: abſit ut

„talia

„talia patiar, qualia Iſrael, qui *elevatus* ſupra „cæteras gentes ob notitiam veri Dei,, poſtea „*alliſus eſt* ob peccata ſua, & *dies ejus* in legali „cultu transacti *ſicut umbra* futurorum *declina-* „*verunt. Quoniam placuerunt ſervis tuis*, id eſt „ſalvi facti opera Apoſtolorum tuorum *lapi-* „*des ejus*, nempe credentes in Chriſtum, *&* „*terræ ejus* ſeu populis terreno modo viventi- „bus adhuc *miſerebuntur*, ſeu miſericordia ob- „veniet; *& timebunt gentes* ad fidem vocatæ „*nomen Domini*, & *omnes reges terræ* vel regna „*gloriam tuam adorabunt; quia ædificabit Domi-* „*nus Sion* ſeu Eccleſiam.

v. 19. *Scribatur hæc* oratio & promiſſio & „ſervetur a Judæis *pro generatione altera* Chri- „ſtiana futura: quando nimirum Salvator des- „cendens de cœlo *proſpiciet de excelſo ſancto* „*ſuo, ut audiat gemitum compeditorum* catenis „peccati a dæmone conſtrictorum, *& ſolvat fi-* „*lios interemptorum*, gentilium, quorum patres „in peccatis idololatriæ obierunt: *ut annun-* „*tient in Sion nomen ejus*, & Eccleſia diſceret, „hymnis celebrare nomen ejus.

v. 33. *In conveniendo populos in unum.* Cum „Prophetæ congregationem gentium ad Chri- „ſtum cernerent in Spiritu, rogabant, ut & „ipſi hoc felici ſpectaculo fruerentur. Et *re-* „*ſpondit* chorus Prophetarum hoc futurum, *in* „*via virtutis*, ſeu adventus Salvatoris. Unde „precantur, num ad *eos dies* vita eorum per- „ventura eſſet, & rogant, ne Deus *revocet eos* „*in dimidio dierum ſuorum*, ut ad rerum exi-

„tum pertingant; quia autem ſciunt, hoc illis „non eventurum, quia mortales ſunt, conſo- „lantur ſe ex eo, quod *anni Dei ſint in genera-* „*tionem & generationem*, numquam *perituri*, ſed „ſemper *permanſuri*, etſi cœli corruptioni vel „potius renovationi ſubjiciantur; & tunc in „æternis tabernaculis *filii ſervorum* tuorum per „Apoſtolos credentes *habitabunt*, & *ſemen eo-* „*rum* ſeu evangelica prædicatio *in ſæculum di-* „*rigetur* & manebit.

Pſalmus ipſi David CII.

Argumentum.

„Novus populus ex gentibus coactus docetur „in hoc Pſalmo, Deum hymnis celebrare, „qui magna illi beneficia contulit.

vers. 1. *Benedic anima mea Domino, & omnia* „*quæ intra me ſunt* &c. ubi doce- „tur, Deum ex toto corde, ex tota virtute, & „ex tota mente invocandum eſſe. *Et noli ob-* „*liviſci omnes retributiones ejus*, quæ ſunt 1. quod „*propitiatus ſit peccatis noſtris*, 2. quod *infirmi-* „*tates noſtras ſanaverit*, 3. quod *redemerit de in-* „*teritu vitam tuam*, 4. quod *miſericordia & mi-* „*ſerationibus* nos coronaverit adoptionis gratia, „5. quod *ſpiritualibus nos bonis repleverit*, ſeſe „nobis donans panem vitæ.

v. 5. *Renovabitur ut aquilæ juventus tua*, per „regenerationis & reſurrectionis gratiam: *non* „*enim in perpetuum iraſcetur*, nam licet iratus „ſit ob Adami prævaricationem, & nos morte

„mul-

„mulctaverit, tamen usque in finem iram ſuam „non extendit. *Quoniam ipſe cognovit ſigmen-„tum noſtrum* & opus manuum ſuarum, *miſeri-„cordia ejus eſt* ab *æterno, & juſtitia illius in filios „filiorum*, & in angelicis virtutibus requieſcit: „quia *in cælo paravit ſedem ſuam*, neque tamen „terrena ab ejus regno ſunt avulſa, & *regnum „ejus omnibus dominatur*. Dominari, non vero „regnare omnibus dicitur, non enim omnes „ejus regno digni ſunt, ſed qui evangelicam „vitam agunt.

v. 20. *Benedicite Domino omnes Angeli ejus.* „Docet populum ad fidem accedentem, eum, „qui hymnis vacat, eamdem cum Angelis „dignitatem habiturum, nam quorum idem „eſt officium, eadem eſt dignitas. *Benedicite „Domino omnes virtutes ejus*, ſive throni, ſive „poteſtates, ſive dominationes.

Davidis de mundi ortu. Caret inſcriptione apud Hebræos. CIII.

Argumentum.

„Docet, quanta ſit res Dei erga omnes provi-„dentia, qua omnium rerum etiam viliſſi-„marum curam gerit.

vers. 1. *Benedic anima mea Domino, Domine „Deus meus magnificatus es vehe-„menter*: ita etiam noſtram *confeſſionem & deco-„rem*, id eſt laudem cum glorificatione *induit* „ceu quoddam *veſtimentum; amictus lumine*, quia „lucem habitat inacceſſibilem. *Extendens cæ-*

 „*lum*

„*lum ſicut pellem*, tam facile ſcilicet, ſicut pel„lis expanditur: *& tegit aquis* ſeu nubibus *ſu„periora ejus*, & *ponit nubem aſcenſum ſuum*, id „eſt, ad nubes usque providentiam ſuam ex„tendit. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*, leves „& ſublimes, *& miniſtros ſuos ignem urentem*, „ſicuti Moyſes in flamma ignis Angelum ſibi „loquentem vidit.

v. 5. *Qui fundavit terram ſuper ſtabilitatem „ſuam.* Hic ad providentiam erga terrena „progreditur, & ait, quod cum terra ſit firma „& ſtabilis, in humida ſubſtantia fundata fue„rit. *Abyſſus ſicut veſtimentum amictus ejus*: id „eſt, abyſſo ceu veſtimento circumdedit ter„ram, totam exterius aquis ambiens: *ſuper „montes ſtabunt aquæ* &c. ſcilicet abyſſi aquæ „inſtar montium ſublimes inſurgunt, & quaſi „minitantur ſubmergere terram, ſed poteſtate „tua, quæ per *tonitru* ſignificatur, recedunt, „quaſi timore perculſi. *Aſcendunt montes, & „deſcendunt campi*: nam exaltatæ aquæ jure „montibus comparantur, ſed ſedatæ per ti„morem tuum quaſi campus efficiuntur, nam „*terminum poſuiſti eis, quem non transgredientur*, „unde terram inundare non poſſunt.

v. 10. *Inter medium montium pertranſibunt „aquæ*, & ex iis *potabunt omnes beſtiæ agri.* „Ita nimirum Deus brutis animantibus tam „reptilibus quam feris providet, ut ipſis ne„ceſſaria ad vitam ſuppeditet, quæ etiam, *ex„pectabunt Onagri in ſiti ſua*, quam ſedare poſ„ſunt ex aquis inter medium montium per-

„trans-

„transeuntibus. Præterea *rigat montes de ſupe-*
„*rioribus ſuis*, dum non ex fontibus aut ex
„fluminibus in terra manantibus, ſed deſuper
„abundantes pluvias ſuppeditat: ut ita *de fru-*
„*ctu operum ſatietur terra*, dum ſicut aquarum
„copiam dedit, ita & alimenta ex terra para-
„vit, *producens fœnum jumentis & herbam ſervi-*
„*tuti hominum*, ſeu manſuetis animantibus,
„uti bovi, aſino & ſimilibus. *Ut educas pa-*
„*nem de terra.* Ideo inquit, jumentorum cu-
„ram habuiſti, ut arantibus illis neceſſaria ad
„victum inveniamus. Similiter *ſaturabuntur*
„*a te ligna campi*, *cedri* & alia, tum ut noſtris
„uſibus inſerviant, tum ut *nidos paſſeribus*
„præbeant, quorum dux eſt *erodius*, qui in
„altiſſimis abietibus nidificat. *Cervis* quoque
„in *refugium* a ferocibus animalibus *montes* de-
„dit, & *petram refugium herinaciis*, ſeu cuni-
„culis, qui *de medio petrarum dabunt voces*,
„laudem dantes ſervanti ipſos.

v. 19. *Fecit lunam in tempora*, ſcilicet di-
„ſtinctionem menſium & dierum, & *ſol cogno-*
„*vit occaſum ſuum*, divino mandato obtempe-
„rans: qui etiam *poſuit tenebras*, & *facta eſt*
„*nox*, qua diſcedente *orto ſole exit homo ad*
„*opus ſuum*, eſcam ſibi quæſiturus. Ex qui-
„bus omnibus patet, quam magnificata ſint
„opera Domini, qui omnia in *ſapientia* ſeu
„Chriſto fecit.

v. 26. *Hoc mare magnum* &c. ad aliam pro-
„videntiæ partem progreditur, humidæ natu-
„ræ tranſitum enarrans. Deinde *Draconis* me-

„minit, quem ideo formatum ait, *ut illi illu-*
„*deretur.* Cum interim *a Deo omnia cibum* &
„victum *expectent*, qui ſi *auferat eorum ſpiritum*
„*deficient*, & eo *miſſo creabuntur.*

v. 31. *Lætabitur Dominus in operibus ſuis*,
„non tantum quod ipſe adoretur, ſed quod
„ſalutem nactos videat. *Qui reſpicit terram*
„*& facit eam tremere;* quando ad univerſale
„judicium adveniet: *qui tangit montes*, ſeu ad-
„verſarias poteſtates *& fumigant*, & combu-
„rentur tempore judicii. *Jucundum* ergo *ſit ei*
„*eloquium meum*, quo Deum hymnis celebro:
„*deficiant autem peccatores a terra* tempore judi-
„cii, *& iniqui ita non ſint* inter benedicentes
„Deo *anima* vero *mea benedicat Domino.*

Alleluja CIV.

Argumentum.

„Alleluja ſignificat laus inviſibili. Dicuntur
„autem Angeli hac voce laudare Deum.
„Alleluja autem ſic dividitur: al Deus, el
„fortis, uja robuſtus.

vers. 1. *Confitemini Domino & invocate nomen*
„*ejus.* In hoc Pſalmo jubet Apo-
„ſtolis Spiritus S. ut gentibus manifeſtent mi-
„rabilia opera Domini in adventu ſuo. Unde
„*mementote mirabilium ejus quæ fecit*, in novo
„Teſtamento & veteri, in quo etiam priſci
„Sancti per Filium Dei multa mirabilia patra-
„runt: & ſimul *annuntiate judicia oris ejus*, ſeu
„novi Teſtamenti mandata, *tamquam ſemen*
„*Abra-*

„*Abrahæ ſervi ejus*, *&* *filii Jacob electi ejus*, „qui *pertranſierunt de gente* Babyloniorum *in* „*gentem* Palæſtinorum. *Et corripuit pro eis* „*reges*, Abimelechum ob ejus in Saram in- „temperantiam.

v. 15. *Nolite tangere Chriſtos meos*, id eſt, „Abraham cum ſuis, qui in viſionibus Filii „Dei conſpectu digni habiti ſunt. *Et vocavit* „*famem ſuper terram*, ut ejus cauſa deſcenden- „tes in Ægyptum atque aucti terram promis- „ſionis acciperent. *Omne firmamentum panis* „*contrivit:* id enim ex ira Dei tempore famis „contingere ſolet, ut comedentes non firmen- „tur cibo. *Donec veniret verbum ejus*, & tem- „pus adeſſet, quo viſa per ſomnum impleren- „tur, *ut* Joſeph *erudiret principes* Pharaonis, & „ejus ſomnia explicaret.

v. 23. *Et intravit Iſrael in Ægyptum*, *&* „*Jacob accola fuit in terra Cham:* Ægyptum „vocat Cham, utpote quæ pertineret ad Me- „ſraim ex Chamo prognatum. *Et auxit popu-* „*lum ſuum vehementer*, quia vero in honore „habitus apud Ægyptios in idololatriam lap- „ſus eſt, *convertit cor* Ægyptiorum, *ut odirent* „*populum ſuum*, & gravia illis onera impone- „rent, ut ad Deum confugerent, & locus eſ- „ſet implendæ promiſſionis ad Abraham fa- „ctæ. Unde *miſit Moyſen ſervum ſuum* &c. ſo- „lis enim Moyſi & Aaron verbo revelavit „ſignum mutationis aquarum in ſanguinem, „atque alia ſigna. *Miſit tenebras & obſcuravit.* „Nam quia Ægyptii relicto creatore creaturæ

„ſer-

„ſerviebant, ideo per ipſam creaturam puniebat eos, ſcilicet per aerem, ignem, terram, „& aquam. *Convertit aquas eorum in ſanguinem*, non enim ſolum aquarum colorem, ſed „& ſaporem mutavit, ita ut omnium piſcium „genera exſtinguerentur,

Alleluja CV.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo recenſet peccata prioris po„puli ob quæ repudiatus eſt, quæ ſunt 1. „quod exacerbaverunt eum in mari rubro, „quia eduxit eos de Ægypto. 2. Quod „tentaverunt eum in deſerto. 3. Quod irri„taverunt Moyſen in caſtris. 4. Quod fe„cerint vitulum in Choreb. 5. Quod pro „nihilo habuerunt terram deſiderabilem. „6. Quod initiati ſunt Beelphegor. 7. Quod „irritaverunt eum ad aquas contradictionis. „8. Quod non diſperdiderunt gentes, quas „dixit Dominus illis, ſed adoraverunt idola „ita ut filios ſuos in ſacrificium ipſis offer„rent.

vers. 1. *Confitemini Domino quoniam bonus* „*Beati, qui cuſtodiunt judicium &c.* „& quæ a Deo in S. Scriptura decreta ſunt fa„ciunt, & ſemper ob oculos habent Dei judi„cium. *Memento noſtri Domine in beneplacito* „*populi tui*, ut conſortes ſimus ſalutis genti„bus datæ,

v. 14. *Et tentaverunt Deum in inaquoſo*, ſci„licet ſtatim poſt tranſitum maris rubri. *Et*

„*mu*-

„*mutaverunt gloriam ſuam*, ſcilicet, Deum, *in* „*ſimilitudinem vituli*, quem pro Deo adoraverunt. Et pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem, quando exploratores male de terra loquentes alios ſecum abduxerunt excepto „Joſue & Chaleb.

v. 28. *Et initiati ſunt Beelphegor;* quod eſt „idolum Ammonitarum, quod vocatur a Græcis Saturnus. *Et ſtetit Phinees, & placavit*, „quando Madianitidem cum mœcho occidit: „*& fornicati ſunt in adinventionibus ſuis:* hæc „docent Judicum & Regnorum libri, quod traditi ſint Ammonitis, Amalecitis, Madianitis, alienigenis. *Et dominati ſunt eorum, qui* „*oderunt eos*, ſcilicet Babylonii & Aſſyrii. Attamen ſæpe liberavit eos utpote Salvator eorum. Ipſi autem *exacerbaverunt eum in conſilio ſuo* ſeſe pernitioſis operibus implicantes, „unde *humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis*, cum „caſtigaret eos: nihilominus adhuc *dedit eos in* „*miſericordias in conſpectu omnium, qui ceperant* „*eos*, nam Cyrus dimiſit eos in captivitate, & „Darius & Artaxerſes pecunias erogarunt ad „conſtructionem templi.

Alleluja CVI.

vers. 1. *Confitemini Domino quoniam bonus*, „vocationem gentium per Apoſtolos factam declarat, easque Deum laudare „jubet, utpote quæ *a ſolis ortu & occaſu, ab* „*Aquilone & mari* ſunt congregatæ, & antea „vacuæ erant religione, & ne ſtillam quidem

„divi-

„divinam accipientes erraverunt in ſolitudine „in inaquoſo, *& viam civitatis habitaculi*, ſeu „honeſtum vitae, inſtitutum *non invenerunt*, ſed „*eſurientes & ſitientes anima eorum in ipſis deſe-„cit:* neque enim habebant panem confirman-„tem cor hominis, neque aquam vivam ſpiri-„tualem. Et deduxit eos in viam rectam, „ſcilicet fidem in Chriſtum, ut irent in civi-„tatem habitationis, ſeu Eccleſiam, aut cœ-„leſtem Jeruſalem.

v. 8. *Confiteantur Domino miſericordiæ ejus*, „*quia ſatiavit animam inanem*, pane ſpirituali „*ſedentes in tenebris & umbra mortis*, idolola-„triæ & impietatis operibus; *vinctos in mendi-„citate & ferro*, catenis propriorum peccato-„rum conſtricti, inopes omnis boni & honeſti „*exacerbaverunt eloquia Dei*, divinam legem „nullatenus admittentes, *& conſilium Altiſſimi „irritaverunt*, quo vult omnes homines ſalvos „fieri. *Infirmati ſunt*, *nec fuit*, *qui adjuvaret*, „nemo enim poterat peccatum deſtruere, niſi „Deus, qui *de neceſſitatibus eos liberavit*, *& „vincula eorum disrupit*, per repentinam peccati „deſtructionem.

v. 15. *Confiteantur Domino miſericordiæ ejus*, „*quia contrivit portas æreas*, quando Salvator „ad inferos deſcendit, ejusque portas aperuit. „*Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*, non „enim aderat verbum, quod eos poſſet enu-„trire, *portæ* autem *mortis* ſunt peccata.

v. 33.

v. 33. *Poſuit flumina in deſertum*, Judæo „rum ſcilicet improbum genus: & *terram fru* „*ctiferam in ſalſuginem*, nempe Synagogam, „quam ſale doctrinæ exſiccarunt Apoſtoli. „*Poſuit deſertum in ſtagna aquarum*, id eſt, „gentilem populum fœcundando: *& conſtitue*„*runt civitatem habitationis*, cœleſtem videlicet „vitæ rationem: *& ſeminavit agros*, verbo do„ctrinæ ſuæ, *& plantavit vineas*, ſeu Eccleſias: „*& jumenta eorum*, qui in Eccleſia rudiores „ſunt, *non minoravit. Et pauci facti ſunt*, qui „in priori erant populo.

v. 40. *Effuſa eſt contemtio ſuper principes* eo„rum Scribas & Phariſæos. *Et errare fecit eos* „*in invio & non in via*, quæ Chriſtus eſt. *Et* „*adjuvit pauperem*, ſpiritu, *in inopia*, *& poſuit* „*ſicut oves familias*, ſeu proprios greges ex „omnibus familiis coactos. Unde *videbunt* „*recti*, Apoſtoli, *& lætabuntur*, *& omnis iniqui*„*tas oppilabit os ſuum*, Deus enim, qui juſtifi„cat, quis eſt qui condemnet?

Canticum Pſalmi ipſi David CVII.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo adventus Domini ad gentes „prædicatur.

vers. 1. *Paratum cor meum Deus... Exurge* „*gloria mea*, ſeu habitus contem„templandi & agendi ad moralem & admini„ſtratoriam virtutem propenſus. *Quia magna* „*eſt ſuper cælos miſericordia tua*: utpote quæ

„cœ-

„cœlorum altitudinem exſuperat, & ubique „tranſiliunt *veritatis* tuæ radii, *nubibus* ſeu Pro„phetis & Apoſtolis terram irrigantibus. *Ex„altabor & dividiam Sichima*, ſeu præſtantiorem „novi Joſephi, ſcilicet Chriſti, hæreditatem „gentibus credentibus diſtribuam. Reliqua „hujus pſalmi in pſalmo quinquageſimo ſexto, „& quinquageſimo nono explicata ſunt.

In finem Pſalmus David CVIII.

Argumentum.

„Præſens Pſalmus paſſiones Chriſti ſignificat, „nec non ſupplicia de Juda & de populo Ju„daico ſumenda. Quæcunque porro in hoc „Pſalmo optando dicuntur, prophetice om„nia dicta fuiſſe ſciendum eſt, non enim „optat, ut eveniant, ſed quæ improbitatis „cauſa eventura ſunt, prænuntiat.

Vers. 1. *Deus laudem meam ne tacueris*, ait Pa„tri ſuo Chriſtus, ut is deitati ſuæ, „præbeat teſtimonium, quam Judas eum tra„dens non credidit; *quid os peccatoris*, diaboli, „*& os doloſi*, Judæ, *ſuper me apertum eſt*, am„bo enim contra Chriſtum locuti ſunt. Etenim „*pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi, & „poſuerunt adverſum me mala pro bonis* tradendô „me Judæis.

v. 6. *Conſtitue ſuper eum peccatorem:* id eſt, „futurum eſt, ut ſuper Judam conſtituatur Sa„tanas, *& diabolus ſtet a dextris ejus. Cum „judicatur exeat condemnatus;* in futuro tribu-

„nali

„nali nullam habebit defenſionis rationem, *&*
„*oratio ejus fiat in peccatum.* Sicuti gentilium
„idola adorantium, Judæorum per Chriſtum
„non orantium; hæreticorum Deum non vere
„exiſtentem invocantium, & eorum qui cum
„ira & cogitationibus alienis precantur.

v. 8. *Fiant dies ejus pauci:* nam Judas ſta-
„tim a proditione laqueo ſe præfocans interiit:
„*Et Epiſcopatum ejus accipiat alter*: de Matthia
„loquitur, qui ad Apoſtolorum clerum juſti-
„tiæ cauſa adlectus eſt: *Fiant filii ejus orpha-*
„*ni:* filii ſunt ejus cogitationes, orphani nam-
„que Chriſti gratia fuerunt: *uxor* autem ejus
„eſt anima, nam & ipſa *vidua* fuit a Chriſto ob
„iniquitatem ſuam. *Nutantes transferantur filii*
„*ejus, & mendicent*: cogitationes enim ejus a
„Chriſto remotæ præ avaritia ad pecuniam
„manum extenderunt, uti egeni & mendici.

v. 14. *In memoriam redeat iniquitas patrum*
„*ejus in conſpectu Domini*, qui occiderunt olim
„Prophetas, *& peccatum matris ejus* improbæ
„Synagogæ non *deleatur*. *Fiant contra Domi-*
„*num ſemper*, qui Judæ & Judæorum non cre-
„dentium non miſerebitur: *& dispereat de ter-*
„*ra memoria eorum* Judæ, & Chriſti inimico-
„rum: *pro eo, quod non eſt recordatus facere mi-*
„*ſericordiam*, ſeu miſericordiam a Deo oblatam
„acceptare: *& perſecutus eſt hominem inopem*,
„Chriſtum, *& compunctum corde* dolentem eo-
„rum perniciem *mortificare* & ad mortem quæ-
„rere. *Et dilexit maledictionem... & induit*
„*maledictionem ſicut veſtimentum* ſemper & quoti-

„die perſeverantem; unde malis velut *aqua* „inundantibus & velut *oleum oſſibus* inhærenti„bus tamquam *veſtimento & zona* præcingetur.

v. 21. *Et tu Domine Domine fac mecum pro„pter nomen tuum.* Hæc Chriſtus ſecundum hu„manitatem loquitur & precatur. *Libera me, „quia egenus & pauper ego ſum, & cor meum „conturbatum eſt:* quod Chriſtus etiam dixit „Joan. 12. v. 27. *Sicut umbra cum declinat abla„tus ſum*, id eſt, finem vitæ inveni, & inſtar „*locuſtarum* a vento raptarum vitam egi, do„mum non habens ad montes aut deſertum „vel alio commigrans. *Viderunt me, & moverunt „capita ſua:* dum in cruce pendenti Chriſto il„ludebant.

v. 27. *Hoc opus eorum, ſed ſciant, quia manus „tua hæc*, ſcilicet ſe ex mortuis excitaverit. „*Maledicent illi, & tu benedices, qui inſurgunt „in me, confundantur*, quia nec ſacrificium nec „Sacerdos illis relinquetur, *ſervus autem tuus* „Chriſtus formam *ſervi* accipiens *lætabitur. In„duantur qui detrahunt mihi pudore*, Judæi, dum „crucifixum ab ipſis ab omnibus adorari in„tuentur. *Confitebor Domino nimis in ore meo* „gratias agendo per gentes illi: *& in medio „multorum laudabo eum*: per Eccleſias namque „Patrem laudat.

Pſal-

Pſalmus CIX.

vers. 1. *Dixit Dominus Domino meo, ſede a „dextris meis.* Hiſce verbis generationem Domini ſecundum carnem ſignificat, „& Evangelicum ejus verbum, quod omnibus „gentibus dominatur, & ejus aſcenſum in cœ„los. *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pe„dum tuorum,* ſcilicet juxta Apoſtolum 1.Cor.15. „Principatus, Poteſtates, rectores mundi, & „mortem. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus „ex Sion* &c. Evanglicum dicit verbum, quod „emiſſum inimicis omnibus dominatum eſt.

v. 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ.* „His ſignificat aut judicii tempus, quo virtute „divina omnes judicabit: aut tempus genera„tionis illius, quæ etiam dies virtutis appella„tur, nam dominabatur univerſis, etſi factus „ſit homo. *In ſplendoribus* tuorum, angelo„rum, clamantium qua nocte natus eſt Chri„ſtus: gloria in excelſis &c. *Ex utero ante lu„ciferum genui te:* ita ait Pater ad Filium, ante „mundum hunc viſibilem, & ſplendidum lu„men ego te genui, non quod ventrem Deus „habeat, ſed quia germina ex ventre primo„geniture oriri ſolent.

v. 4. *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum.* „Juramentum Dei eſt verbum ejus, quod cer„to impletur, cujus eum *non pœnitebit*, & quod „promiſſi juramento firmati fidem habet. *Tu „es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Mel„chiſedec,* qui ad Sacerdotium non eſt unctus

„oleo ſicut Aaron, nec cruentas obtulit ho-
„ſtias; gentium Pontifex erat, & per panem
„& vinum benedixit Abrahamo.

v. 5. *Dominus a dextris tuis confregit in die* „*iræ ſuæ reges.* Diem iræ judicii tempus dicit, „quo homines, qui olim ex fallacia dæmonum „regnabant, confringet, & in abyſſo conclu- „det. *Judicabit in nationibus implebit ruinas,* „Nationes ſcilicet impurorum dæmonum in die „judicii puniens ruinis, ſeu pœnis implebit, „*& conquaſſabit capita in terra multorum.* Chri- „ſtus autem *de torrente* tentationum vel paſſio- „nis *in via* ſcilicet deſcenſu in terram *bibet,* „*propterea exaltabit caput*, quia humiliavit ſe- „metipſum usque ad mortem crucis.

Pſalmus CX. Alleluja.

vers. 1. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo.* „Ex perſona Apoſtolorum præſens „pſalmus inducitur, enarrantium Incarnationis „Divinæ opera, quæ novum populum docent „ad agendum gratias. *In conſilio rectorum &* „*congregatione novæ ſynagogæ*, in qua ſunt „*magna opera Domini, exquiſita in omnes volunta-* „*tes ejus*, qua ſemper ejus voluntatem & præ- „cepta implere ſtudet.

v. 3. *Confeſſio & magnificentia opus ejus*, quæ „in Incarnatione Verbi maxime elucent, & lau- „danda ſunt: *& juſtitia ejus* ſeu Verbum evan- „gelicum *manet in ſæculum ſæculi*: nam *miſeri-* „*cors & miſerator Dominus* implevit, quæ pro-

„miſit

„miſit per Prophetas ſuos, & *eſcam dedit ti-*
„*mentibus ſe*, ſpiritualem ſcilicet panem, qui
„de cœlis deſcendit. *Memor erit in ſæculum te-*
„*ſtamenti ſui*, ſcilicet cum Abrahamo pacti:
„*Virtutem operum ſuorum*, Apoſtolicus chorus
„*populo* ad fidem vocato *annuntiavit*, ſcilicet ea
„ipſa opera, quæ Chriſtus propria virtute ſem-
„per operatur.

Alleluja. Reverſionis Aggæi & Zachariæ Pſalmus CXI.

vers. 1. *Beatus vir, qui timet Dominum in man-*
„*datis ejus volet nimis.* In hoc
„docet Apoſtolicus chorus, mandatorum ob-
„ſervationem beatos eos efficere, qui ea opere
„complent, & bonam ſpem ad futurum ſæcu-
„lum præbere. *Potens in terra erit ſemen ejus*,
„ſcilicet bona opera, quæ virtutem habebunt
„ſpiritualem in illa manſuetorum terra, ita ut
„mercedem ibi accipiant. *Gloria & divitiæ in*
„*domo ejus*, non fluxæ & tranſitoriæ, nihil enim
„tale in ſanctis reperitur.

v. 4. *Exortum eſt in tenebris lumen rectis: per*
„*cognitionem & doctrinam.* Hoc autem lumen
„eſt chorus Apoſtolicus, qui per Evangelicam
„prædicationem ignorantiam a gentibus elimi-
„navit. *Disponet ſermones ſuos in judicio*, myſte-
„ria chriſtiana non temere omnibus, ſed cum
„judicio proponendo. *Ab auditione mala non*
„*timebit*, quia ſanctis nullus ineſt timor ſuppli-
„cia videntibus.

v. 9. *Diſperſit, dedit pauperibus.* Pauperes „hic intellige egenos divini verbi, ſcilicet gen„tes: quæ agricolarum more ſpirituale ver„bum ſeminarunt. *Juſtitia ejus manet in ſæcu„lum ſæculi:* ejus ſcilicet, qui Evangelicum „verbum diſpenſat: *Peccator* ſeu diabolus *vide„bit*, & gentibus ſalutem conſequentibus *iraſ„cetur*, utpote qui omnium pernitiem ſitiat.

Pſalmus CXII. Alleluja.

Argumentum.

„In hoc docetur novus populus, hymnum in„ceſſanter liberatori proferre, & ſignifica„tur omnium gentium vocatio.

vers. 1. *Laudate pueri Dominum, laudate no„men Domini.* Docetur novus po„pulus, etſi Dominus noſter aſſumptus ſit in „dextera Patris; tamen etiam nunc plenam „eſſe omnem terram, & frui viſitatione ejus. „*Suſcitans a terra inopem*, gentium populum. „*Qui habitare facit ſterilem in domo:* ſterilis fuit „gentium multitudo, ſed quando Dominus in „ea habitavit, fuit multorum filiorum mater „cum lætitia, nam filii ejus per fidem in Chri„ſtum ſalutem nacti ſunt.

Pſalmus CXIII. Alleluja.

Argumentum.

„In hoc item Pſalmo gentium vocatio ſigni„ficatur, & priſtinam ſalutem populi ex „circumciſione per Chriſtum factam eſſe.

vers.

vers. 1. *In exitu Iſrael de Ægypto . . . facta eſt*
„Judæa ſanctificatio ejus. Cum li-
„beratus eſt populus a ſervitute Ægyptiorum,
„Judæa facta eſt ſanctificatio ejus. *Montes ex-*
„ultaverunt ut arietes, nam cum Deus in mon-
„tibus appareret, quaſi exultabant de Iſraelis
„ſalute. *Quid eſt tibi mare quod fugiſti?* &c.
„reſpondet: *a facie Domini mota eſt terra*, ſcili-
„cet ob advenientem Dominum, qui tamquam
„opifex omnium juſſit, & diviſum eſt mare, pe-
„tra ſcaturivit aquam, cœlum manna ſuppedi-
„tavit &c. *Non nobis Domine non nobis ſed*
„nomini tuo da gloriam. Id eſt, nos quidem
„indigni gratia ſumus, qua gentes gaudent,
„verum propter nomen tuum, quod initio ſu-
„per nos invocatum eſt, benigne nobiſcum
„agas, tu qui vere Deus es, & non ſicut idola &
„ſimulacra gentium argentum & aurum opera ma-
„nuum hominum hæc enim nedum quidquam
„ſimile Deo prodigia operanti habent, ſe ne
„infimis quidem animalibus, quibus ſenſus eſt,
„paria ſunt: & illi qui cultum illis exhibent,
„ſimiles illis fient, & in pernitiem ibunt.

v. 9. *Domus Iſrael ſperavit in Domino.* Hæc
„dicunt gentes, quod ſicut olim credentem
„Iſrael, ita illas ſalvas faciat: nam *qui timent*
„Dominum, ii gentes fuerint. *Adjiciat Dominus*
„ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Ipſe namque
„eſt, cujus leges obſervamus. *Non mortui*
„laudabunt te Domine. Mortuos vocat dæmo-
„num cultores, qui non habent in ſe vitam,
„id eſt, ſolius Dei cognitionem.

Alleluja. Pſalmus CXIV.

Argumentum.

„In hoc ſignificat certamen eorum, qui evan„gelicum vitæ inſtitutum ingreſſi ſunt, eo„rumque victoriam & coronam.

Vers. 1. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vo„cem orationis meæ.* Videlicet di„lexi Dominum Deum ex toto corde tota men„te, & tota virtute, & in dilectionis præmium „exaudivit illum Dominus: *& in diebus meis* „certaminis, cum anima in periculo verſaba„tur, *invocabo. Circumdederunt me doloris mor„tis* &c. vehementiſſime afflictus ſum, ſed eo„quod Dominum invocavi, omnibus ſuperior „evaſi.

v. 5. *O Domine libera animam meam.* Hæc „dixit gnarus eum utpote miſericordem ſe ex„auditurum eſſe. *Cuſtodiens parvulos Dominus.* „Parvulos dicit eos, qui per Spiritum ſanctum „in Chriſto regenerati ſunt. *Convertere anima „mea in requiem tuam*, ſcilicet ſupernas man„ſiones, quas in certaminum præmium nan„ciſcetur. Requies item animæ eſt temperan„tia a peccatis. *Quia eripuit animam meam de „morte* &c. nimirum peccati, in quod ne deci„deret, *lachrymandi* finem non faciebat. Quam„obrem ejus *pedes*, id eſt, greſſus animæ apud „Deum firmi ſteterunt omni *lapſu* liberi. *Re„gionem* autem *vivorum* vocat cœleſtem Jeruſa„lem, in qua qui ſecundum Deum pugnaverunt, „utpote fortiſſimi victores audient illud: Euge „ſerve bone.

Pſalmus CXV. Alleluja.

vers. 1. *Credidi propter quod locutus ſum.* Cum „Domino placuiſſet, in ſupernis „manſionibus conſtitutus, ait, ſe numquam „hæc prolaturum fuiſſe, niſi Dei promiſſioni- „bus crediidiſſet. Concinit autem huic dicto „etiam illud; niſi credideritis, non intellige- „tis. Primum quis credit, poſtea intelligit, „ac deinde loquitur. Cum autem, inquit, „poſtquam credidi, magna locutus ſum, tunc „videns, me nihil eſſe, *humiliatus ſum nimis*, „non ſecundum quandam celſitudinis meæ de- „tractionem, ſed ex majori quam pro faculta- „te mea ſpeculatione.

v. 11. *Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo* „*mendax.* Scilicet ſuper hominem effectus om- „nia humana abjecta eſſe duxi, nam cogita- „tiones hominum doloſæ ſunt, ideo me hu- „miliabam & macerabam, ne ab illo ſtatu di- „laberer. Et ſane alia *retributio pro bonis*, quæ „accepimus a Deo, nobis non erit, niſi quod „pro illo mortem ſuſtineamus, & ita Dominum „noſtrum imitemur, hæc autem *mors pretioſa* „*eſt in conſpectu Domini.*

v. 16. *O Domine ego ſervus tuus & filius an-* „*cillæ tuæ:* ancillæ dicit, loquens de priori ini- „tiatione per legem facta. *Dirupiſti vincula mea*, „peccati videlicet, unde *tibi ſacrificabo hoſtiam* „*laudis*, ubi quaſi in profectu & majore perfe- „ctione ſacrificia per ſanguinem recuſat, ſacri- „ficia vero laudis oblaturum ſe promittit. Vo-

„ta mea Domino reddam, id eſt, promiſſiones, „ſcilicet, quod accepto calice Domini *invocaturus* eſſet *nomen ejus*, quod fiet cum *in atriis* „*Domini* erit, id eſt, in Eccleſia Chriſti, vel „in ſuperna Jeruſalem.

Alleluja Pſalmus CXVI.

vers. 1. *Laudate Dominum omnes gentes.* . . . „*quoniam confirmata eſt ſuper nos* „*miſericordia ejus*, numquam enim gentes talem „mutationem expertæ fuiſſent, niſi peccatis no„ſtris validior fuiſſet miſericordia Dei. *Et ve*„*ritas Domini manet in æternum:* ſalutem enim „dedit, quam per ſanctos Prophetas promiſe„rat. Quare & vos, qui ex Judæis proceſſiſtis, „& vos, qui ex gentibus credidiſtis, concor„des hymnos comminiſcentes beneficio vicem „reddite.

Alleluja Pſalmus CXVII.

Argumentum.

„Docetur novus populus compoſitus ex Judæis „& gentibus unum ſolum oportere auxilia„torem invocare, ſcilicet Verbum Dei incar„natum, ipſique referre gratiarum actiones „pro victoria.

vers. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus*... „*dicat nunc Iſrael.* Ipſos priores „ad confeſſionem invitat, qui primi vocati „ſunt per evangelicam prædicationem. *De* „*tribulatione invocavi Dominum* &c. duo docet „hic

„hic verſus, quod tribulationes habeant, qui „accedunt ad fidem, & quod tribulati non „alium debeant invocare, quam ipſum Domi„num, qui tribulationem in magnam *latitudi„nem* deducit, qui pro parvis laboribus magnas „accipiemus mercedes.

V. 10. *Omnes gentes circumierunt me... cir„cumdederunt me ſicut apes favum, & in nomine „Domini ultus ſum in eos.* Dei populus ſolum „Deum invocabat, & hoſtes viſibiles, & invi„ſibiles ulciſcebatur; homines autem his inſi„diantes ſolis confidunt principatibus homi„num. Apis eſt Eccleſia, mel autem opera„tur, quæ Dei ſapientiam plurimum facit, cu„jus labores tam reges quam privati ad ſani„tatem adferunt. Attamen ſpiculum habet in „oſtenſione ſpiritus & virtutis Dei, cum fidei „ſermonem habeat, ita ut hæreſes ſeu veſpas e „medio tollat, diſſecans illas argumento veri„tatis. Ita ut mel apum abſumere non poſſint „ſed ceu *ignis in ſpinis* comburantur.

V. 15. *Vox exultationis & ſalutis in taberna„culis juſtorum.* Sublatis ſpiritualibus inimicis „jure deinde audiuntur voces exultationis in „tabernaculis juſtorum, ſcilicet: *dextera Domi„ni fecit virtutem. Aperite mihi portas juſtitiæ* &c. „nimirum profectum in virtutibus, quem ob„tinent, qui affiictionum tempora ſuſtinent. „*Hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam.* Nam „qui per virtutes incedunt, ad illam perveniunt „portam, quæ ducit ad ipſam Domini contem„plationem & viſionem.

V. 22.

v. 22. *Lapidem, quem reprobraverunt ædifi„cantes, factus eſt in caput anguli.* Teipſum Do„mine, qui propter nos factus es lapis abje„ctus, reprobaverunt quidem ædificantes, ſed „poſt gentium mutationem alterius anguli ca„put effectus es, copulans duos populos in „unum novum hominem. *Hæc dies, quam fe„cit Dominus* &c. dies videlicet reſurrectionis „Domini, ſeu dies Dominica, quæ gentibus „omnibus ſalutaris eſt.

v. 25. *O Domine ſalvum me fac, o Domine „proſperare; benedictus qui venit in nomine Domi„ni.* Doxologia, id eſt, cantus in honorem Tri„nitatis, Jeroſolymitana docet, de quonam id „dictum ſit: illud autem: *benediximus vobis de „domo Domini*, prophetæ dicunt iis, qui cre„dunt in Chriſtum, quos beatos prædicant, quia „ſunt domus ſpiritualis, in qua Dominus ha„bitat. *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis us„que ad cornu altaris.* Nam ii, qui ad fidem „accedent, ita implebunt divinum tabernacu„lum, ut præ multitudine usque ad cornu al„taris pertingant. *Condenſa* autem vocat Che„rubim, quæ propitiatorium adumbrant. *Deus „meus es tu, & confitebor tibi.* Hanc vocem Sal„vatori Chriſto referre edocemur.

Alleluja CXVIII.

Argumentum.

„In hoc Pſalmo deſcribit ſanctorum inſtitutum „vitæ, certamina & ærumnas, nec non ex

„qui-

„quibus hæc ſuperant, nempe legem, elo-
„quia divina, patientiam, & poſt labores
„coronas, & præmia.

vers. 1. *Beati immaculati in via &c.* qui nulla-
„tenus peccat, is immaculatus &
„beatus eſt. *Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus,*
„*in toto corde exquirent eum.* Quid enim lu-
„cri erit, ſi ſimpliciter exquirant teſtimonia
„ejus, & ex toto corde Deum non quærant.
„*Utinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas ju-*
„*ſtificationes tuas.* Gnarus ſine cœleſti auxilio
„non poſſe quemquam eſſe obſervatorem, id
„oratione ſibi comparat. *Confitebor tibi in di-*
„*rectione cordis.* Poſt orationem explicat, qua
„ſit inclinatione voluntatis. Principium au-
„tem ſalutis eſt confeſſio.

v. 9. *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam?*
„multis, ait, offendiculis plena eſt juventus,
„quo pacto igitur illa quis ſuperabit, niſi con-
„ſervando ſemper memoriam verborum Dei,
„quæ una mundat atque cuſtodit? *In toto cor-*
„*de meo exquiſivi te,* qui enim ex media cordis
„parte tantum Deum quærit, & modo ipſi,
„mox Deo vacare cupit, hunc ille a ſuis man-
„datis abjicit ut militem ignavum. *In corde*
„*meo abſcondi eloquia tua:* niſi enim quilibet
„Dei mandata in corde ceu theſauros recon-
„dat, venit malignus & rapit ea. *In labiis meis*
„*pronuntiavi omnia judicia oris tui:* quæ abſcon-
„di oportebat abſcondi, quæ renuntiare, re-
„nuntiavi, quia ante tribunal tuum omnes ad-
„futuri ſumus, ut accipiamus ſecundum ope-

„ra

„ra noſtra. *In via teſtimoniorum tuorum delecta-*
„*tus ſum, ſicut in omnibus divitiis*, quæ non ſunt
„aurum, nec argentum, ſed tua teſtimonia.
„*In juſtificationibus tuis meditabor* &c. non ver-
„borum tantum tenus, ſed ita, ut illa exequar.

v. 17. *Retribue ſervo tuo vivifica me*, ut ni-
„mirum mens mea illuſtretur, & cognoſcam
„*mirabilia de lege tua*, ac mandata tua, quo-
„rum alia nota ſunt, uti: non occides, alia
„arcana, v.g. quare pueri octavo die circum-
„cidantur. *Increpaſti ſuperbos . . . aufer a me*
„*opprobrium & contemtum*, & ſi ad extremum
„anguſtiæ redactus ſum, rogo liberari me ab
„iniquis juxta promiſſionem tuam. *Etenim ſe-*
„*derunt principes, & adverſum me loquebantur*,
„ſed *ſervus tuus* a *juſtificationibus* ſeu verbis tuis
„non diſcedebat.

v. 25. *Adhæſit pavimento anima mea*, nam ad
„ultimum anguſtiæ deductus ſum a ſceleratis,
„& rogo ſalutem mihi tribui. *Viam juſtifica-*
„*tionum tuarum intelligere me fac*, ut accepta in-
„telligentia myſteriorum ejus circa mirabilia
„ejus verſari, & de illis loqui poſſim. Dormi-
„tavit anima mea præ tædio, alio autem mo-
„do ſegnities ſpiritus expelli non poterit, quam
„per meditationem divinorum eloquiorum.

v. 37. *Averte oculos meos, ne videant vanita-*
„*tem.* Vanitas eſt ſpectaculorum inſanus amor,
„illicita rerum ſpeculatio, abſurda phantaſia in
„mente recepta. Vanitas etiam mentis dici
„poteſt, cum quis mente pollens ea non uti-
„tur

„tur ad veritatis contemplationem, ſed præ-
„bet eam Satanæ colliganti. *Statue ſervo tuo*
„*eloquium tuum in timore tuo*, qui in omnibus
„præceptis inſtar pædagogi neceſſarius eſt.
„*Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum*,
„& quod futurum eſt poſt reſurrectionem in di-
„vino tribunali. *Ecce concupivi mandata tua, in*
„*æquitate tua vivifica me*, quia nimirum manda-
„ta tua toto amoris affectu complexus ſum,
„non alterius rei cauſa, ſed illa ſolum quæ-
„rens, & propter illa agens. Et quia Filius
„eſt juſtitia Patris, illud agit, qui in Filio vi-
„tam agere vult.

v. 41. *Et veniat ſuper me miſericordia tua*
„*Domine*, tunc enim fiduciam habebo adver-
„ſus eos qui mihi opprobria dicunt, ſi *ſaluta-*
„*re tuum* ad me accedat. *Et reſpondebo expro-*
„*brantibus mihi verbum* &c. & oſtendam dog-
„mata, quæ illi irrident, eſſe prudentiæ & ſa-
„pientiæ plena. *Et loquebar de teſtimoniis tuis*
„*in conſpectu Regum*. Hæc Martyri conveniunt,
„qui propter Chriſtum ad reges adducitur.
„Item iis qui Evangelium cum fiducia coram
„annuntiant. *Et meditabor in mandatis tuis*. . .
„*Et levavi manus meas ad mandata tua*. Ope-
„ratio eſt finis meditationis mandatorum, &
„ad ea exercenda manus extendere.

v. 49. *Memor eſto verbi tui ſervo tuo*, ut ni-
„mirum ſis cum illo in perſecutionibus. *Hæc*
„*enim* ſpes *me conſolata eſt in humilitate mea,*
„*quia eloquium tuum vivificavit me*, nam dum elo-
„quium Dei in hominis anima augetur, augen-
„tur,

„tur, quæ vitam ſpectant, ſcilicet cum virtu-
„te vitam agere, & vitam obtinere æternam.
„*Memor fui judiciorum tuorum*, dum juſtos præ-
„mias, & malos punis *a ſæculo Domine*, *&* *conſo-*
„*latus ſum. Attamen defectio tenuit me pro pecca-*
„*toribus derelinquentibus legem tuam*, quorum mi-
„ſeriæ condoleo. At *cantabiles mihi erant juſti-*
„*ficationes tuæ in loco peregrinationis meæ*, nam
„in præſenti vita lætabar narrans, contem-
„plans & operans juſtificationes tuas.

v. 59. *Cogitavi vias meas*, *&* *converti pedes*
„*meos in teſtimonia tua*, quia totam mentem
„meam mandatis tuis addixi. *Paratus ſum*, *&*
„*non ſum turbatus* in incurſibus inimicorum, ut-
„pote meditatione paratus, ad eos fortiter per-
„frendos. *Funes peccatorum*, ſeu malæ cogita-
„tiones, *circumplexi ſunt* me, quibus me a Dei
„gratia deturbare conabantur. *Media nocte*
„*ſurgebam ad confitendum tibi*, & hymnis ad
„tui laudem canendis vacabam. *Particeps ego*
„*ſum timentium te* & eorum inſuper, qui pro-
„pter timorem Dei ejus mandata obſervant.

v. 65. *Bonitatem feciſti cum ſervo tuo Domine*
„numquam enim ſervis tuis adnumeratus eſ-
„ſem, niſi divina gratia in cauſa fuiſſet. *Prius-*
„*quam humiliarer*, *ego deliqui;* ideoque caſtiga-
„tioni traditus, rogo me doceri, ut cognoſcam,
„humiliationem & caſtigationem illam mihi
„per tuam bonitatem eveniſſe. *Multiplicata eſt*
„*ſuper me iniquitas ſuperborum*, & *coagulatum*
„*eſt ſicut lac cor eorum* in via lata incedentium,
„cum econtra ego viam anguſtam elegerim:
„&

„& *bonum mihi quia humiliaſti me*, nam placeo „mihi in infirmitatibus, perſecutionibus & an„guſtiis, *ut diſcam juſtificationes tuas*, & *bonum* „*mihi lex oris tui*, *ſuper millia auri & argenti.*

v. 75. *Manus tuæ fecerunt me*, *da mihi intel*„*lectum ut diſcam mandata tua*, quæ gratia om„nibus eveniet, *qui timent & lætabuntur*, quia „dulce eſt *in verbis tuis ſuperſperare.* Inſuper „*cognovi*, *quia æquitas judicia tua*, quæ omnia „juſto conferunt; unde in caſtigationibus ani„mo non concidere, ſed miſericordiam poſtu„lare oportet. Quare *fiat miſericordia tua ut* „*conſoletur me*, *ſecundum eloquium tuum*, & *ve*„*niant mihi miſerationes tuæ & vivam.* Econtra „*confundantur ſuperbi* maligni dæmones, & ve„ritatis inimici homines, *quia injuſte iniquita*„*tem fecerunt in me*, *ego autem* iis pudore affe„ctis non extollar, ſed *in mandatis tuis exerce*„*bor. Convertantur mihi timentes te*, & dome„ſticorum tuorum doctrina imbuar, ut ſciam „animas convertere, quia timore tuo dives eſt. „*Fiat cor meum immaculatum*, tunc enim non „*confundar*, quando immaculate *Dei præcepta* „ſervabo.

v. 81. *Defecit in ſalutare tuum anima mea*, ad„ventum Salvatoris ardenter deſiderans, & *in* „*verbum tuum* ſeu promiſſionem *ſuperſperavi.* „*Defecerunt oculi mei in eloquium tuum*, Dominum „videlicet Jeſum Chriſtum, *dicentes*, *quando con*„*ſolaberis me?* cum enim verbum adveniet mi„hi, conſolationem accipiam. *Quia factus ſum* „*ſicut uter in pruina:* juſti etſi viventes quaſi

„mortui ex ærumnis efficiuntur, ita ut utribus „ſimiles ſint, refrigeſcentes quaſi pruina con„gelata concupiſcentiæ ardore extincto. *Quot* „*ſunt dies ſervi tui?* pauci ſane, in quibus rogo „contere Satanam ſub pedibus meis, ut anima „divino Verbo ſubjiciatur. *Narraverunt mihi* „*iniqui fabulationes*, vanas Judæorum fabulas, „præcepta hominum & nugas ſapientium hu„jus ſæculi: ſed *omnia mandata tua veritas, ini*„*que perſecuti ſunt me, adjuva me*, nam *paulo* „*minus conſummaverunt me in terra:* ne igitur „eorum perſecutionibus opprimar, *ſecundum* „*miſericordiam tuam vivifica me, & cuſtodiam te*„*ſtimonia oris tui*, quæ per Prophetas locu„tus es.

v. 88. *In æternum Domine Verbum tuum per*„*manet in cœlo*: de Verbo Patris loquitur, & de „univerſi ornatu, & clare naturam rerum om„nem ſervam ejus vocat. *In generationem* Ju„dæorum *& generationem* Eccleſiæ *veritas tua*, „aliæ autem gentes in errore verſantur. Cum „autem prior illa generatio rejecit veritatem, „tranſivit ab illa in hanc generationem. *Fun*„*daſti terram & permanet*: hac veritate terra „fundata eſt, & in hoc angulari lapide ædifi„cantur omnes terrigenæ, qui ſalutem nacti „ſunt. Imo etiam ipſa veritas terram illu„ſtrans diem effecit, quæ *ordinatione tua per*„*ſeverat*, neque finem accipiet, ſicuti illumina„tio veteris Teſtamenti. *Niſi quod lex tua me*„*ditatio mea eſt, tunc forte* irrumpentibus malis „cogitationis & adverſariis poteſtatibus *per*„*iiſſem in humilitate mea. Tuus ſum ego, ſal*-

„*tum me fac* ſervum tuum, & per gratiam fi-
„lium. *Me expectaverunt peccatores, ut perderent*
„*me, teſtimonia tua intellexi*, & per meditatio-
„nem eorum inſidias peccatorum vanas effe-
„ci. *Omnis conſummationis*, ſeu inſidiarum dæ-
„monum *vidi finem*, easque in nihilum abire,
„cum *latum* mihi factum eſt *mandatum tuum*, &
„ego ad perfectum bonum acceſſi.

v. 97. *Quomodo dilexi legem tuam Domine?*
„*tota die meditatio mea eſt?* dum omnia ſecun-
„dum legem Dei perficio, & ſemper in die,
„numquam vero in nocte ambulo. *Ab omni via*
„*mala prohibui pedes meos*, hoc eſt enim cuſtodire
„divinam legem, operibus eam implere: *a ju-*
„*diciis tuis non declinavi*, & ſemper memini di-
„vini tribunalis. *Quam dulcia faucibus meis*
„*eloquia tua, ſuper mel ori meo:* dulcia ob ra-
„tionalem in illis poſitam voluptatem, imo *ſu-*
„*per mel*, per quod omnia dulcia apud homi-
„nes ſignificantur.

v. 105. *Lucerna pedibus meis Verbum tuum*,
„nam qui in lumine divinæ legis ambulat, re-
„ctum & inoffenſum vitæ curſum conficit. *Hu-*
„*miliatus ſum usquequaque* aut ſpiritualium ini-
„micorum irruptionibus aut macerationibus
„ex propria voluntate ſuſceptis.

v. 113. *Iniquos odio habui*, ſcilicet ſapientes
„hujus ſæculi, & hæreticorum principes. *De-*
„*clinate a me maligni*, aut malignæ cogitationes
„aut prædicti magiſtri. *Adjuva me & ſalvus*
„*ero*, nam indeſinenti auxilio tuo mihi opus

 „eſt,

„eſt, quanto enim tempore hic ſumus nondum „perfectum eſt illud: *ſalvus ero*: ſed ubi cum „angelis Dei vivemus, tunc *meditatio juſtifica-* „*tionum* erit facie ad faciem. *Sprevisti omnes* „*diſcedentes a judiciis tuis*, nam hic finis expe- „ctat eos, qui legem Dei contemnunt. *Præ-* „*varicantes reputavi omnes peccatores terræ*, quia „divinam legem conculcare volunt, & ideo „dilexi mandata tua. *Confige* ſeu obdura *ti-* „*more tuo carnes meas* ad caſtitatem: *a manda-* „*tis enim tuis timui*, divinam ſcilicet legem ti- „mui, non enim peccatum quis admittit, niſi „ſe extra Dei timorem collocaverit.

v. 123. *Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum*, „in Divinum ſcilicet adventum, quo totum ge- „nus humanum ſalutem conſecuturum erat. „*Et in eloquium juſtitiæ tuæ*. Etſi enim non- „nulli inique agentes legem tuam de medio „ſuſtulerint, ego tamen omni eam tempore „exequebar. Et quia *ſervus tuus* non vero pec- „cati *ſum ego, da mihi intellectum & ſciam teſti-* „*monia tua*, nam ſpiritus ſapientiæ & intelle- „ctus ſunt bonorum munera. *Tempus faciendi* „*Domine, diſſipaverunt legem tuam*. Ego qui- „dem feci judicium & juſtitiam, erit autem & „tibi Deo tempus faciendi judicium & juſti- „tiam contra eos, qui diſſipaverunt legem „tuam. *Ideo dilexi mandata tua, ſuper aurum* „*& topazion*, nam melior eſt ſapientia variis „lapidibus: propterea *ad omnia mandata tua* „*dirigebar*, quia ſemper meditabar legem „tuam.

v. 130. *Et intellectum dat parvulis*, qui in „ignorantia detinentur, hos enim Verbum „tuum tuo illuſtratos lumine intelligentia re„plet. *Os meum aperui & attraxi* ſpiritum: „apertione enim indigent eloquia, & fraudem, „quæ aut per voluptatem aut per gloriam pa„ratur, intelligentia per verba data impedit. „*Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum*, ut „a malitia & ignorantia ad veritatem & ſcien„tiam tranſeam. *Redime me a calumnia homi„num* hæreticorum vel ſapientium hujus ſæ„culi. *Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum*, „adventum Chriſti accelerans, *& doce me juſti„ficationes tuas*, novum ſcilicet Teſtamentum, „quo Deus & Pater eos, qui ſuper terram „erant, juſtificavit. *Exitus aquarum deduxe„runt oculi mei*, & deplorabam eos, qui trans„grederentur legem tuam.

v. 137. *Juſtus es Domine, & rectum judicium „tuum.* Cauſa cur transgreſſores legis Dei de„plorem eſt, quia pœnas ſe in divino tribu„nali inflicturum comminatus, & jam adfutu„ras teſtificatus eſt. *Mandaſti juſtitiam teſtimo„nia tua*: teſtibus cœlo & terra, mandaſti te„ſtimonia, quæ ſunt juſtitia & veritas aperta. „*Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt „verba tua inimici mei.* Quippe *eloquium tuum „ignitum vehementer*, ſublime, & omni proba„tione ſuperius, quod ſiquis habeat, omnia „judicat, & a nemine judicatur. *Adoleſcen„tulus ſum ego*; qui divinis eloquiis ceu ele„mentis initior; *& contemtus*, quia me humi„lio. *Juſtitia tua, juſtitia in æternum*, quia ju-

„dicium reddit æternum. *Tribulationes & an-*
„guſtiæ invenerunt me, ſed in illis meditatio-
„nem legis tuæ non neglexi. *Æquitas teſtimo-*
„nia tua in æternum, quæ non ad breve tan-
„tum tempus utilia ſunt, ſed in æternum,
„nam juſtificant eum, qui affectu ad illa acce-
„dit, & tribuunt vitam æternam.

v. 145. *Clamavi in toto corde meo*, primo
„exaudi me Domine, juſtificationes tuas requiram.
„Secundo *clamavi ad te, ſalvum me fac.* Ma-
„gna igitur voce te invocans, magna voce
„promitto, me tua præcepta obſervaturum.
„Præveni in maturitate, id eſt, tenebris & re-
„rum confuſione, *& clamavi*, nam etſi im-
„probi cum confuſione omnia agerent, multa
„in tua lege incedens peragebam. *Appropin-*
„quaverunt perſequentes me iniquitati: nemo
„enim juſtum perſequitur, niſi iniquitati hæ-
„rere velit. *Prope es tu Domine*, nam Dei vir-
„tus ubique eſt juxta creationis & providentiæ
„rationem.

v. 154. *Judica judicium tuum & redime me,*
„propter verbum tuum ſeu promiſſionem tuam
„vivifica me, promiſiſti enim te venturum &
„ſalutem allaturum. *Longe a peccatoribus ſa-*
„lus, contra quam ſalutem ſuperbe egerunt
„principes ſæculi hujus, *quia juſtificationes tuas*
„non exquiſierunt, ideo juſtum perſecuti ſunt.
„Vidi prævaricantes & non intelligentes, *&*
„tabeſcebam zelo pietatis accenſus. *Vide quo-*
„niam mandata tua dilexi Domine, non enim
„tantum ea obſervavi, ſed etiam dilexi nulla
„vi

„vi ad ea impulſus. Verum nihilominus rogo „te miſeratorem, ut *vivifices* me. *Principium „verborum tuorum veritas:* hoc quippe primum „præceptorum tuorum eſt, ut veraces ſimus „in omnibus, opere, verbo, mente.

v. 161. *Principes perſecuti ſunt me gratis*, „utpote veritatis inimici: At eorum perſecu„tiones non *reformido*, ſed ſolum *verbum tuum*. „*Lætabor ego ſuper eloquia tua*, *ſicut qui invenit „ſpolia multa:* non enim timore tantum ad „obſequendum divinis verbis adducor, ſed „etiam gaudio, quod de divitiis magnum eſt. „*Iniquitatem odio habui* &c. quam ſolam abo„minari utile eſt; quare tuam legem intelli„gens dilexi, nullatenus eam trahens ad ter„rena. *Septies in die laudem dixi tibi* &c. His „ſignificat laudem indeſinentem: ſemper, ait, „*memor ſui judiciorum tuorum*, quæ juſte tu„liſti, principibus, qui *ſuperbe agebant*, eje„ctis, iis vero qui injuria afficiebantur, libe„ratis.

v. 170. *Appropinquet deprecatio mea . . . „intret dignitas mea in conſpectu tuo Domine.* „Primum ponitur: *appropinquet:* deinde, quod „majus eſt, *intret poſtulatio mea*, ante ingreſ„ſum enim appropinquandum. Quam autem „deprecationem vocavit, nunc dicit dignita„tem a dignando. Dignitas autem animæ „eſt, virtutes habere aut earum aliquam: qui „hujusmodi dignitatem obtinet, hæc loquitur. „*Eructent labia mea hymnum.* Eructatio ſatu„ratis accidit. Novit igitur Divinum Verbum

„ſpiritalem eſcam, nam Verbum panem ſe „eſſe ait, hunc cum comedimus hymnum „eructamus; hanc mihi opto eructationem „accidere, quod fieri nequit, niſi me *docueris* „*juſtificationes tuas. Pronuntiet lingua mea elo-* „*quia tua* ut ea, quæ loquor, ſint verba Dei. „*Fiat manus tua, ut ſalvet me*, nam ſalus eſt „opus manuum tuarum, non mearum. *Con-* „*cupivi ſalutare tuum Domine*, Salvatorem „meum, qui miſſus eſt nobis ad ſalutem, ad „cujus deſiderium ut incedam, *meditabor le-* „*gem tuam. Vivet anima mea* in futura vita & „*laudabit te*, & *judicia tua* de juſto lata ſine „tormentis, de noxio cum tormentis. *Erravi* „*ſicut ovis quæ periit.* Poſtquam opera recte „a ſe geſta narravit, rurſum ait, ſe ovem er- „rantem fuiſſe humilitati vacans, juxta illud „Domini dictum: cum omnia perfeceritis, di- „cite: ſervi inutiles ſumus.

Canticum graduum CXIX.

Argumentum.

„Primum graduum canticum Deo canit popu- „lus in Babylone conſtitutus, pertæſus diu- „turnæ captivitatis, & rogans libertatem.

vers. 1. *Ad Dominum cum tribularer clamavi* . . . *Domine libera animam meam* „*a labiis iniquis* Babyloniorum idololatriam „profitentium, & *a lingua doloſa*, quæ nihil „rectum de Deo loquitur. *Quid detur tibi, aut* „*quid apponatur tibi ad linguam doloſam? ſagit-*

„ta

„*tæ potentis acutæ:* Babyloniorum ſcilicet ul„tionem a Deo mox futuram prædicit.

v. 5. *Heu mihi, quia incolatus meus prolon„gatus eſt:* poſtulat a Deo, ut ab incolatu Ba„byloniæ liberetur: *habitavi cum habitationibus „Cedar,* quæ eſt regio quædam ad eremum „verſus orientem ſita, & usque ad Perſidem „pertingens, quam incolit Saracenorum gens. „*Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Ea „erat malitia Babyloniorum, ut nulla de cau„ſa iis, qui pacem colebant, bellum infer„rent; quia vero nulla eſt illis amicitia cum „improbis qui veram religionem execrantur: „*cum loquebar illis, impugnabant me gratis.*

Canticum graduum CXX.

Argumentum.

„Secundum modulatur canticum, dum poſt „ſolutam captivitatem longum iter ageret „Babylone Jeroſolymam: atque inter me„dium montium interceptus rogat auxilium „ſibi impendi, quem exaudiens propheticus „ſpiritus reſpondet: *Dominus cuſtodiet introi„tum tuum & exitum tuum.*

vers. 1. *Levavi oculos meos in montes . . . „auxilium meum a Domino, qui fe„cit cælum & terram:* oſtendit hic Dei poten„tiam. *Non det in commotionem pedem tuum, „neque dormitet, qui cuſtodit te. Ecce non dor„mitabit* &c. hanc habeto ſpem & ſalvaberis. „Illud autem: *non dormitabit,* non laborem

„cuſtodis, ſed impatibilitatem Dei ſignificat; „videtur autem dormitare, cum turbulentis „hujus vitæ negotiis & inſidiis agitamur. *Do-* „*minus cuſtodiat te, Dominus protectio tua ſuper* „*manum dexteram tuam.* Id eſt, ad dexteram „manum tuam conſtitutus, & proteget, & „cuſtodiet, & omni providentia dignabitur.

Canticum graduum CXXI.

Argumentum.

„Tertium canticum iter agentibus prædicat, „ut in domum Domini concedant. Quare „ſic loquitur.

vers. 1. *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt* „*mihi, in domum Domini ibimus.* „*Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Jeruſa-* „*lem.* Vox ſenum hæc eſt, qui captivitatem „ſuſtinuerunt, & narrant, pedes ſuos, qui- „bus jam iter agerent, olim ſtetiſſe in Jeruſa- „lem. *Jeruſalem quæ ædificatur ut civitas.* Ita „enim olim civitas erat, non hinc inde diſper- „ſa, ſed ita conſtructa, ut videretur una do- „mus eſſe, ex domorum continua ſerie & con- „cinnitate.

v. 4. *Illuc enim aſcenderunt tribus.* Omnes „ait tribus ex Ægypto per virtutem Dei egreſ- „ſæ ad eam urbem properabunt, ad agendas „Deo gratias & *confitendum nomini Domini,* eo- „quod impleverit promiſſionem ſuam. *Thronos* „autem *domus David,* ſuper eam fundatos eſſe „ait, quia regnum Davidis erigitur per gratiam „Chri-

„Chriſti, qui duodecim Apoſtolis ſuper duo-
„decim thronos ſedentibus poteſtatem dedit,
„judicandi Iſraelem. *Quia illic ſederunt throni*
„*in judicio*, cum Jeruſalem regia & Sacerdotis
„eſſet civitas, throni ſuper domum David, ex
„qua conſtituebantur, eſſe dicuntur.

v. 6. *Rogate, quæ ad pacem ſunt Jeruſalem.*
„Vos qui Jeruſalem olim in flore ſuo vidiſtis,
„precamini pro pace ejus. Quod etiam pre-
„cantur ſeniores Jeroſolymæ dicentes: *Fiat*
„*pax in virtute tua*, ſcilicet, muris ejus, vel in
„ſanctis ejus, qui in ipſa erant. *Propter do-*
„*mum Domini Dei noſtri, quæſivi bona tibi.*
„Quia, ait in te Jeruſalem eſt domus Dei no-
„ſtri, accepta referens beneficia *quæſivi bona*
„*tibi.*

Canticum graduum CXXII.

Argumentum.

„Quartum canticum orationem continet eo-
„rum, qui remigrantes multis annis in iti-
„nere verſati fuerant, & defeſſi in via miſe-
„ſericordiam a Deo ſibi impendi poſtulant,
„utpote, qui a gentibus vilipenderentur.
„Quare conſolans eos Spiritus ſanctus ait:
„*opprobrium abundantibus.*

vers. 1. *Ad te levavi oculos meos, qui habitas*
„*in cælis. Ecce ſicut oculi ſervorum,*
„*in manibus dominorum ſuorum.* Oculi eorum
„qui habent Spiritum ſervitutis in timore, ſunt
„in manibus dominorum & dominæ; ejus au-
„tem

„tem qui ſpiritum adoptionis habet, ad Do-
„minum Deum. *Miſerere noſtri Domine miſe-
„rere noſtri.* Reduplicatio fervorem precatio-
„nis oſtendit: non quaſi digni ſimus miſericor-
„diam poſtulantes, ſed utpote opprobriis one-
„rati.

Canticum graduum CXXIII.

Niſi quia Dominus erat in nobis.

Argumentum.

„Quintum canticum canentes, qui in Judæam „aſcenderunt, preces emittunt, eoquod libe„rati ſunt a captivitate, & ab inimicis, quos „poſtea ſuperarunt.

Canticum graduum CXXIV.

Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion.

Argumentum.

„Sextum canticum canunt, poſtquam ad ipſum „deſideratum montem pervenerant. Dein„de videntes urbem abſque muris, muri ipſis „fore poſtulant Domini auxilium, & ex eo„dem inimicorum inſidias effugere ſe poſſe „confidunt, qui non relinquit virgam pec„catorum ſuper ſortem juſtorum & ſancto„rum ſuorum.

vers. 1. *Pax ſuper Iſrael.* Pax enim, quæ „omnem ſuperat mentem, ei ſoli „datur, qui mente valet: imo etiam deletis „inimicis hi pace fruebantur.

Canti-

Canticum graduum CXXV.

Argumentum.

„Septimum canticum cànunt, qui cum ad „ipſam urbem pervenerint, liberationis a „captivitate certitudinem habent; rogant „autem pro reliquis, qui adhuc erant in „Babylone, ut ipſi etiam redimerentur.

vers. 1. *In convertendo Dominus captivitatem „Sion, facti ſumus ſicut conſolati.* „Hæc Apoſtoli prænuntiant de ſeipſis & de „gentibus. Fortaſſe etiam hæc de ſpiritali „captivitate dicuntur. *Tunc dicent inter gentes, „magnificavit Dominus* &c. ita Deum magnifi„cant a captivitate liberati, ſed cum reliquos „captivos necdum receperint, pro iis ſuppli„cant: *Converte Domine captivitatem noſtram ſi„cut torrens in auſtro*, nam reditus captivorum „Ægyptii fluminis decurſui in auſtro ſeu de„ſerto ſimilis erit. *Qui ſeminant in lacrymis „in exultatione metent. Euntes ibant & flebant.* „Rogantibus pro reliquiis captivorum, reſpon„det Spiritus propheticus, & ait; ſi fleverint „pro iis, qui in Babylone ſuperſunt, reditus „illis concedetur.

Canticum graduum Salomoni CXXVI.

Argumentum.

„Octavum canitur canticum jactis fundamen„tis Templi, ſperantibus Judæis, fore, ut „immotum ſemper ædificium maneret. La-

„ten-

„tenter igitur prænuntiat, futrurum ejus de-
„nuo ſub Romanis excidium: adjicitque
„prophetiam de Chriſti Eccleſia. Canitur
„porro prophetice a Salomone, ſicuti etiam
„revera aliqui Pſalmi Zachariæ ſunt & Ag-
„gæi: octava autem jure intelligatur eſſe
„principium novi Teſtamenti.

vers. 1. *Niſi Dominus ædificaverit domum, in*
„vanum laboraverunt, qui ædificant
„eam; hæc Judæis ait, de firmitate ædificii
„ſui alte ſentientibus. *Cum dederit dilectis ſuis*
„ſomnum, ecce hæreditas Domini, filii. Alte de
„templo ſentitis, inquit, quaſi in illo vobis
„hæreditas data ſit, ſed ea vera non eſt, at
„cum dilectos ſuos ex priori populo requieſce-
„re fecerit, id eſt Prophetas, tunc filiis ſeu
„Apoſtolis & diſcipulis hæreditatem dabit,
„nam divina promiſſio, & puerorum benedictio
„ceu quædam merces ſperantibus in eum da-
„ta eſt. *Merces fructus ventris,* id eſt ſalus ſpi-
„ritus.

v. 4. *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filii*
„excuſſorum. Excuſſos vocat eos ex priori po-
„pulo qui abjecti ſunt, quorum filii ſcilicet
„Apoſtoli fuerunt ſagittæ potentis, hiſce enim
„adverſarias poteſtates quaſi ſagittas confecit.
„Beatus vir, qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis,
„& ex doctrina utilitatem percipit: *non con-*
„fundentur, cum loquentur inimicis ſuis in porta.
„Aperte prædicationis adventum ſignificat.

Canti-

Canticum graduum CXXVII.

Argumentum.

„Nonum canticum beatum prædicat eum, qui „accedit ad timorem Dei. Jure autem poſt- „quam Apoſtolos futuros declaravit, beatos „prædicat eos qui crediderunt.

vers. 1. *Beati omnes, qui timent Dominum. . . „Uxor tua ſicut vitis abundans.* Ti- „menti Deum dono datur non quævis mulier, „ſed quæ bonis fructibus ornata ſit, nam bona „mulier bona portio. *Et videas bona Jeruſa- „lem omnibus diebus vitæ tuæ.* Spiritualia ſcili- „cet bona, quæ oculus non vidit. *Et videas „filios filiorum tuorum; pax ſuper Iſrael.* Pro- „miſſiones dicit: ſicut enim primi fructus ani- „mæ erga Deum religioſæ ſunt fætus ejus, ita „ſecundi ſunt promiſſiones.

Canticum graduum CXXVIII.

Argumentum.

„Decimum canticum multa perſecutionum ge- „nera Chriſti populum edocet, & quo pacto „omnia ſuperaturus ſit, inſidiatoribus ſem- „per ſuperior effectus, hoc autem ait, quia „ab initio prædicationis perſecutiones fue- „runt.

vers. 1. *Sæpe expugnaverunt me. . . Dominus „juſtus contrivit cervices peccatorum,* „nam omnes, qui perſecuti ſunt juſtos, mali „male peribunt.

Canti-

Canticum graduum CXXIX.

Argumentum.

„Undecimum canticum orationem complecti„tur martyrum, & doctrinam confeſſionis „novo populo datam. Clare autem virtutis „propitiationem prædicat, quæ Chriſtus eſt.

Vers. 1. *De profundis clamavi ad te Domine. . „fiant aures tuæ intendentes in vo„cem deprecationis meæ.* Aures in Deo angeli„cas poteſtates intelligimus eſſe, per quas ſup„plicationes noſtræ ad Deum accedunt. *Si „iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis „ſuſtinebit.* Reduplicatio vocis Domine Domi„ne, admirantis eſt divinæ clementiæ magni„tudinem, apud quem eſſe *propitiationem* dicit „non vero in operibus noſtris.

v. 4. *Propter nomen tuum ſuſtinui te Domine.* „Hæc ſunt verba eorum, qui non propter ne„ceſſitatem ſpiritualem, ſed propter veneran„dum nomen ipſum accedunt, & nullo tem„pore vel adverſitatibus abſcedunt a Deo & „iis quæ ipſi placent. *A cuſtodia matutina uſ„que ad noctem ſperet Iſrael in Domino.* Opor„tet enim etiam in moleſtis rebus Dominum „exſpectare, quia oriente lumine mens perſpi„cax lætarum rerum augmentum, triſtium va„cuitatem accipit; ſperet in illum, *apud* eum „namque *eſt miſericordia*, qui *redemtio* eſt & pro„pitiatio, & virtute multa peccata purgat.

Canti-

Canticum graduum CXXX.

Argumentum.

„Duodecimum canticum, docet eum, qui pro-
„pitiatione donatus fuit, ne fidens ſuo profe-
„ctu exaltetur, ſed humiliter ſentiat.

vers. 1. *Domine non eſt exaltatum cor meum.*
„Neque ambulavi in magnis, neque
„in mirabilibus ſuper me. Ut quis non exalte-
„tur contraria virtus humilitatis utilis eſt. *Ab-*
„lactatos autem *pueros*, dicit, tribulationem
„ſignificans, etenim nonniſi cum fletibus in-
„fans a matre diſcedit, dolens, quod lacte
„privatus fuerit. Ita & ego, inquit, in
„ærumnis degens Deum ſemper precor: quodſi
„non ita affectus eſſem, extremum ſupplicium
„luerem.

Canticum graduum CXXXI.

Argumentum.

„Decimum tertium canticum orationem conti-
„net pro Davide, cum enim propitiatio re-
„miſſionem peccatorum conciliet, Spiritus
„S. cum iis, qui ſalutem conſequuntur, &
„cum Davide ait: Domine memento; ſe-
„cundum manſuetudinem ejus retribue illi.
„Quemadmodum enim ille manſuetus cum
„eſſet, dimiſit Sauli injurias illatas, ita &
„ipſi delicta remitte.

vers. 1. *Memento Domine David, & omnis man-*
„ſuetudinis ejus: ſicut juravit Do-
„mino, votum vovit Deo Jacob. Cum didiciſ-

„ſet ex S. Scriptura Domini ad homines ad-
„ventum, ediſcere geſtit quandonam id erit,
„& ubi adventurus, & quomodo peregrinatu-
„rus ſit. Hæc ediſcere exoptans in tantam ſe
„afflictionem conjecit, ut *lectum* omnem *recu-
„ſaverit*, *domui* valedixerit, & ante Deum hu-
„mi proſtratus jacuerit ante faciem ſanctuarii,
„jurans ſe numquam ſurrecturum niſi hæc
„ediſceret. Unde ob ejus perſeverantiam mo-
„tus Deus annuit illi. Quare intulit: *Ecce
„audivimus eam in Ephrata*, quæ eſt Bethle-
„hem, *invenimus eam in campis ſilvæ*. Nam
„ſpelunca, ubi natus eſt Chriſtus, in planitie,
„ſeu in campis erat.

v. 7. *Introibimus in tabernaculum ejus*, id eſt
„Eccleſias ſubſequenti tempore futuras, *adora-
„bimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus*. Montem
„olivarum dicit, ubi omnis, qui pertranſit,
„adorat. *Surge Domine in requiem tuam* Ejus
„in cœlos aſcenſum videre geſtit: *tu & arca
„ſanctificationis tuæ*, ſancta ſcilicet caro tua.
„*Sacerdotes tui induentur juſtitiam*, quæ Chri-
„ſtus eſt. *Propter David ſervum tuum, non aver-
„tas faciem Chriſti tui*: id eſt, memento benefi-
„ciorum hominibus omnibus maxime Davidi
„collatorum.

v. 11. *Juravit Dominus David veritatem*, ſci-
„licet. 2. Reg. 7. v. 12. *Si cuſtodierint filii tui
„teſtamentum meum* futurum, a parato ſibi regno
„non excident. *Hæc requies mea in ſæculum*,
„nam licet Judæorum templum ob eorum fu-
„rorem deſertum ſit, at ibidem loca crucis, re-
„ſurre-

„ſurrectionis & aſcenſionis divina gratia dona-„ta ſunt. *Eſcam ejus benedicens benedicam, pau-„peres ejus ſaturabo panibus*, ſcilicet ſpirituali-„bus, ſi ſint pauperes Spiritu. *Sacerdotes ejus „induam ſalutari*, Chriſto: *& illuc producam* „cornu David, nam quando ſalutare appare-„bit, gloria Davidis apparebit. *Paravi lucer-„nam Chriſto meo:* ſcilicet Joannem Baptiſtam, „qui fuit lucerna ardens. Joan. 5. v. 35.

Canticum graduum CXXXII.

Argumentum.

„Decimum quartum canticum declarat bonum „a Salvatore, poſtquam illuxit hominibus, „collatum dicens.

vers. 1. *Ecce quam bonum & quam jucundum...* „*Sicut unguentum in capite, quod „deſcendit in barbam.* Id eſt, cum congregata „fuerit Eccleſia, tunc unctio ſancti Spiritus & „ſacerdotum inducetur, primum quidem in „caput Eccleſiæ, quod eſt Chriſtus, deinde „in barbam, ſeu Apoſtolos, poſtremo in to-„tum corpus pertranſiit, ſeu omnes, qui in „Eccleſia Chriſtum induerunt. *Quoniam illic „mandavit Dominus benedictionem*, ſcilicet apud „fratres habitantes in unum *& vitam* non „quamlibet, ſed immortalem.

Canticum graduum CXXXIII.

Ecce nunc benedicite Dominum omnes Servi Domini.

Argumentum.

„Decimum quintum canticum jubet eos, qui „adhuc in Eccleſia catechumeni ſunt, lau„dare Deum. Servos autem vocat ipſos, „utpote qui nondum adoptione dignati ſunt. „*In noctibus extollite manus veſtras in ſancta.* „In noctibus adhuc illos conſiſtere ait, quia „nondum Spiritus ſancti illuminatione do„nati ſunt. *Benedicat te Dominus ex Sion.* „Sion dicit, quia hoc nomen ipſis amabile „erat, ubi erat ipſis omnis ſanctificationis „argumentum. Exinde vero docet, ex „quocunque loco invocandum eſſe, dicens: „*qui fecit cœlum & terram.*

Alleluja CXXXIV.

vers. 1. *Laudate nomen Domini, laudate Servi* „*Dominum.* Hic quoque Pſal„mus intiatos jubet laudare Deum nam *allelu* „interpretatur *laudate*, illud autem *ja*, *Domi*„*num. Laudate Dominum, quoniam bonus Do*„*minus* &c. illi videlicet, qui in Ægypto ido„lolatræ fuerunt, quos deinde elegit in *poſſeſ*„*ſionem ſibi. Quia ego cognovi, quod magnus eſt* „*Dominus*, ſcilicet a creatrice facultate ejus, „quam oſtendit *in mari & in omnibus abyſſis:* „*educens nubes ab extremis terræ;* quia terram „ambiunt maria, ex quibus nubes educit: *ful*-

„*gura*

„*gura in pluviam fecit*, fulgurum ignem cum „aqua miſcens. Et *producit ventos de theſauris* „*ſuis*, ubi per theſauros declarat, incompre„henſibilem hominibus eſſe ventorum natu„ram.

v. 8. *Qui percuſſit primogenita Ægypti ab ho„mine usque ad pecus*, quod propter homines fa„ctum eſt a Deo, unde vana ſunt ſimulacra „gentium ſed merum ſunt argentum & aurum, „opera manuum hominum, *quibus ſimiles ſunt*, „*qui faciunt ea:* quomodo enim, qui inanimata „adorant non lapides animo ſunt.

Alleluja CXXXV.

vers. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus,* „*quoniam in ſæculum miſericordia* „*ejus. Qui diviſit mare rubrum in diviſiones.* „Antiquo ſermone fertur, in duodecim ſectio„nes diviſum fuiſſe mare, ut ſingulis tribubus „ſingulæ viæ darentur. *Qui traduxit populum* „*ſuum per deſertum*: non minus miraculum in „deſerto, quam in mari editum fuit, multa „enim mortem minabantur, fames, ſitis &c. „illi vero nemine perterrefaciente iter age„bant. Ex duobus autem fortiſſimis regibus „liberavit eos, ex quibus Og novem longitu„dinis, quinque latitudinis cubitos habebat, & „lecto ferreo utebatur. *Sehon regem Amorrhæo„rum* &c. ideo hos reges omiſſis aliis memo„ravit, ut populo in mentem revocaret divini„tus conceſſam victoriam, nam de robore, po„tentia, & corporis mole gloriabantur.

v. 13. *Quia in humilitate noſtra memor fuit*
„*noſtri Dominus*, quæ verba a ſpirituali, ſive
„ſenſibili captivitate liberatis conveniunt. *Qui*
„*dat eſcam omni carni*, & providentiam ſuam
„extendit a mirabilibus cœli usque ad viliſſi-
„ma terræ. Quare *confitemini Deo cœli*, qui
„licet ſit omnium opifex, per excellentiam ta-
„men Deus cœli dicitur, cœlituum famulatu
„cultus.

Davidi per Jeremiam Pſalmus CXXXVI.

vers. 1. *Super flumina Babylonis illic ſedimus*
„*& flevimus*. Docetur hic futurum,
„ut illi, qui multis poſt annis in Babylone
„propter iniquitatem habitaturi erant, flerent,
„cupientes bona ſua repetere. *Si oblitus fue-*
„*ro tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea*,
„ne ſupernum auxilium conſequar. *Adhæreat*
„*lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui.*
„Quæ enim utilitas linguæ, ſi ad officium, &
„hymnos Deo celebrandos non moveatur. *Si*
„*propoſuero Jeruſalem in principio lætitiæ meæ:*
„tuam inquit lætitiam & memoriam omni læ-
„titiæ præponam, ut omnes meæ lætitiæ bonæ
„ſint. *Memor eſto Domine filiorum Edom.* Sci-
„licet Idumæorum, qui capta Jeruſalem acer-
„be inſultabant: donec eam a fundamentis
„dirutam viderent. *Filia Babylonis miſera.*
„Babylonis excidium prænuntiat. *Beatus qui*
„*retribuit tibi retributionem tuam*, ſcilicet, qui
„te in captivitatem duxerit.

Davi-

Davidi per Zachariam Pſalm. CXXXVII.

Argumentum.

„Præſens Pſalmus prophetiam continet voca„tionis omnium gentium, de qua gratias „agit, quod non ſolum ipſe, ſed multi fu„turi reges adventu Domini donandi ſint.

vers. 1. *Confitebor tibi Domine in toto corde „meo.* Diligendo te ex toto cor„de. *In conſpectu angelorum pſallam tibi, ado„rabo ad templum ſanctum tuum:* quaſi ſcilicet „præſentibus angelis, & ejus victoriam per „Dei auxilium partam ſemper cernentibus. *Et „confitebor nomini tuo, ſuper miſericordia & ve„ritate tua:* gratias agam, quod ab umbra li„beratus veritatem conſecutus ſim. *Quoniam „magnificaſti ſuper omne nomen tuum*, per voca„tionem gentium, quæ tuam gloriam, ut crea„toris, benefactoris, & ultoris in omnibus ad„mirantur.

v. 3. *Diuturnam curam habebis animæ meæ „virtute* tua, transmutando me a corruptione „in incorruptionem: *& cantent in canticis Do„mini*, quæ ipſe compoſui. *Quoniam excelſus „Dominus, & humilia reſpicit*, nam etiam hu„mana non a Dei providentia aliena ſunt: *& „alta a longe cognoſcit:* prædefinivit enim a „conſtitutione mundi vocationem gentium. *Si „ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me, „& ſuper iram inimicorum meorum extendiſti ma„num tuam:* immiſſa enim eſt adverſus illos *dex„tera* Patris, id eſt Filius, quæ nos *ſalvos* fe-

„cit. *Dominus retribuet pro me:* nam poſtquam „judicavit, de injuſtitia, qua læſi ſumus, prin- „cipem mundi ejecit.

In finem Pſalmus Davidi per Zachariam in diſperſione CXXXVIII.

Argumentum.

„Refertur Pſalmus ad perſonam Zachariæ, „dum ille cum Iſaelitis in captivitate dege- „ret. Deſcribitur ratio divinæ Providentiæ „ad omnia etiam cogitationes ſe extenden- „tis; vocatio gentium prædicitur, & repug- „nantia Iſraelitici populi contra Chriſtum. „Unde in finem Davidi inſcribitur, quia ad „tempus adventus Chriſti ſpectat.

vers. 1. *Domine probaſti me & cognoviſti me,* „utpote quia in te confido & in „Chriſtum. *Intellexiſti cogitationes meas de lon- „ge &c.* & totam vitæ meæ *ſemitam*, motum, „*funiculum*, & curſum *inveſtigaſti*. Quoniam „*non eſt dolus in lingua mea*, nec mendacio, per- „jurio, vel fraude aliquem læſi.

v. 5. *Ecce Domine tu cognoviſti omnia noviſ- „ſima & antiqua.* Media tacet, quia in medio „ſita malitia eſt, non enim ab initio fuit, nec „in fine erit. *Tu formaſti me, & poſuiſti ſu- „per me manum tuam*, ac conſervaſti me. *Mi- „rabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, „& non potero ad eam*, id eſt, multa in me a „Deo facta ſunt, quæ nec inveſtigare nec lo- „qui poſſum. *Si aſcendero in cœlum, tu illic es,*

„ubi

„ubi eſt thronus tuus: *ſi deſcendero in infernum* „*ades;* ubi prædicitur futurus Chriſti Domi- „ni ad inferos deſcenſus. *Si ſumſero pennas* „*meas diluculo*, id eſt, avium pennas nondum „laſſatas, *& habitavero in extremis maris;* tu „Domine ubique præſens es. *Et dixi; for-* „*ſitan tenebræ conculcabunt*, ſeu occultabunt, „*me*, ſed ipſæ tenebræ perinde tuæ cognitioni „ſunt, ac lumen. *Quia tu cognoviſti renes meos*, „id eſt terroris incuſſores, te enim ſemper ti- „mebam, quia judicium tuum ſemper ob ocu- „los mihi verſabatur: *ſuſcepiſti me de utero* „*matris meæ*, unde jure tui timorem habui, „quia me in utero verſantem tua providentia „conſervat.

v. 14. *Confitebor tibi, quia terribiliter magni-* „*ficatus es.* Præmiſſis apte confeſſio ſubditur „quia *mirabilia opera tua* &c. *Non eſt occulta-* „*tum os meum, quod feciſti in occulto.* Id eſt, „non latuit mulieris lapſus, quam ex oſſe meo „clam efformaſti, poſtquam me gravi ſomno „oppreſſiſſes; ſed abſcondita noſtra cognoſcis, „*& ſubſtantia mea in inferioribus terræ*, in quam „ſi reſolvar, illud notum eſt tibi. *Imperfectum* „*meum viderunt oculi tui.* Nempe antequam „fierem, oculi tui jam præviderunt, ut jam „poſitum, & *in libro tuo* deſcriptum: *dies for-* „*mabuntur & nemo in eis:* omnibus vitæ ſuæ „diebus ordinate ſe geſſerunt, ita ut nequi- „dem unum diem inordinatum egerint.

v. 17. *Mihi autem nimis honorificati ſunt ami-* „*ci tui Deus*, & quia eos honore proſequor,

 „ſpero

„ſpero futurum, ut in *reſurrectione* cum illis
„conſiſtam, & propter eos honorem a te acci-
„piam, *ſi occideris vel* punieris *peccatores*: un-
„de *viri ſanguinum declinate a me*, quia conten-
„tioſi eſtis in cogitationibus & Deo repugnatis.
„Quare *qui te oderunt Domine oderam*, *& ſuper*
„*inimicos tuos tabeſcebam.* Inimici autem Dei
„ſunt primo quidem proprie impuri dæmones,
„ſecundo poſt illos, qui idololatriam defen-
„dunt, & hæreſum principes.

In finem Pſalmus David CXXXIX.

vers. 1. *Eripe me Domine ab homine malo.* Cla-
„mat ad Deum, ut ulciſcatur in-
„juriam a dæmonibus humanæ naturæ illa-
„tam, & ut iniquitatem in caput iniquorum
„convertat; quæ etiam de ſenſibilibus inimicis
„dici poſſunt. *Qui cogitaverunt iniquitatem* in
„*corde*, *tota die conſtituebant prælia*: non
„tantum enim humana ratiocinia admiſerunt,
„ſed opera cogitationibus adjecerunt. *Juxta*
„*iter ſcandalum poſuerunt mihi.* Hæc omnia fa-
„ciebant, ut curſum meum ad Deum ſiſterent,
„*laqueis* pedes meos implicantes, ut me a Dei
„conſpectu dejicerent.

v. 9. *Ne tradas me Domine a deſiderio meo*
„*peccatori*, diabolo; nam *cogitaverunt contra me*,
„*ne derelinquas me*, ſed ſub tegumento alarum
„tuarum contege me, *ne forte exaltentur*, &
„magnifice de ſe ſentiant. *Caput circuitus eo-*
„*rum*, *labor* &c. id eſt: inſidiarum, quibus me
„circumderunt, principium & caput, imo
„etiam

„etiam defatigatio & labor ipſorum adverſum „me ſuſceptus in ipſos recidat, quos æquum „eſt ignis ſupplicio tradi. *Cadent ſuper eos car-„bones in igne.* Nam ceu quodam igne ira tua „abſorbes eos. *Dejicies eos in miſerias, & non „ſubſiſtent*, ſeu evadent.

v. 12. *Vir linguoſus non dirigetur in terra.* „Nemo enim contentioſus & maledicus, qui „in terreno quopiam negotio verſetur, diri-„gitur, ex eo namque quod contentioſus ſit, „pervertitur, nec a virtute dirigitur. *Virum „injuſtum mala capient in interitu.* Quaſi enim „proprio ſibi morbo ex ſua improbitate interit, „congruenti pœna mulctatus: ſola enim impro-„bitas animam ea affectam vice ſupplicii cu-„juslibet in interitum conjicit.

Pſalmus David CXL.

Argumentum.

„Similis eſt hic Pſalmus præcedenti, verum „ad doctrinam commodior.

vers. 1. *Domine clamavi ad te exaudi me, in-„tende voci ſupplicationis meæ cum „clamavero ad te:* & benevolo animo ſupplica-„tionem meam excipe. *Dirigatur oratio mea „ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Quæ ex mente „procedunt, incenſo comparantur, utpote, quæ „ſubtilia ſunt, & ſoli Deo offeruntur. *Eleva-„tio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* „Opera per manus edita ſacrificio comparan-„tur, quia ſenſibiliora ſunt animi voluntatibus.

„Veſper-

„Veſpertinum autem dicitur, quia oportet ad „finem usque bonis operibus vacare.

v. 3. *Pone Domine cuſtodiam ori meo*, & „oſtium *circumſtantiæ labiis meis*. Quia magna „res eſt, linguam perfecte cuſtodire, Deus ro- „gandus pro ejus temperantia. *Non declines* „*cor meum in verba malitiæ*, & ne concedas men- „tem meam probe concinnatam in adverſum „vergere; ut non admittam cogitationes ini- „quitatis. *Corripiet me juſtus in miſericordia &* „*increpabit me* &c. nam omnem caſtigationem „a juſto accipiam, benedictionem peccatoris „autem & adulationem peccatoris non admit- „tam, qua velut *oleo caput meum inungunt*.

v. 6. *Quoniam adhuc & oratio mea in bene-* „*placitis eorum, abſorpti ſunt juxta petram judices* „*eorum*; id eſt, Chriſtus eos in abyſſum demer- „get. *Audient verba mea, quoniam placuerunt*. „Eventus enim prænuntiati contra eos ſuppli- „cii aderit, & hinc veritatis fidem verba mea „accipient. *Sicut craſſitudo terræ erupta eſt ſu-* „*per terram*. Terrenum ſcilicet in nobis diru- „pimus, nos propter te humiliantes, ita ut „omnis noſtra virtus ad infernum usque depri- „meretur. *Quia ad te Domine Domine oculi mei*, „a quo auxilium expecto, & rogo, ne anima „mea illo nudetur. *In te ſperavi, non auferas* „*animam meam*, & non evacues ſpem in te po- „ſitam. *Cadent in retiaculo ejus peccatores*, & „incidant in ſua retia. *Singulariter ſum ego* „*donec transeam*: ego enim ſine timore per- „tranſibo, & a peccatoribus ſegregatus degam „donec finem vitæ accepero.

Intel-

Intellectus David cum eſſet in ſpelunca. *Oratio CXLI.*

Argumentum.

„Oratio & nihil aliud ſunt iſthæc: verum in„tellectu opus habent, ut ediscamus nos, „quo pacto inter varias occaſiones mala ef„fugere valeamus.

vers. 1. *Voce mea ad Dominum clamavi . . .* „*Effundam in conſpectu ejus oratio*„*nem meam*, & totam mentem meam : *tribu*„*lationem meam ante ipſum pronutiabo*, & in curri„culo pro ipſa anima concertans ſupplicationes „offeram, rogans tribulationes minui, quia in„juſte perſecutionem patior. *In deficiendo ex* „*me Spiritum meum*, cum prope mortem ipſam „verſarer, *tu cognoviſti ſemitas meas*, fidentis in „vitæ curſu & in operibus: cumque viderem „ſpirituales hoſtes curantes introduci Saulem „in ſpeluncam, Davidis capiendi cauſa, jure „dicebam: *abſconderunt laqueum mihi*, quam „præſens oratio diſſipavit, nam præter Deum „nemo erat, qui liberaret eum, nec *qui requi*„*reret animam ejus.*

v. 6. *Conſiderabam ad dexteram & videbam*, „*& non erat, qui cognoſceret me*, nam appone„bant virtutem colentibus congrua malitiæ „machinamenta, videlicet ei, qui cum ſapien„tia ambulabat, abſcondebant pro laqueo ſa„pientiam, quæ ſecundum Deum non eſt: quæ„renti cognitionem, apponebant eam, quæ fal„ſo ita vocatur. *Periit fuga a me, & non eſt,* „*qui*

„*qui requirat animam meam.* Nulla mihi ſuper-
„erat fugiendi via in ſpelunca, cum ante oſtium
„obſiderer a Saule, & nemo animæ meæ ſa-
„lutem quærebat. *Educ* igitur o Domine *de*
„hac *cuſtodia* ſeu ſpelunca *animam meam, ad*
„*confitendum nomini tuo,* ut tibi gratiarum actio-
„nis cantica rependam, ſi enim me de hac cu-
„ſtodia liberaveris, *juſti* me in exemplum ha-
„bentes, ſupplicationes tibi offerent, & ad te
„accurrent.

Pſalmus cantici David, quando perſequebatur eum Abeſſalom filius ejus CXLII.

Argumentum.

„Similis argumenti cum priore eſt hic Pſal-
„mus. Rogat enim liberari a perſequenti-
„bus. Et nos docemur in his occaſionibus
„ad ſolum Deum confugere. Porro oratio
„hæc refertur ad perſonam humanæ naturæ
„afflictæ ab arrogante Satana, a quo per
„Unigeniti adventum redimi ſe poſtulat.

vers. 1. *Domine exaudi orationem meam,* & qui-
„dem per *veritatem tuam* ſeu Uni-
„genitum, quem mitti rogo, qui eſt veritas &
„juſtitia. *Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos*
„*ſæculi.* Per obſcuritatem indicat ignorantiam,
„in qua olim verſabatur, ubi nihil differebat
„a mortuo: item mortuos ſæculi veteres ido-
„lolatras appellat.

v. 7. *Velociter exaudi me Domine, defecit Spi-*
„*ritus meus.* In extremis neceſſitatibus, quan-
„do

„do anima noſtra periclicatur, convenit hoc „dicere: *Auditam fac mihi mane miſericordiam „tuam.* Matutinam Domini reſurrectionem ſig„nificat, qua miſericordiam conſecuti ſumus. „*Notam fac mihi Domine viam in qua ambulem,* „Evangelicam ſcilicet doctrinam. *Eripe me de „inimicis meis*, videlicet ſpiritualibus.

Davidi adverſus Goliath CXLIII.

vers. 1. *Benedictus Dominus Deus meus, qui do„cet manus meas ad prælium*, id eſt, „opera cum pietate erga Deum facta, per quæ „Satanam impugnamus. *Fulgura coruscatio„nem & diſſipabis eos.* Fulgur vocat Evangeli„cam prædicationem. *Emitte manum tuam de „alto, eripe me & libera me de aquis multis, de „manu filiorum alienorum; quorum os locutum eſt „vanitates.* Agit de cogitationibus, quæ ex „dæmonum inſidiis nos circumſiſtunt. Aut „forte aquas dicit Judæorum populum, qui cir„cumdabat Apoſtolos, ut cohiberet & perde„ret, qui ſunt filii alieni, & vana loquuntur.

v. 9. *Deus canticum novum cantabo tibi*, Evan„gelicum ſcilicet: *in pſalterio decachordo pſal„lam tibi.* Pſalterium decachordum eſt cor„pus, quod quinque ſenſus habet, & quinque „animæ operationes. *Qui das ſalutem regibus „noſtris*, ſcilicet Apoſtolis, *Qui redemiſti ſervum „tuum, de gladio maligno*, id eſt, irruentium „furore, *erue me de manu filiorum alienorum*, „impiorum. *Quorum filii ſunt novellæ planta„tiones in juventute ſua.* Ejus qui ſecundum

„car-

„carnem eſt, populi florentes ſunt; ejus au-
„tem, qui ſecundum ſpiritum, humiles. *Filiæ
„eorum compoſitæ, circumornatæ ut ſimilitudo
„templi.* De ornatu terreſtri loquitur, unde
„non templum Dei factæ ſunt ſicut ſanctæ
„credentium animæ, ſed ſimilitudo templi,
„ſimulabant enim ſe ſecundum legem vitam
„agere, at in ſe Verbum non habebant, ſed
„malignum ſpiritum.

v. 13. *Promptuaria eorum plena eructantia ex
„hoc in illud:* recondiderunt enim non cœle-
„ſtes, ſed terrenas divitias. *Oves eorum fœto-
„ſæ abundantes in egreſſibus ſuis.* Pinguia & fœ-
„cunda ſunt, pecora eorum: *non eſt ruina ma-
„ceriæ neque traſitus:* magnam quidem felicita-
„tem nacti ſunt, quæ tamen ad finem usque
„non perdurabit. Falſo igitur *beatum dixerunt
„populum, cui hæc ſunt,* nam ſolus *beatus popu-
„lus, cujus Dominus Deus ejus,* quem invocare
„vera felicitas eſt.

Laudatio ipſi David CXLIV.

vers. 1. *Exaltabo te Deus meus Rex meus.*
„Non altitudinem ipſi dat, quaſi
„illa careat, ſed aliis declarat, eam ipſum ob-
„tinere. *Per ſingulos dies benedicam tibi,* nulla
„enim dies absque hymnis prætermittenda eſt.
„*Generatio & generatio laudabit opera tua:* id
„eſt, Eccleſia ex duobus populis congregata,
„ex circumciſione ſcilicet & gentibus opera
„narrat, quæ in adventu ſuo fecit, nimirum
„virtutem, magnificentiam, gloriam, ſanctita-
„tem,

„tem, mirabilia, magnitudinem, ſuavitatem, „juſtitiam & miſerationes: & *virtutem mirabi-„lium tuorum dicent*, eoquod Deum timeant & „honorent: narrabunt autem magnitudinem „ejus non circumſcribentes eam cognitione „ſua, ſed ut incomprehenſibilem. *Memoriam „ſuavitatis tuæ eructabunt.* Omnibus quidem „hominibus Deus ſuavitatem ſuam impertivit, „& miſeratur omnia opera ſua: ſalutem autem „conſequuntur, qui ſuavitate ejus frui volunt.

Pſalmus CXLV.

vers. 1. *Lauda anima mea Dominum, laudabo „Dominum in vita mea. . . In illa „die peribunt omnes cogitationes eorum.* In ho-„ra mortis omnia cogitata ejus publica fient, „nec occultum erit quidpiam eorum, quæ in „terra cogitavit. *Dat eſcam eſurientibus*, ſpiri-„tualem ſcilicet iis, qui omne bonum expe-„tent.

Pſalmus CXLVI.

vers. 1. *Laudate Dominum, quoniam bonus eſt „Pſalmus.* In præcedenti Pſalmo „ſeſe hortabatur, in Deum ſolum ſpem pone-„re; in hoc autem Apoſtolicum chorum exhi-„bet docentem multitudinem, laudare Deum „de beneficiis generi hominum collatis. *Suſci-„piens manſuetos Dominus.* Manſuetos vocat „eos, qui fidem ejus ſuſceperunt, imitati eum, „qui dixit: mitis ego ſum. Ego autem, in-„quit, peccatores odio habeo qui ſunt impuri

„dæmones in igne habitantes. *Et herbam ſer-*
„vituti hominum. Servitutem hominum vocat „boves, mulos, & reliqua jumenta.

Finis Expoſitionum in Pſalmos.

Nota. Præter opera S. Athanaſii hucusque allata in Tomo ſecundo novæ editionis D. Montfaucon ſequentia Fragmenta refert.

Primo. Fragmenta in Job ex Nicetæ Heracleotæ catena deſumpta, quæ ſunt excerpta ex variis S. Athanaſii operum locis, ſed non iisdem verbis, non enim fertur Athanaſius commentaria in Jobum edidiſſe.

Secundo. Fragmenta pauca in Canticum edita a Joannne Meurſio, ex expoſitionibus S. Athanaſii in canticum deperditis, quarum meminit Photius.

Tertio. Fragmenta in Matthæum, ex catena in Matthæum a P. Poſſino edita, quæ an ex quibusdam S. Athanaſii in Matthæum commentariis deſumpta ſint, an ex aliis ejus operibus excerpta, haud facile eſt augurari. Poſterius tamen ſuadere videntur loca quædam ampliſſima ex S. Athanaſii ſcriptis hucusque relatis excerpta: quæ hic repetere non juvat.

Quarto. In codice regio, ſeu catena in Lucam habentur quædam excerpta ex operibus S. Athanaſii editis, quæ proinde omittuntur.

Quin-

Quinto. Subſequitur aliquod fragmentum excerptum ex quadam homilia in epiſtolam ad Hebræos S. Athanaſio attributa, nam an illius revera ſit, incertum eſt, ſane nullum præfert Athanaſianæ orationis indicium.

Sexto. In Panoplia Euthymii Zyzabeni multa extant ex Athanaſii operibus jam editis excerpta, quæ vero in editis non reperiuntur dubia ſunt, adeoque hic prætermittuntur

Septimo. In codice Vaticano inter Cyrilli opera comparet fidei confeſſio ſub nomine S. Athanaſii, quæ equidem illi adſcribenda videtur, quia vero cum Epoſitione Fidei ejusdem ſancti Doctoris ſuperius jam allata fere coincidit, eam hic referre viſum non eſt.

Octavo. In eodem Vaticano codice fragmentum aliquod reperitur, quod licet non ſit Athanaſio indignum, & Apollinariſtarum hæreſin confutet in Epiſtola ad Epictetum & alibi oppugnatæ, olet tamen quid peregrinum, & videtur maxime ſub finem Eutychianorum hæreſin impugnare, adeoque ſæculo quinto exaratum fuiſſe.

Nono. Sequuntur alia S. Athanaſii fragmenta e variis variorum auctorum operibus præſertim Theodoreto, Gelaſio, Synodo VI. Damaſceno deprompta & a Felkmanno edita, quorum fides accuratiorem criſin deſiderat.

Decimo. Aliud fragmentum D. Jacobus Milius Domino Montfaucon communicavit, tam-

quam ex interpretatione in Matthæum deſumptum ſcilicet de novem inſanabilibus morbis, quibus Herodes afflictus interiit, quod tamen ſi non aperte ſpurium & S. Athanaſio ſuppoſititium, ſane admodum ſuſpectum eſt.

Undecimo. Sequuntur nonnulla fragmenta de falſis Prophetis: Et in illud: qui reſpicit mulierem. Item interpretatio in illud: laudate Dominum de terra, Dracones & omnes abyſſi. Et denique fragmentum ex ſermone contra hæreſes, quæ tamen omnia criticis examinanda relinquimus: ſicuti & reliqua fragmenta in Tomo ſecundo operum S. Athanaſii novæ editionis allata.

Præterea D. Montfaucon in collectione nova Patrum & Scriptorum Græcorum nonnulla opuſcula S. Athanaſio aſcripta edidit. Et *primo* quidem ſermonem majorem de fide, qui tamen mutilus eſt, ejusque compendium habetur in expoſitione fidei, & aliis operibus ſancti Doctoris ſuperius jam relatis. *Secundo.* Sequuntur duo fragmenta hiſtorica de Paulo Samoſateno, de quo in libro de Synodis actum fuit, & de ſcelere Stephani Antiocheni, qui immiſſa Onagri cujusdam ope muliercula calumniam conflare ſtatuit in Euphratam & Vincentium Epiſcopos Conſtantis Auguſti legatos. 3*tio.* Sequitur Epiſtola S. Athanaſii ad Monachos Græce, quæ ſam ſuperius latine allata fuit. 4*to.* Hanc epiſtolam excipiunt fragmenta excerpta ex commenatriis ſeu ſermonibus S. Athanaſii in Matthæum & Lucam, quos qui-

quidem D. Montfaucon mutata priori ſententia pro genuino fœtu ſancti Doctoris agnoſcit, omne tamen dubium vix removet, hinc illa hic referre viſum non fuit. 5*to.* Homilia in Canticum Canticorum hic relata eſt otioſi & imperiti hominis opuſculum, falſo S. Athanaſio adſcriptum, ſed eo tempore editum, quo Manichæi in oriente ſæculo nono & decimo turbas excitabant. 6*to.* Sermo de Patientia S. Athanaſio vix attribui poteſt, nam ſtylus plane demiſſior Athanaſiano fucum olere videtur; ac longe imparem Athanaſio ſcriptorem arguere. 7*mo.* Ex eadem ratione ſermo in Ramos Palmarum S. Athanaſio adſcribi nequit. 8*vo.* Duo opuſcula in illud 2. Cor. 12. Novi hujusmodi hominem raptum usque ad tertium cœlum: ambo ſequioris ævi ſunt, uti ex vitiato linguæ Græcæ uſu deprehenditur. 9*no.* Denique fragmenta contra Macedonianos, & Novatianos. Item contra amuleta & præſtigias, & nonnulla alia ex Codice Regio deſumpta vel ea repetunt quæ in operibus S. Athanaſii ſparſim reperiuntur, vel ſubleſtæ fidei ſunt; vel nihil ſpecialiter notandum continent.

FINIS.

U. L. O. G. D.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM LOCUPLETISSIMUS.

NOTA. Ziffra communis vel ſola, vel prima *Paginam*, ſecunda *Sectionem* indicat.

A.

Anima. Non omnes Animæ ad inferos deſcendunt, 10. 10. Anima Hominis rationalis eſt, 156. 13. ac immortalis. 157. 14.

S. Antonius M. Abbas quando floruerit. 66. Reliquit nobis Epiſtolas & Sermones. *ibid.* Analyſis Operum S. Antonii. 67. Regula S. Antonii. 108. *ſeq.* S. Antonii Documenta ſpiritualia ad filios ſuos Monachos. 114. Alia Documenta ſpiritualia. 116. Quando S. Antonius in lucem prognatus fuerit. 401. 1. Vitæ monaſticæ nomen dat. *ibid.* 2. A dæmonibus vexatur. 402. 3. Pugnæ ejus cum dæmonibus. 403. 4. In caſtellum deſertum ingreditur. 404. 5. E caſtello prodit. 405. Monaſteria erigi curat. *ibid.* Sermones ad Monachos habet. *ibid.* Monaſteriorum S. Antonii Status. *ibid.* 7. Alexandriam petit Martyrii cupidus. 406. 8. Ad montem interioris ſolitudinis ſe confert. *ib.* 9. Monaſteria viſitat. 407. 10. Miraculis claret. 408. 11. Hæreticos adverſatur. *ibid.* 12. Colloquia ejus cum Philoſo-

loſophis gentilibus. 409. 13. Conſtantinus Imperator & filii ei ſcribunt. 411. 14. Arianam perſecutionem prædicit. *ib.* Mors S. Antonii. *ib.* 15.

Appetitio. Differentia inter bonas & malas appetiones. 74. 8.

Apollinariſtæ. Eorum Errores recenſentur. 440. 1.

Arbitrium liberum. Homo gaudet libero arbitrio. 145. 2.

Ariani ſævam in catholicos omnis generis & ætatis perſecutionem Alexandriæ movent. 192. Potiſſimum autem S. Athanaſium omni inſidiarum, & injuriarum genere petunt. 193. 5. Sacramenta Catholicis negant. 195. 6. Ariani in alios Epiſcopatus ſe transferunt contra Canonum præſcripta. 210. 13. Ariani ad hæreſin Epiſcopos male pœnis cogunt. 253. 1. Arianis reſiſtendum. 264. 12. Perſecutio Arianorum in Catholicos. 276. 8. Ariani fugam S. Athanaſii malè carpunt. 279. 1. Arianorum Baptiſma inutile. 322. 9. Arianorum Diſſidium in fidei formulis. 372. 7. Quæ Ariani Alexandro ſcripſerint. 374. 9. Varias cogunt Synodos, & varias edunt fidei formulas. 374. 10. *ſeq.* Soli Ariani vocem Conſubſtantialis rejiciunt. 385. 21. Ariani reſipiscentes quomodo recipiendi. 393. 1.

Arius. Arii Doctrinæ varietas. 254. 2. Arii hæreticum ſyſtema. 257. 4. Arii Mors. 263. 11. Mortis Arii Macarius teſtis. 289. 1. Circumſtantiæ mortis Arii. 290. 2. Converſio multorum. 291. 3. Thalia Arii circa annum. 320. edita. 373. 8.

S. Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus quando claruerit. 140. Arianos fortiter impugnavit. *ibid.* Varias perſecutiones ſuſtinere debuit. 141. Quando ad Superos evolarit.

larit. *ibid.* Opera S. Athanaſii genuina. *ibid.* Opera dubia, vel ſuppotitia. 143. S. Athanaſius innocens declaratur primum Alexandriæ, ſecundo Romæ, tertio iterum in magno Sardico Concilio. 198. 1. Quæ Synodus Alexandrina pro Athanaſio ſcripſerit. S. Athanaſius Homicidii non eſt reus. 199. 2. Fuit canonice electus. 200. 3. Arſenium non occidit. 203. 5. de frumento falſo accuſatur. *ibid.* 6. Calicem ſanctum non fregit. 204. 7. frumentum pauperum ſibi non arrogavit. 206. 9. Athanaſio ab omnibus communicandum. 207. 10. Athanaſius a Concilio Sardicenſi recipitur. 214. 19. Sedi ſuæ reſtituitur. 216. 22. A Conſtantino in Patriam remittitur. 219. 25. Hiſtoria de calice fracto. 220. 26. Calumnia de nece Arſenii. 221. 27. Acta in Concilio Tyri contra Athanaſnm. 222. 28. Athanaſius relegatur, & reſtituitur. 223. 29. Non maledixit Conſtantio. 267. 2. Magnentio non ſcripſit. 269. 3. Quare ſynaxin in Eccleſia non conſecrata habuerit. 271. 4. Athanaſius Imperatoris juſſis paruit. 273. 6. Ad mortem quæritur. 277. 9. Fuga S. Athanaſii mirabilis, 286. 9. & ſine culpa fuit. 287. 10. Sedi ſuæ a Conſtantio reſtituitur. 298. Jubilus de ejus reditu. 299. 8. Perſecutio S. Athanaſii & fuga deſcribitur. 304. 12. Rejicientes vocem *ομουσιον*, non vero catholicum ſenſum non reſpuit S. Athanaſius. 388. 24. Joviano Imperatori fidem Nicænam proponit. 398. 2. Auxentium, qui Mediolanenſem invaſit Eccleſiam, deponendum cenſet S. Athanaſius. 426. 7.

B.

Baptiſmus. Quid S. Athanaſius de Baptismo in nomine Jeſu tantum

tum collato ſenſerit. 464. 5.

Boni Hæreticis mali ſunt. 294. 1.

Bonum ſectandum. 88. 18.

C.

Canones obſervandi. 190. 1.

Caro Chriſti quomodo adoranda. 436. 2. Carnis conjunctio cum Divinitate ex utero facta eſt. 440. 2. Caro Chriſti non eſt increata. 441. 3. Caro non eſt Deitati conſubſtantialis. 443. 5.

Cœmeteria. Cæmeteriorum uſus. 373. 7.

Charitas Dei recommendatur. 97.

Chriſtus. Quare Chriſtus in cruce mortuus. 168. 5. Reſurrectio Chriſti probatur. 170. 7. *ſeq.* Chriſtus non fuit Magus. 176. 13. Quomodo omnia Chriſto tradita. 183. 2. Chriſtus non eſt Filius Dei per participationem. 228. 4. Eſt Filius Dei naturalis. 229. 5. Illud: Dominus creavit me, explicatur. 230. 6. Chriſtus Patrem perfecte cognoſcit. 261. 8. Chriſtus paſſus ut homo. 262. 9. Quomodo fidelis in ſcripturis dicatur. 316. 2. Quomodo Chriſtus Dominus factus. *ibid.* 3. Quomodo Primogenitus creationis. 323. 10. An Salvator Chriſtus Deus, & non creatura eſſe debuerit. 324. 11. Chriſtus quomodo fundatus. 325. 12. Quomodo Chriſto data poteſtas. 329. 5. 332. 7. Quomodo Chriſtus ignorare videtur. 331. 6. Quomodo diem judicii neſciat. *ib.* Quomodo Chriſtus in Sapientia profecit. 334. 8. Quomodo Chriſtus turbatus. 335. 9. Chriſtus corpus humanum animatum aſſumpſit. 396. 3. Veritas corporis Chriſti in Euchariſtia. 418. 3. Duæ ſunt in Chriſto voluntates. 419. 4. Corpus Chriſti non eſt Deitati conſubſtantiale. 428. 2. In Morte

Chriſti non fuit Verbum ſeparatum a corpore. 430. 2. Chriſtus verum corpus humanum aſſumpſit. 431. 3. Qui ex Maria natus eſt, Deus eſt. 433. 5. Chriſtum adorando rem creatam non adoramus. 437. 3. Res creata creatam reparare non potuit. 438. 4. Loco animæ mens cœleſtis in Chriſto non fuit 444. 7. Chriſtus ut homo deus mundum ſalvavit. 448. 3. Chriſtus homo ſine peccato. *ib.* 4. Chriſtus in forma ſervi diabolum vicit. 449. 5. Chriſtus hominem captivum liberavit. 450. 6. Chriſtus Deus & homo. 452. 9. Vid. *Conſubſtantialitas filii. Divinitas filii. Filius. Verbum.*

Circumciſio per Baptismum abrogata. 188. 7.

Cogitationes malæ non ſunt ex natura hominis. 447. 2.

Colythus merus erat Presbyter, adeoque Iſchyram invalide ordinavit, 205. 7.

Concilium Romanum ſub Julio Papa. 295. 3. Concilium Sardicenſe. 296. 4. Quid in utroque geſtum. *ibid.* Hiſtoria Ariminenſis Concilii anno 359. habiti. 369. 3. Res in Seleuciano Concilio geſtæ. 371. 6. Quid in Conciliis Hieroſolymitano, 374. 10. & quid in Antiocheno Ariani geſſerint. 375. *ſeq.*

Confeſſio. De Confeſſione Sacerdoti facienda verba facit S. Antonius M. 95. 12. 118.

Conſtantius Imperator tres Epiſtolas miſit ad Athanaſium. 216. 21. Præterea varias Epiſtolas ad Præfectos Provinciarum dedit pro reſtitutione Athanaſii. 217. 22. Perſecutionem in Catholicos movet. 295. 2. Athanaſium perſequitur. 300. 9.

Conſubſtantialitas filii defenditur. 226. 2. Vox Conſuſtantialis juſte adbibita. 235. 13. Vox hæc a Patribus uſurpata.

236.

. 14. 359. 2. Soli
ıni vocem conſub-
tialis rejiciunt, 385.
ſed male. 386. 22.
Synodus Nicæna vo-
conſubſtantialis ad-
ıerit. 387. Filius ve-
onſubſtantialis pro-
r. 391. 26. Acta
Nicæno pro conſub-
tialitate. 423. 4. Vo-
conſubſtantialis re-
ſenſus. 425. 6.

rux. Crucis Myſte-
170. 6.

D.

)æmon mentitur, ſe
ɔs ab inferis evocare.
. Dæmon propheta-
equit. 12. 12. Variæ
ıtiones dæmonum,
ıus juſtos a cœpta
ıtis via avertere co-
ur. 69. 5. Dum eis
ıter reſiſtimus, nihil
ım in nos habent
ıones. 71. 6. Quo-
lo diabolus vincatur.
7. De virtute ejicien-
æmones non glorian-
ı. 75. 9. dæmonum
æ apparitiones. 76.
10. diabolus contemnen-
dus. *ibid.* Dæmones ho-
mines infeſtant. 95. Con-
tra diabolum pugnan-
dum. 104.

Deus ex rebus creatis
cognoſcitur. 158. 15. Ve-
rus Deus Pater & Ver-
bum. 159. 16. Deus ve-
rus omni obſequiorum
genere colendus. 160. 17.
Deus mundi creator.
162. 1. Deus unum ſo-
lum Filium genuit. 231.
8. Deus creator in tem-
pore creaturas produxit.
311. 8. Unus eſt ingeni-
tus. *ibid.* 9. Deus media-
tore ad creandum non
eget. 318. 5. Deus non
fit Trinitas per dilatatio-
nem. 344. 9. Explicatur
Verſus quartus Pſalmi
109. *ibid.* 10. Quaterni-
tas in Deo non datur.
432. 4.

Dii. Deorum crimina
& defectus. 149. 5. Poe-
tarum fabulæ de diis non
ſunt omnino falſæ. 151.
7. Dii non ſunt invento-
res artium. 152. 8. Par-
tes mundi non ſunt Dii.
154.

154. 11. Totus mundus non eſt Deus. 155. 12.

Diligentia in cuſtodienda mente ab omni corruptione ſedulo adhibenda. 81. 16.

Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus a nullo Arianiſmi convictus. 240. 1. Quomodo Verbum aliquando non fuerit, ſe explicat. 241. 2. De Chriſto homine loquitur. 242. 3. Crimen Arianiſmi in ſua Apologia a ſe diluit. 243. 4. Æternitatem filii admittit. 244. 5. Filium conſubſtantialem dicit. 245. 6. Filium non dicit creaturam. 246. 7. Verbum Dei agnoſcit *ibid.* 8.

Diſcretio quomodo acquiratur. 99.

Divinitas Verbi probatur. 175. 12. Divinitas Verbi eſt incomprehenſibilis. 292. 1. Objectiones contra Divinitatem Filii ſolvuntur. 414. 12.

Divinitas Spiritus ſancti probatur. 349. 3. 417. 3. 460. 3. *ſeq.*

Dolus. Dolum fugere adnitamur. 89. 20.

Dominica. Dies Dominica Sabbato ſubſtituta. 187. 6.

Dracontius ſuſceptum Epiſcopatum male reliquiſſe arguitur a S. Athanaſio. 247. 1. *ſeq.* Ut ad curas Epiſcopalis officii redeat, urgetur ab eodem. 252. 6.

E.

Eccleſiæ Alexandrinæ devaſtatio. 305. 13.

Epiſcopatus. Motiva Epiſcopatum non fugiendi. Primo. Utilitas proximi. 248. 2. ſecundo Merces divina. 249. Tertio imitatio Sanctorum. *ibid.* 3. Non obſtat juramentem vel imbecillitas. 250. 4. Epiſcopatus Monachatui non repugnat. 251. 5.

Epiſcopus gregem ſuum non deſerat. 275. 7. Epiſcoporum judicium ab Imperatore auctori-

ctoritatem non habet. 304. 12.

Epiſtola Synodi Sardicenſis in cauſa Athanaſii. 215. 20. Epiſtola ejusdem Synodi ad Africanos. 216.

Euchariſtia. Veritas Corporis Chriſti in Euchariſtia. 418. 3.

Euſebiani Concilium Romanum ſubterfugerunt. 208. 11. Formulæ Nicænæ ab initio ſubſcripſerunt. 225. 1.

Euſtathius Epiſcopus Antiochenus. Ejus geſta & Scripta. 1. Integra ſolum extat ejus diſſertatio de Engaſtrimytho adverſus Origenem. 2. Analyſis hujus diſſertationis. *Ibid. ſeq.*

Expoſitio fidei a S. Athanaſio adornata. 187. 179.

F.

Fides in Chriſtum omnino neceſſaria. 80. 1. Fides Nicæna toto orbe approbata. 398. 2.

Filius. Quæ habet Pater, habet Filius. 184. 4. Conſubſtantialitas Filii defenditur. 226. 2. Filius ex ſubſtantia Dei eſt. 233. 11. Filius Patri conſubſtantialis. *ibid.* 12. Filii æternitas. 309. 3. Filius frater Patris dici nequit. *ibid.* 4. Filius eſt ejusdem ſubſtantiæ cum Patre. *ibid.* 5. Eſt Sapientia & Verbum Patris. 310. 6. Filius non debet gignere. *ibid.* 7. Filius Dei non eſt creatus. 314. 12. Quomodo ex ſubſtantia Patris filius ſit. 319. 6. Quomodo filius coæternus Patri. *ibid.* 7. Generatio filii Dei neceſſaria. 335. 10. Filius invito Patre non gignitur. 336. 11. Filius Patri conſubſtantialis. 337. 1. Filius eſt ipſum Verbum Patris. 338. 2. Nomine Verbi etiam intelligitur filius. 340. 5. Filius non fit per conjunctionem cum Verbo. 341. 6. Verbum non eſt ante filium. 342. 7. Filius in V. T. memora-

moratur. 343. 8. Conſubſtantialitas Filii. 359. 2. Solvuntur objectiones. *ibid.* 3. Filius vere conſubſtantialis probatur. 391. 26. Objectiones contra Divinitatem Filii ſolvuntur. 414. 1. *ſeq.* Filius non, ut nos ſimilis Patri, ſed ſecundum ſubſtantiam. 424. 5.

Formula fidei. Arianorum diſſidium in fidei formulis. 372. 7. Prima fidei formula ab ipſis cuſa anno 341. 375. 11. Secunda fidei formula ſcripta eodem anno. *ibid.* 12. Tertia fidei formula concepta eodem anno. 376. 13. Quarta fidei formula exarata eodem anno. 377. 14. Quinta fidei formula data anno 344 vel 345. 378. 15. Sexta fidei formula Sirmienſis anno 351. 378. 16. Septima fidei formula Sirmienſis anno 357. 382. 17. Octava fidei formula edita anno 359. 383. 18. Nona fidei formula propoſita eodem anno. *ib.* Decima fidei formula Conſtantinopolitana anno 360. 384. 19. Undecima fidei formula Antiochiæ edita anno 361. 383. 20.

Fuga non eſt mala, ſed perſecutio. 280. 2. Exempla Sanctorum fugientium. 281. 3. Chriſtus fugam præcepit. 282. 4. Fuga non eſt ſignum animi timidi. 284. 6. Fuga Sanctorum non eſt otioſa. 285. 7. Fuga S. Athanaſii mirabilis, 286. 9. & ſine culpa fuit. 287. 10.

G.

Gaudium verum quærendum. 100.

Gloria vana omnino fugienda, 85. 13, Ejus cauſa plures periere. *ib.*

Gregorius (Georgius) Arianus in Sedem Alexandrinam intruditur. 191. 2. Excommunicationis vinculo erat innodatus. 195. 7. Ejus electio nequaquam erat canonica. 212. 17.

H.

Hæreſis. Origo hæreſis Arianæ. 218. 24. Hæreſis technis male tegitur. 262. 10. hæreſis Ariana nova, non Chriſtiana. 307. 1. Syſtema hæreſis Arianæ. *ibid.* 2. Otio torpentes hæreſes excogitant. 440. 1.

Hæretici. Hæreticorum ſcripta vitanda. 256. 3.

Hoſius. Hoſii perſecutio & ſubſcriptio. 302. 11. Epiſtola Hoſii ad Conſtantium. 303.

Humilitas. Hanc ſibi quisque comparare ſtudeat. 82. 5. Motiva, quœ nos ad humilitatem impellant. *ibid.* Humilitatis exemplaria. 102. Spiritus ſanctus in humili habitat. 205.

Hypoſtaſis. Tres & una hypoſtaſis quomodo intelligendæ. 394. 2.

I.

Idololatria. Ejus origo cordis corruptio. 144. 1. Variæ Idololatriæ ſpecies. 147. 4.

Incarnatio. Incarnationis cauſa, & neceſſitas. 164. 2. Altera Incarnationis cauſa. 165. 3. Tertia cauſa. 167. 4. Quarta cauſa. *ibid.* 5. Incarnatio Verbi probatur contra Judæos, 172. 9. contra Ethnicos. 173. 10.

Innocentia. Magna prærogativa, & Inſigne Præmium Innocentiæ, 81. 4.

Inquiſitio Mareotica prava, & merito ſuſpecta, ac ab Athanaſio rejecta. 205. 8.

Inviſibilia quærenda. 101.

Jovianus Imperator S. Athanaſium ſedi ſuæ reſtituit. 397. 1. Petitiones Arianorum non audit. 399.

Ishyras non fuit Presbyter. 205. 7.

Judicium univerſalem Reſurrectionem excipere adſeverat S. Ant. M. Abbas. 78. 2.

Julius Romanus Pontifex in cauſa Athanaſii litteras ad Euſebianos miſit, ac eos redarguit, quod SynodumRomæ celebratam ſubterfugerint. 208. 11. Nicænam Synodum neutiquam reprobandam, ſed cum omni veneratione ab omnibus ſuſcipiendam eſſe pronuntiat. *ib.* 12. Arianos in alios Epiſcopatus ſe transferentes culpat. 210. 13. Excuſationes Euſebianorum refutat. 211. 14. Julii litteræ ſententiam omnium Italorum referunt. *ibid.* 15. Julius juſte Athanaſium in Communionem recepit. *ibid.* 16.

Juvencus VettusAquilinus Presbyter hiſpanus quando floruerit. 13. Quænam ingenii monumenta nobis reliquerit. 13. 13. Analyſis Libri in Geneſin. 14. *ſeq.* Analyſis Hiſtoriæ evangelicæ. 33. *ſeq.*

L.

Lex. De promulgatione Legis tam Moſaicæ, quam Evangelicæ agit S. Antonius M. 92.

Liber Paſtoris commendatur a S. Athanaſio. 163. 232. 10.

Liberius Romanus Pontifex in exilium mittitur. 301. 10. Liberius contra Athanaſium ſubſcripſit. 302.

Lingua caute cuſtodienda. 88. 19. Mala, quæ bilinguis homo cauſare poteſt. *ibid.*

Longanimitas. Longanimitate opus eſt juſto. 81. 3.

M.

Marcellus apprime orthodoxus dicitur a S. Athanaſio. 213. 18.

Meletiani. Origo ſchismatis Meletiani. 18. 14. Meletianis reſiſtendum. 264. 13.

Monachi. Idea Monachorum Tabennenſium. 120. *ſeq.*

Mortui. Ars evocandi mortuos non datur. 2. 1.

Mundus. Ejus vanitas & perverſitas. 77. 1. Non eſt Deus. 155. 2. Eſt unicus. 158. 15. A Deo conditus. 162. 1.

O.

Obedientia. Obedientiæ fructus. 101.

Ομουσιον. Rejicientes hanc vocem, non vero catholicum ſenſum non reſpuit S. Athanaſius. 388. 24. Quo ſenſu Synodus Antiochena vocem hanc rejecerit. 389. 25. Hujus vocis explicatio. 392. 27.

Origenes Allegoriis in expoſitione S. Scripturæ utitur. 11. 11. Quomodo explicaverit hunc verſum: *Quicunque dixerit.* &c. 362. 2.

P.

Pachomius Abbas Tabennenſis quando claruerit, & quænam ſcripſerit. 119. Regula S. chomii exhibetur. 120. *ſeq.* Monita S. Pachomii. 137. Epiſtolæ, & Verba myſtica S. Pachomii. 138.

Pater (in Divinis) ingenitus non infert filium creatum. 237. 15. Melius dicitur Pater, quam ingenitus. 238. 16. Ingeniti vocabuli abuſus. 239. 17. Pater & Verbum unus Deus. 328. 2. Pater & filius non ſola voluntate unum ſunt. *ibid.* 3.

Patientia. Hæc ad finem vitæ usque retinenda. 86. 14.

Paulianiſtæ refutantur. 339. 4.

Pax colenda ab omnibus. 83. 7.

Perfectio Chriſtiana quærenda. 103.

Perſecutio Arianorum occaſione intruſionis Georgii

órgii in ſedem Alexandrinam. 192. 3. *ſeq.* Perſecutio Arianorum in Catholicos. 276. 8.

Perſeverantia in Bono. Hæc firmiter tenenda ob maximum virtutis præmium. 67. 1. Deinde ob ſervitium Dei. 68. 2. Item ob vitæ brevitatem. *ibid.* 3. Demum ob virtutis facilitatem. 69. 4.

Pœnitentia, Spiritus Pœnitentiæ duplex, 90. 2.

Poetæ. Poetarum fabulæ de Diis non ſunt omnino falſæ. 151. 7.

Pollutiones involuntariæ non ſunt peccatum. 454.

Principium. Duo Principia bonum & malum non dantur. 146. 3.

Pſalmi. Pſalmorum liber omnia in Scriptura contenta pertractat. 466. 1. Pſalmi de Geneſi. 467. 2. De libro Joſue, de adventu, & reliquis Chriſti. *ibid.* Pſalmi Legis divinæ praxin docent. 468. 3. Verba Pſalmorum ex argumento. 469. 4. Diviſio Pſalmorum ex argumento. 470. 5. Varii Pſalmorum uſus. 471. 6. Cur Pſalmi canantur. 475. 9. Pſalmi non verbis humanæ eloquentiæ ornandi. 476. 10. Diviſio & ordo Pſalmorum. 478. 1. Auctor Pſalmorum. 479. 2.

Puritas. Pro Puritate certandum usque ad mortem. 82. 6.

R.

Ratio in Deo non merum nomen eſt. 230. 7.

Regula S. Antonii. 108. *ſeq.* Regula S. Pachomii. 120. *ſeq.*

Reſurrectio mortuorum adſtruitur a S. Antonio M. Abbate. 78. 2.

S.

Sabelliani refutantur. 338. 3.

Salus. Pro ſalute æterna certandum. 96.

Samuel non eſt evocatus ab inferis. 4. 3. Spectrum Samuelis duntaxat apparuit. 5. 4. Falſa erat mulieris viſio, 6. 5. ac Saul fuit deluſus. 7. 6.

Sancti. Sanctorum opera imitanda. 94.

Sanctus. Hujus Triſagii explicatio. 186. 5.

Saul. Num vere viderit Samuelem per mulierem ab inferis evocatum. 4. 3. Saul male ad Engaſtrimythum confugit. 7. 7. Prophetia Engaſtrimythi falſa erat. 8. 8. Saul ex circumſtantiis mortem prævidit. 10. 9.

Schisma. Origo Schismatis Meletiani. 218. 24.

Scientia. Eam eſſe utilem propugnat S. Antonius Abbas. 84. 11.

Scriptura quomodo recte intelligatur. 177. 14. Catalogus librorum S. Scripturæ, 456.

Servitium Dei. Quantum inde lucrum capiamus. 83. 9. Servitus Dei vera libertas eſt. 93.

Silentium exacte obſervandum. 83. 8.

Simulacra irrationabiliter adorantur. 150. 6. Simulacra oracula non promovent. 152. 9. Simulacrorum vanitas, 154. 10.

Solitudo Deo placet, & homini proficua eſt. 104. 118.

Spiritus ſanctus. Dona Spiritus ſancti roganda. 97. Spiritus S. in humili habitat. 205. Negans Divinitatem Spiritus S. Divinitatem Filii negat. 348. 1. Spiritus S. Divinitas probatur. 349. 3. Spiritus S. differt ab aliis ſpiritibus. 350. 3. Spiritus S. non eſt res creata, *ibid.* 4. Non eſt Angelus creatus. 351. 5. Non eſt Filius Patris, vel frater filii. 353. 8. Unitas ſubſtantiæ Spiritus ſancti cum Patre & Filio, *ibid.* 9. Divinitas Spiritus S. ex Scriptura pro-

batur. 354. 10. Traditio vetus de Spiritu S. 356. 11. Trinitas Divinitatem Spiritus S. infert. 357. 18. Explicatio hujus verſus: *Quicunque dixerit* &c. 362. 1. Origenis, & Theognoſti explicatio. *ibid.* 2. Explicatio S. Athanaſii. 363. 3. Proceſſio Spiritus S. a Patre & Filio. 417. 3. Spiritus S. non eſt creatura. 459. 1. Solvuntur objectiones. *ibid.* 2. Spiritus S. eſt verus Deus. 460. 3. *ſeq.*

Superbia vitanda. 107.

Suſurro fugiendus. 84. 10.

Synodus Tyrienſis conciliabulum. 202. 4. Synodi Sardicenſis Epiſtola in cauſa Athanaſii. 215. 20. Acta in Synodo Tyrienſi. 222. 28. Synodi non ſunt ſine cauſa cogendæ. 368. 2. Falſa Synodus Ariminenſis. 420. 1. Nicæna Synodus toto orbe recepta. 421. 2. Geſta in Concilio Ariminenſi. *ibid.* 3.

Synaxis in Eccleſia non conſecrata fieri poteſt. 271. 4. Preces locum conſecratum neceſſario non requirunt. 272. 5.

T.

Tepor vitandus. 99.

Theognoſtus quomodo explicarit verſum hunc: *Quicunque dixerit* &c. 362. 2.

Timor Domini. In Timore Domini continuo ambulandum. 80. 2.

V. U.

Verbum. Cur Verbum hominem aſſumpſerit. 174. 11. Divinitas Verbi. 175. 12. Verbum a creaturis differt. 228. 3. Verbum Filius Dei. 232. 9. Verbi æternitas. *ib.* 10. Verbum divinum ſemper cum Patre erat. 258. 5. Verbum non eſt creatura. 259. 6. Verbum diverſum a Divino in Deo non datur. 260. 7. Divinitas Verbi incomprehen-

henſibilis. 292. 1. Verbum non eſt mutabile. 312. 10. Verbum ſecundum naturam humanam exaltatum & unctum. *ib.* 11. Verbum increatum. 317. 4. Non dantur duo Verba. 321. 8. Verbi Divinitas probatur. 358. 1. Verbum in carnem non eſt mutatum. 429. 2. In morte Chriſti Verbum non fuit ſeparatum a corpore. 430. 2. Verbum non advenit ſicut in Prophetas. 446. 8. Verbum in morte animam, nec corpus deſeruit. 451. 7. Verbum non eſt paſſum, ſed Verbi caro. 452. 9.

Verecundia duplex eſt, una bona, altera mala. 85. 12. Ob verecundiam peccata Sacerdoti non tegantur. *ibid.*

Virginitas. Commendatio, & Encomia Virginitatis. 87. 17.

Vita. Tempus vitæ a Deo dimenſum. 283. 5.

Unio hypoſtatica. 346. 12.

Vocatio. Tres vocationis modi ad vitam monaſticam recenſentur a S. Antonio. 90. 1.

ERRA-

ERRATA TOMI NONI.

Pag.	*lin.*		*corrige*
14.	16.	plurmias	plurimas
14.	20.	lolocavit	locavit
21.	18.	Aque	Atque
26.	2.	Jocob	Jacob
28.	6.	germinæ	germine
34.	26.	x	ex
37.	17.	mytica	myſtica
68.	27.	ngligenter	negligenter
69.	19.	Cræci	Græci
105.	2.	eertamina	certamina
137.	20.	peficere	perficere
166.	29.	ſcleribus	ſceleribus
191.	5.	melibus	melius
210.	16.	iginturr	igitur
212.	26.	con	non
255.	13.	lucrentuur	lucrentur
263.	1.	injuuria	injuria
269.	3.	pietate	pietati
290.	18.	minabuntur	minabantur
346.	9.	Quidnam	quidam
349.	11.	habit	habebit
403.	9.	ſomnium	ſomnum
432.	20.	eipſo	eoipſo
440.	20.	ipe	ipſa
449.	7.	ſtatutis	ſtatuitis
480.	26.	vacat	vocat
492.	3.	clementia	dementia
536.	3.	grandis	grandinis
557.	17.	ſunpliciis	ſuppliciis
584.	13.	primogenitorum	*adde* cladem
591.	19.	tui	tuis
631.	20.	ſe	ſed
640.	15.	perfrendos	perferendos
642.	32.	cogitationis	cogitationibus
654.	1.	ſutrurnm	futurum.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410